

13/433
GUILIELMI IRHOVII

A. L. M. Phil. Doct. & V. D. M. Eedeni

D E

PALINGENESIA VETERUM

S E U

METEMPSYCHOSI SIC DICTA PYTHAGORICA

L I B R I III.

QUIBUS

*Num Pythagoras Animarum humanarum de corpore uno
in aliud corpus crassum vel Hominis vel Bruti &c. trans-
migrationem adseruisse: atque hinc & Carnibus, &
Fabis abstinuisse censeatur recte disquiritur.*

*Dein an Ægyptii, Chaldæi, Persæ, Druidæ Germani, Getæ, Brach-
manæ, Empedocles, Plato, Pharisei, aliique eandem tenuerint
expenditur.*

*Tandem quid sibi voluerit decantata Metempsychosis, seu Palingenesia Py-
thagorica: Quæque Veterum, & horum de Mentis humane in hac vita, &
post eandem conditione fuerit opinio investigatur.*



AMSTELODAMI,

Apud HENRICUM VIEROOT. MDCCXXXIII.

Τὸτο δὲ Πυθαγορικῆς ἀγωγῆς τὸ πέρας, ὅλας δὲ ὅλων ὑποπτέ-
 ρας γενέσθαι πρὸς τὴν τῶν θείων ἀγαθῶν μετάληψιν, ἢ ὅταν ὁ
 τῷ θανάτῳ καὶ πρὸς ἐντῇ, καταλιπόντες ἐπὶ γῆς τὸ θνητὸν σῶ-
 μα, καὶ τὴν τέττε φύσιν ἀποδυσάμενοι, πρὸς τὴν ἑρμῆαν πο-
 ρεῖαν ὥσιν εὐζῶνοι οἱ τῶν φιλοσοφίας ἀγῶνι ἀγῶνται. *Atque*
hic quidem finis est Pythagorica disciplina, ut toti pe-
nitent alati fiamus ad bonorum Divinorum perceptio-
nem: ut cum mortis tempus instabit, relicto in terra
mortali corpore, ejusque natura exuta, ad coeleste iter
expeditiores fiant philosophicorum certaminum athleta.



EXCELLENTISSIMO ATQUE
ILLUSTRISSIMO COMITI,

JOHANNI HENRICO

DE

WASSENAAR,

BARONI DE WASSENAAR, DOMINO DE OB-
DAM, HENS BROEK, SPIERDYK, WOCH-
MEER, ZUYDWYK, LAGE, KERNHEM
ETC. ETC. EQUITI ORDINIS IOHANNITICI,
HOLLANDIAE NOBILIIUM SECUNDO, SU-
PREMI BELGARUM FOEDERATORUM SE-
NATUS MEMBRO SPECTATISSIMO, ACA-
DEMIAE LUGDUNO-BATAVAE CURATORI
PRIMO, REDITUUM ECCLESIASTICORUM
QUOS VICARII VOCANT EEDENORUM PA-
TRONO, ET COLLATORI ETC. ETC.

GUILIELMUS AB IRHOVEN F. P. P.



Uod ad aram Illustrissimi Nominis Tui
* 2 affe-

D E D I C A T I O.

affero munusculum , EXCELLENTISSIME COMES,
 levidense adeo fateor , adeo vile est , ut pro
 eo quo inter mortales emines Natalium , Dig-
 nitatis , Doctrinæ & Virtutis fastigio ac splen-
 dore haud immerito videri possim præsens aliquod
 Numen violare. Audebo tamen non meo quidem
 sed Tuo ingenio hoc quoque signo sincerum in-
 terioremque cultum meum & observantiam tes-
 tari. Postquam enim jam a longiori tempore
 magnitudinem eam animi qua lucet , quæ
 placidam adeo benignamque facilitatem semper
 spirat ut reverentis modestiam animet , experiri
 licuit non absque fiducia mihi agendum esse opi-
 nabar. Scilicet hoc quicquid est pretium ab Huma-
 nitate Tua accipiet ; & id omne magnum erit quod
 serena fronte suscipere non dedignaberis. Hæcque
 humillima confidentia est , GENEROSISSIME COMES,
 qua chartas hæc Nomni Tuo sacras esse velim.
 Quod

D E D I C A T I O.

Quod affero natum ibi locorum est, ubi quantum Splendidissimæ Domui De Wassenaar jam a multo tempore sit obstricta res communis tam diu constabit quamdiu stabit eadem, Ædes item sacra, & quæ hac diuturnior ipsa Religio. Ubi quotannis novi Generosæ Tuæ Comitatis, Pietatis, Æquitatis ac Justitiæ fulgores refulgent, suavique lumine bonorum oculos trahunt, & reficiunt. Ubi & me immeritum luculentissimis benevolentiae argumentis tam varie excipere dignata est jugis illa Tua Benignitas ut in ingratisissimis habendus jure mihi videar nisi qua possim occasione devincti devotique animi *τεκμήρια* persolvam. Ubi & ea in Illustrissima Tua persona cominus intueri, & admirari data sunt, quæ ut tacita veneratione mentem imbuerant penitus, ita simul eo ardore succenderunt qui a publico exultationis meæ testimonio continere non ferebat. Non interim hic ex

D E D I C A T I O.

more agam ILLUSTRISIME COMES ; non memorabo genus & proavos , Gentem Tuam , Primum illud & Nobilissimum Batavorum Sidus , Patriæ Gloriam : Orbis loquitur , celebrant Annales. Neque etiam in cunctas laudes Tuas excurrere præsumam : non quod de adulatorii dedecoris suspicione verear , dum nostratum neminem obesse adeo naris esse suspicor qui id hominum genus , quod iudice Socrate animalium cicurum omnium pessimum habendum est , apud te quærat ; sed ne Generoso Tuo animo molestus sim , cum publicas voces modestiæ studio cohibeas. Id unum tamen silentio transire nequeo , quod , ut *Doctrinæ omnis solidæ , atque utilis Possessorem , Statorem , & Restitutorem verum* Te venerantur omnes Boni ; atque inde pari ardore quo Patriæ pretiosissima pignora Libertatem & Religionem vindicas , & Musas colis , easdemque Favore

D E D I C A T I O.

vore, Re, Præsidio tueris & promotes (O Præclarum & pro exemplo animum! Quis enim e Magnis hodie animum in literis occupat?) tantum absit ut pro ea, quæ nunc est, temporum labe, qua sacra Philosophiæ studia non tantum in defuetudinem venere, sed fere in opprobrium, tibi ea eviluerint, ut contra Tu in ista hac Dignitate Veterum, recentiorumque Philosophorum monumenta avide teras, (Historiam nempe Philosophicam *Ingeniorum Historiam* appellant eruditorum Primores) & lectionis fructum mente carpas: atque ut in omne vitæ genus illam conducere, ita ab eadem literisque neutiquam alienam habendam esse Theologiam censeas; indeque in homine Theologo laudes maxime. Atque & illud est NOBILISSIME COMES quod in Te suspicit præsens opella nostra, ipsamque ad Te rapit. Ea quid Vetus Philosophia de præsentis & futuro Mentis humanæ statu

tu

D E D I C A T I O.

tu tradiderit , quo persuasu a Vitiorum deviis
in Regiam virtutis viam , quantum erat lucis ,
deducere conata fuerit illustrare admititur. Haud
aliena ab Animo Tuo rerum summa. Utinam
ficuti ab opinione vulgari recedere hic illic co-
actus fui Tibi placeat , Tuoque beetur calcu-
lo ! Pro ea enim qua es Sagacitate , Doc-
trina , & laudabili omnino Libertate rem di-
judicare Tibi datum est ut nemo possit melius.
Accipe itaque GENEROSISSIME COMES sereno-
que excipe vultu hoc qualecunque conamen
meum , & Animum offerentis specta ! Deum
T.O. M. supplex venerari non desinam ut Splen-
didissimam Domum Tuam fortunatam semper
& felicem esse velit ; Illustrissimam Personam
Tuam quam diutissime Reipublicæ , Religioni ,
Literis , Bonisque omnibus superstitem & inco-
lumem præstet ; seroque admodum in coelum
transferat. Scribebam in Museo ipsis Kal. Mart.
An. Dom. sec. Ær. vulg. MDCCXXXIII.

P R Æ-

P R Æ F A T I O.



Ræclara omnino sunt quæ Divinus ille Plato in aureo de Anima libro, cui titulus Phædo est, non procul a fine profatur: *Και ὁ κίνδυνος τῶν δὴ καὶ δέξειν ἂν μάστιγα δεινὸς εἶναι εἴτις αὐτῆς ἀμελείσκειν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τῷ παντὶς ἀπαλλαγὴν, ἔρμαιον ἂν ἦν τοῖς κακοῖς ἀποθανεῖν, τῷ τε σώματος ἅμα ἀπελλάσθαι, καὶ τῆς αὐτῶν κακίας μετὰ τῆς ψυχῆς. τῶν δὲ ἐπειδὴ ἀθάνατος φαίνεται ὅσα, εἰδέναι ἂν εἴη αὐτῇ ἄλλη ἀποφυγὴ κακῶν, εἰδὲ σωτηρίαν, πλὴν τῇ ὡς βελτίστην τε καὶ φρονιμωτάτην γενέσθαι. εἰδὲν γὰρ ἄλλο ἔχοντα εἰς Ἄδην ἢ ψυχὴν ἔρχεσθαι πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τρεφῆς. ἃ δὴ καὶ λήγεται μέγιστα ὀφείλειν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκείσε πορείας.*

Nam grave periculum fore putandum est si quis neglexerit animam. Si enim mors totius dissolutio esset nimirum improbi lucra- rentur, cum & a corpore, & ab eorum pravitate cum anima liberarentur. Nunc autem cum Anima immortalis appareat, nulla su- perest malorum declinatio, nulla salus nisi ut optima, & pruden- tissima fiat. Nihil enim aliud cum migrat ad Manes anima secum transferi præter eruditionem, utque educationem. Quæ quidem statim in principio transmigrationis illius plurimum vel prodesse vel obesse dicun- tur. Non omne scilicet a Gentilibus ablatum Naturæ lumen, est, neque extinctæ lucis pristinæ scintillæ quævis sunt. Ru- dera contra quæpiam atque vestigia imaginis Divinæ, qua olim fulserat homo remansisse, quæ turpis ac honesti exli- beant discrimina, veri, bonique designent rudimenta, spe- que metuque futuri imbuant, quatenus Numen justum quod in malos animadvertat, bonos vero favore prosequatur suo persuadent, certum est. Sic falli nescia docet Auctoritas Di- vina. Gentēs scilicet agente Gentium Apostolo quæ Legem non habent natura quæ legis sunt faciunt, quæ legem non habentes sibi ipsi lex sunt: ut quæ ostendant OPUS LEGIS SCRIPTUM IN COR- DIBUS suis, una testimonium reddente earum CONSCIENTIA & COGITATIONIBUS sese mutuo ACCUSANTIBUS, aut etiam EXCU- SANTIBUS. CONSCIENTIAM enim, ut ait Cicero, a Diis im- mortalibus ACCEPIMUS, quæ DIVELLI a nobis non potest. Cu- jus magna vis est ut iterum ille IN UTRAMQUE PARTEM, ut Præ Mi- neque timeant ii qui nihil admiserunt & poenam semper ante acu- los versari putent qui peccaverunt. Videlicet

Rom. II: 14, 15.

Pro Clu- entio.

Præ Mi- lone.

Ovid. Fast. I.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra Pectora pro facto spemque, metumque suo.

Per quos nempe igniculos residos tantum de Deo, homi-
nifque

P R Æ F A T I O.

Rom. I:
19, 20.

nisque ab eo dependentia, atque officiis illi debitis sciri possit ut plena huic inde surgat ἀπολογία. Quod enim de Deo cognosci potest manifestum est in ipsis, Deus enim eis manifestum fecit, ipsius enim invisibilia jam inde a creatione mundi ex iis quae fecit animadversa pervidentur aeterna videlicet ejus tum potentia, tum Divinitas adeo ut sint ipsi INEXCUSABILES.

Matth.
III: 7, 8.

Quæ eadem faculæ & justissimum Judicium post hanc vitam in quovis pro vita antea ἀποτυπώτως a Numine exercendum invitis invidis in Omnipotentem cordis maleconfcii & trépидantis cogitationibus & moliminibus inferant: ut statim in principio migrationis ad Maues vitam antea plurimum prodesse, vel obesse pernoscat homo. Imo non aliâ viâ ἀποφυγῇ κακῶν ἢ σωτηρίαν, malorum effugium salutemve dari, acquirique doceant, εἰμὲν γενέσθαι ὡς βελτίον τε καὶ προνομιώτερον nisi ut mens in hujusce vitæ cursu ad bonitatem, & prudentiam accurate formetur, & reducatur. Quis scilicet contigerit φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ἐργῆς oportet eosdem ποιῆσαι κατὰς ἀξίαν τῆς μεταβολῆς. Quo eodem illustrante Lumine neque obscurum esse poterit omnia alia maluisse Improbos, omnique prætextu sibi, aliisque persuadere annexos esse; quo seeri genio indulgeant suo, criminumque suorum culpam lucrifaciant. Qui inde vulgo ipsi Naturæ ausu giganteo bellum indicentes Mentem post hanc vitam omni carere sensu quasi cum corpore dissolvendam optando fabulantur. Quis tales

Apud
Phutarch.
lib. non
posse sua-
viter vivi
secund.
Epicur. p.
1103. D.
apud eun-
den ibid.
p. 1107.
B.
Horat.
idem.

apud ægrotos consolationes Βελτίον τι τῶν ἐν τῷ βίῳ μετὰ τοῦ βίον ἱπνωτῆς, ἐξηπάτησας, τὸ γὰρ λυθεῖν ἀναίδητῃ. Melius aliquid post vitam oblatum iri sentis quam in vita? in errore es: quod enim DIS-SOLUTUM EST, SENSU CARET. Quisque in falso ore plurimum illud est τὸ μηδὲν εἶναι καὶ χαρὰν εἶναι τὸν θάνατον, ἀλλὰ ἀποκτείνεσθαι πῦν τὸ ἴδν, καὶ τὸ ἀγαθόν. Nullam spem, ac gaudium habere mortem, sed isthac præcidi omnia jucunda & bona. Quos non Philosophos sed insanientis sapientiae consultos: non homines, sed Epicuri de grege porcos veluti societatis humanæ pestes detestatur quilibet cui nondum periit pudor, & penitus occalluit conscientia. Nec sine causa

Fuvenal.

— — Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Praemia si tollas?

Imo & poenas:

Horat.

Tu nihil admittes in te formidine poenae.

Aliter hinc omnino quiscunque Rationem ducem sequi in
animo

animus erat visum est : qui τὰς ψυχὰς ἀθάλας εἶναι διανομένοι
 καὶ ἀφθάρτους, animos interitus experies esse & immortales, τὸν Plut. lib.
 θάνατον ἐτέρῳ βίῃ κρείττονος ἀρχῇ, mortem alterius vitae melioris cit. p.
 initium existimantur : & isthoc tempore πολλὰ καὶ καλὰ καὶ 1107. B.
 μεγάλα καὶ θεῖα multa pulcra magna Divinaque expectanda cen-
 fuerunt. Iis videlicet qui ὁσίως καὶ δικαίως pie, justeque vixe-
 rint. Ex adverso πολλῶν ἀδικημάτων γέμντων τὴν ψυχὴν εἰς Ἄδην
 ἀφείσθαι πάντων ἰσχυατο κακῶν εἶναι. Animam ad Inferos descende-
 re multis peccatis repletam extremum omnium malorum esse. Cum
 ibidem repositum Animarum Judicium sit. Unde ὁ ἄλλος ἀ-
 δικῶν φοβῆται. Qui irrationaliter vitam instituit injuste agere ve-
 reatur. Quales οἱ τὰ αὐτὰ Πυθαγόρῃ, καὶ Πλάτῳ, καὶ Ὁμήρῳ
 περὶ ψυχῆς δοξάζοντες. Qui idemcum PYTHAGORA, PLATONE, Plut. lib.
 & Homero de anima sentiant. Quique hinc grave periculum fore si cit. p.
 quis animam neglexerit opinantur : indeque omni industria 1105. E.
 Mentem ad virtutis exercitium excitandam & formandam es-
 se, hicque quasi in stadio fortiter decertandum esse arden-
 ter urgent. Πρῶτον μὲν γὰρ Plutarchus inquit, ἀδελφοὶ εἰφα-
 νες εἰς ἀγωνισμοὺς ὁ λαμβάνουσιν, ἀλλὰ ἀγωνισάμενοι καὶ νικήσαντες.
 θῶς πνεύματα τοῖς ἀνδράσι τὰ νικητήρια ἢ βίῃ μετὰ τὸν βίον ὑπάρχειν,
 θανούσων οἷται φρονεῖν τῇ ἀρετῇ, πρὸς ἐκείνους τὰς ἐλπίδας ἐν αἷς εἶναι, lib. E.
 καὶ τὰς οὖν ὀφείζοντας ὑπὲρ πάντων καὶ δυνάμει, καὶ καταγελαστας p. cit.
 ἀοήτους τῶν κρείττωνων, ἐπιδέειν ἀξίαν δίκην τινοντας. Primo omnium
 sicut athletæ nonnisi peracto cectamine & parva victoria coroman-
 tur : sic illi victoriæ vivendo impetratæ PRÆMIA BONIS POST
 VITAM DARI Judicantes, mirum dictu est quantum hujus spei gra-
 tia sibi DE VIRTUTE PLAUDANT : qua in spei copia videre est e-
 tiam eos qui nunc ob oper, & potentiam insolenter se ac impoten-
 ter gerunt, melioresque stulte despiciunt, dignas POENAS lue-
 re. Neque Pythagoram tantum, Platonem & Homerum,
 similesque in Græcia sapientiæ gloria celebratos sanioribus
 hisce litasse ideis : sed & omnes quotquot antiquitus vetus-
 toris Philofophiæ traditionariæ alumnos dederit humana ten-
 uitas Chaldaeos, Indos, Ægyptios, Persas, Celtarum
 doctores Druidas, alios, quæ nobis horum remanserunt mo-
 numenta testatur liquido. Ubi haud raro non contemnen-
 dos Jubaris Coelestis radios verbo Divino ad amussim fere
 respondentes splendere videmus, quibus veri principia, vir-
 tutisque semina ad morum formationem educere fuit adnixa
 gentilitas. Naturalis scilicet Dei notitia animis infusa quo-
 vis studio exulta traditione illorum, quorum patres veros
 sapientis magistros audiverant, quæque inde veritatis reve-
 late

P O R T A F A T I O .

latæ quasi umbra quæpiam obversabatur, adjuncta ea docere potuit quæ non attingit solus ex insito lumine ratiocinii usus: unde quoque quo magis solis innixum ratiociniis, missa quæper traditionem habebatur rerum scientia, sapientiam quæfiverit genus humanum eo magis ἐκπύδν, teste verbo coelitus exhibitio. Neque hinc mirari subiit qui in Pythagoricis & Platoniciis tam crebræ æternæ veritatis particulæ miscerent; dum Samius ille antiquos illos scientiæ cultores invisere haud gravatus fuerit, & ita quidquid ibidem hærebat veri, bonique capaci pectore hauriendi sibi copiam fecerit: quod methodo illis gentibus consueta, id est *Allegorica*, postmodum suis tradiderit Plato Chaldæorum, Ægyptiorum, & Pythagoreorum Philosophiam pari methodo *libris suis indicavit*. Ut ea quæ olim Chaldaica Ægyptiaca, & Pythagorica audierit in Platonice collecta esse censenda sit, eademque omnino (saltem quoad Divina) cum illa habenda. Quæ quanti ob doctrinæ cum Naturæ lumine in longe plurimis symphoniam mortalibus facta fuerit, & quam multos sui ab ævo nacta sit admiratores & asseclas illum solum latere potest qui omnem nescit Historiam Antiquam. Id memorasse sufficit eandem vel iis qui luce Evangelii erant collustrati, primorum scilicet seculorum Ecclesiæ Christianæ doctoribus haud paucis celebratam quam maxime, & perculatam esse: qui *doctrinam Platonis a Christi præceptis haud alienam esse agebant; Neminemque ea philosopho propius Religionis nostræ pulsasse metas censebant*. Unde stilus quoque nonnunquam ita ad Pythagoricum seu Platonice dicendi genus compositus ut absque Platonismi cognitione intelligi fere nequeat. (Ubi tamen ex nimio dogmata Christiana cum Platoniciis in Gentilium puto gratiam & convictionem conciliandi & accommodandi studio plus semel peccatum esse constat.) Atque hic est B. L. ubi mihi aqua hæsit sæpius: dum enim postquam in illam mihi curam incumbendum esse credideram ut & Theologiæ gentilis antiquæ, Philosophiæque notitiam aliquam compararem, Philosophorum veterum sententias, scriptaque moralia scrutabar illos quos animæ immortalitatem, Judicium post hanc vitam, bonis beatam immortalitatem, pessimis poenas perennes decretas esse adstruere deprehendebam: quorumque institutiones hac de causa omni opera in id unum collimare videbantur ut mentem per omnia continentia, cæterarumque virtutum præcepta ab inhærentibus vitiis purgatam redderent, & ad recti normam componerent, ita quidem ut eorum *vel literæ quæque & syllabæ virtutem*

Rom. 1:
21, 22.

Scal. de
Subtil.
exerc.
LXI. §.
III.
Steuch.
de pe-
renn.
Phil. lib.
v. c. IV.

Juslin.
Mart.
dial. cum
Tryph.
Augus-
stin. ap.
Cal.
Rbod.
Lect. ant.
lib. XXII.
s. IV.

Dan.
Heins.

P R Æ F A T I O.

Autem inspirare animis viderentur: hos inquam mire, misereque *orat.*
 admodum de Animæ posthac statu existimasse assertum pas- *Pind.*
 sim offendebar: quod scilicet eandem aliud mox subire cor- *Pyth.*
 pus crassum voluissent, atque ita nunc hominum; mox bru- *præmis.*
 torum terrestrium, volatiliumque, mutorum quoque pis-
 cium corporibus quasi ergastulis novis includendam docu-
 issent; imo ne quid desit obscuræ, vilissimæque conditio-
 nis in frutices & arbores quandoque transmittendam esse pu-
 tassent: quæ tandem Metamorphosis in corpus destinat hu-
 manum quod iterum induat rationalis anima, ubi per vitæ
 humanæ spatium hospitetur eadem, quo lapsa fatali rursus
 implicetur circuitui sine fine revolventi. Quod Transmigra-
 tionis dogma dicam an delirium *per Orientem ubique, & in*
Occidente obtinisset & totum terrarum orbem esset pervagatum.
 Uno verbo omnibus illis qui inter *Gentiles mentis immortali-* *Burnet.*
tatem tenuerunt adhæsisset. Neque tandem inter gentiles
 substitisset, sed & eos quibus Dei eloquia concredita erant
 invasisset. Quæ, ut dicam quod res est, non admodum vero
 similia mihi apparebant: nec pro ea qua sum ingenii tardi-
 tate cum reliqua illorum hominum doctrina componere pote-
 ram. Ubi tamen haud paucis viris eruditis hanc senten-
 tiam receptam esse conspiciebam aliquando, si quod suppe-
 teret Otium, accuratius paulo in hanc rem inquirere mecum
 statuebam: atque inde horis subcissivis animi, veritatisque
 causâ quæ ex Veterum lectione huc spectantia successive no-
 taram relegenda, expendenda, & congerenda mihi sumsi,
 fortasse quæ de illa re mihi forent visa cum Publico com-
 municaturus. Eoque lubentius ad prædictæ rei examen me
 accingebam: quod nulla ex omni Philosophia rei Theologi-
 cæ propius accedere, magisque ex usu esse videatur: cum
 inde non tantum quid de Hominum extremis Gentilium fa-
 migeratissimi tradiderint pervideri queat; sed & eadem opera,
 ut mea quidem fert sententia, haberi possit qua cura Ethni-
 corum optimi pro iis in quibus versabantur tenebris palpando
 Deum, & in hujusce communionem salutem assequi tenta-
 rint; quam minus longe a veritate abfuerint (abfuerint ta-
 men;) quam omni conatu æternam aufugere perniciem, &
 regna aliquando videre lucida allaboraverint; victorum in-
 de fugam virtutumque exercitium anquisite commendarint,
 sed quidem in casum omnia. Quod primo dilucide docere
 possit quantum Revelationi Divinæ, Religionique Christia-
 næ debeat genus humanum, quæ tenebris fugatis veritatis

P R Æ F A T I O.

fontem unum, veram salutis viam, spemque solidam aperit & officit. Deinde etiam ad impios & subdolos, pervicacesque veritatis revelatæ captatores, & in re Divina vitiligatores, ac quoscunque contemtores hodiernos redarguendos, & convincendos præsentissimo medio esse valeat: nulla enim si quid video, via expeditior ad id ut in ruborem dentur qui sese gentilibus potiores haberi volunt quam ex principiis ab ipso gentilismo confessis & quavis demonstratione assertis causam Christianam agere. Uti quondam præcæ ecclesiæ doctoribus Ethnicos & quoscunque improbos ex Ethnicis, sicque telis ex castris adversariorum petitis, conficere in usum abiit feliciter. *Christianus* videlicet auctore Augustino *Domini sui esse intelligit ubicunque invenerit veritatem*. Nunc ergo tibi exhibeo B. L. *Veterum* quam voco *Palingenesiam*, seu *Metempsychosin*; *Pythagoricæ* pro captu meo delineationem, pro tuo arbitrio censendam. Ut enim in hoc studiorum genere, ubi solis rationum momentis metienda res est, libere admodum veritatem indagare soleo nullius addictus parti, sicque pace doctorum virorum aliter sententium etiam libertatem mihi sumo rationibus ab iisdem dissentientiendi, ita & eadem utatur quisque alius per me licet, ut par est. Ubivis veritatem absque invidia & malignitate sequor: quosvis itaque alios majori acumine ingenioque magis exercitato pollere ex facili patiar. Ubi meliora, & certiora videro lætabor, sequar, gratus ero; nunquam monitoribus asper. Sicubi lapsus sum, quod sæpius forte contigit, *magnam peritiam exilimato* auctore Pythagora *qua ferre potes aliorum imperitiam*. Cumque Philosophiæ Barbaricæ Græcæ fide traditæ partem exhibeat tractatio hæc nostra si & ipsa forsan barbara videatur æque feras. Si alibi in citandis auctoribus longus videar *verba ipsa quoniam res inopinata erat* ut cum Gellio dicam *adscribenda* fuisse cogites. Interim & hoc monuisse liceat, quod ut plurimum virorum Eruditorum & ingenuorum iudicio tribuo, sic & facilis istorum sententiæ accedam qui istius hominum generis, quod satis doctum ingeniosumque sese arbitratur si Philosophiam omnem, opinio- numque Priscorum scientiam ridere ac sarcasmate quopiam conspuere valeat, cavillationes floccifaciendas esse opinantur: ut quod imperitiæ & ignaviæ prætextum contemptum quærere constet. Scientiam enim ajunt & artem non habere inimicum nisi ignorantem; & ineptas garrire crises virtutis inopiam designare. *Videbant enim perspicue viri doctissimi pari-*

Noct.
Attic.
lib. IV.
cap. XI.

In Dedi.

ter

P R Æ F A T I O.

ter & sanctissimi Canterus ait, cum reliquas scientias primarias, *cat. vers. Stob.*
tum Divinam non facile Philosophiæ adjumento, non magis quam
dominum ancilla carere posse. Neque hæc mea tanti putanda
fore existimem ut livorem in se sint concitatura, de cujus
veneno passim conqueruntur viri eruditi; quo scilicet non-
nulli suffusi illorum lucubrationes omni nisu conspurcare af-
fueverint; ut & aliquam saltem judicii famam sibi pariant: quod
tamen si forte contigerit mihimet congratulaturus sum, ta-
citiusque gaudebo, cum rei bene actæ, virtutisque comes
invidia sit: simul ad talium murmur vel pisce mutior omni
conamine, si quid valeo, de publico merendi bene quasi Deo
Averrunco usurus. Cæterum in Titulo, quem feci de *Pa-*
lingenesia, Cronium apud Nemesium sequor: qui scripsit
Περὶ Παλιγγενεσίας, ἣτα δὲ καλεῖ inquit Nemesius *Μετεμψυχωμάτων.*
Veterum dixi, quia ut Metempsychosis sic dicta Pythagorica
multas vetustas gentes, sectasque tenuisse perhibetur, sic
eam, quam mihi Pythagoræ sententiam vere extitisse per-
suaseram, Veteribus Chaldæis, Indis, Ægyptiis, Persis,
Getis, Celtis, Phariseis, Essenis, Orpheo, Pherecydi,
Syrio, Empedocli, Platoni, multisque aliis qui hos secuti
sunt communem fere fuisse opinabar. *Veterum* deinde oppo-
site ad Recentiores quosdam, vel devios nonnullos Christia-
nos, Judæos quosdam posteriores, Ethnicos item hodie-
nos aliquos, quos crassam Animarum per varia corpora trans-
migrationem quam dicunt Pythagoricam, credidisse, hodie-
que eidem inhærere volunt. Non enim quorumcunque se-
culorum de Animæ post hanc vitam conditione opiniones,
quæ sub hoc nomine venditæ sunt, excutere animus est:
cum sententias nonnullorum sub hoc vel illo titulo exhi-
bere a judicio, animoque Historici vulgo dependeat. Ne-
que multum referat an alicubi terrarum seriori tempore
ineptam quampiam de mentium post hanc vitam conditio-
ne sententiam foverit gens humana. Sed de vera opinione
Pythagoræ, ejusque magistrorum, tum & discipulorum,
arque, qui horum omnia collegisse creditur, Platonis anqui-
rere constitui. Quorum mentem si a circulatione Animarum
perpetua aversam demonstrare licuerit, etiam reliquam Me-
tempsychosin quandam Pythagoricam in fabulis habendam ef-
fe constabit. Quia autem & ipsos Phariseos Recidivatu in-
hæsisse fama vulgaris ait, atque sic ex hac hypothefi sanctis-
simi verbi sensum aliquando dandum esse postulat eadem, &
inopinabilem, menti saltem meæ, potioris ecclesiæ Judaicæ
sub

P R Æ F A T I O.

sub tempora Messiae Doctorum partis a Diva veritate secessionem urget, illorum etiam præprimis opinionem tractandam esse duxi: Recentioribus solis fere indicatis nominibus missis factis. Cum tandem longo nimis usu comprobatum sit qualia sint illorum librorum fata qui procul auctoribus typis describuntur L. B. rogatum velim ut multifaria vitia typographica pro humanitate & æquitate sua ipsemet corrigere vel expungere dignetur. Ne in Græcis curet accensus &c. Augeæ repurgare stabulum Herculis erat. Ubi sensus turbatus omnino est, quod factum sæpius, ad vitiorum typographicorum indiculum sese conferat, ubi graviora, quantum volanti licuit oculo, notata dedi. Vale & Fave.



ARGUMENTUM ET SERIES

HUJUS OPERIS.

LIBER PRIMUS.

Quo in Metempsychosin crassam; eamque Pythagoræ
adscribendam, vel de eodem negandam in-
quitur.

CAPUT PRIMUM.

Μετεμψυχώσεως Nomen, & Definitio.

§ I. **M**ετεμψυχώσεως, Μετενομήσεως
& Παλιγγενεσία Synony-
ma. II. Migratio de uno in al-
liud corpus. III. Transmigratione-
nem animarum fieri de corpore
humano in humanum: imo & de
sexu in sexum. IV. Quemadmo-
dum & in corpora Brutorum. V.
In quibus vitæ anteaactæ fortun-
tur præmia vel poenas. VI. Hinc
Pythagoræ negatos Inferos & Su-
peros. VII. Et prohibitam ani-
malium eadem, carnisque esum.
VIII. Anima in corpore, in quod
transiit, operationum vitalium
principium. IX. Transmigrationem
fieri in omnia animalium genera:
etiam vita sensitiva carentia. X.
Hæc animæ revolutio perennis.
XI. Μετεμψυχώσεως seu Παλιγγενεσίας
descriptio.

CAPUT II.

De PYTHAGORA Μετεμψυχώσεως adfertore.

§ I. Pythagoras in Ægypto in-
stitutus, II. Ab Ægyptiis Philoso-
phiæ Brachmanicæ principia hausit,
quam postea plenius ab ipsis Indis
didicit. III. In Babylonia Chal-
dæorum disciplinas edoctus Pytha-
goras. IV. Et Persarum instituta.
V. Atque Phoenicum, Arabum,
& Hebræorum, uti ajunt, disci-
pulus. VI. Et Druidarum. VII.
Hinc omnigenis sapientiæ Thesau-
ris auctus Pythagoras. VIII. No-
vam & nobiliorem inter Græcos
induxit philosophiam. IX. Orphi-
cam secutus methodum. X. Ut
velut alter Orpheus feras leniit.
XI. Maxima unde apud Metapon-
tinos illius admiratio, & venera-
tio. XII. De Pythagora quid Ovi-
dus. Secundum quem & in varia
corpora transmigrationem docuit.
XIII. Et plures alios. XIV. Sci-
licet

ARGUMENTUM ET SERIES.

licet ipse antea Euphorbus fuerat, indicato Euphorbi clypeo demon-
imo varie renatus, XV. Quod ex strasset.

C A P U T III.

*De iis quibus praeterea adscripta Metempsychosis; huiusque
acceptio varia.*

§ I. Animarum transmigratione Diversimode aliquantum admitta-
nis opinio tantum non universalis. IV. Qua ratione Empedocli, qua
II. Cur dicta Pythagorica. III. Judæis. V. Distinctio Servii.

C A P U T IV.

Quod nostram exhibet sententiam.

§ I. Sententia vulgaris non pro- Tribus partibus demonstranda.
bata. II. Auctoris sententia. III.

C A P U T V.

*Quod perpetuo PUGNAT cum Pythagoricis decretis illud
a Pythagorica doctrina alienum habendum esse.*

§ I. Quod perpetuo pugnat cum Pythagoricis decretis a Pythagori-
ca doctrina alienum censendum esse. II. Suspicionem de contra-
dictoria Auctoris cuiuspiam incon-stantia haud leviter suscipiendam
esse: ejusque verba quoad possint sano sensu explicanda. III. Neque
ita explicandas sententias ut pri-
marium Auctoris scopum subruant.

C A P U T VI.

*Quae de statu mentis PIE SEPARATE tradit philosophia
Pythagorica Metempsychosis omnino contraria esse.*

§ I. Ea quae de statu separato Atque amplius Laërtii, Josephi,
justorum tradit doctrina Pythago- Plutarchi, Clementis Alexandrini,
rica cum Metempsychosis pugnare. V. Timæi Locri, & Epicharmi.
II. Hæc scilicet in æthere collo- VI. Mentem Pythagoream graphi-
care beatos plene. III. Quod con- ce expressisse Phocylidem, & Xe-
firmatur auctoritate M. Tyrii, Steph. nocratem. VII. Hinc animas se-
Nigri, Dickinsoni, Longini. IV. paratas dictas Μένους, VIII. Quae
deno-

HUJUS OPERIS.

denominatio forte & puram & in- nait : quam docuit Pythagoras,
violabilem earum conditionem in-

C A P U T VII.

Ea quoque quæ de INJUSTORUM post mortem conditione tenet doctrina Pythagorica Transanimationem crassam abnegare.

§ I. Injustos in Inferno seu Tar- judicium inevitabile. III. In Tar-
taro a Furiis ineluctabilibus vincu- taro æternis cruciatibus obnoxios
lis alligatos. II. Animis separatis injustos. IV. Conclusio.

C A P U T VIII.

Neque conditionem eorum, qui non plene justî, seu quoad fieri potest purgati, nec penitus vitis obruti, sed inter hos MEDII, decesserunt, cum Metempsychosi consistere.

§ I. Medii quales. II. Eos ad- a Pythagora admittis concludi pos-
suisse videri doctrinam Pythago- se : sed & horum conditionem
ricam. III. Quid hic Plutarchus. Metempsychosin respuere.
IV. Ex Platone quoque de Mediis

C A P U T IX.

Hæc ulterius ex consideratione AUREORUM VERBORUM confirmari.

§ I. Aurea verba genuinum fa- tinendum continuo usurpata. V.
pientia Pythagoricæ κοινότητα. II. Ex dictis novum surgere argumen-
Imo dogmatum Pythagoricorum tum. VI. Marcilii in Aureis Me-
compendium. III. Num & scriptio- tempsychosin quærentis commenta-
tenus auctor sit Pythagoras du- tio. VII. Sed erronea. VIII. So-
bium. IV. Aurea verba cara habi- lida Hiéroclis. IX. Conclusio.

C A P U T X.

Quam de hominum MORTE tradit ideam doctrina Pythagorica omnem crassam Metempsychosin aspernari.

§ I. Sententiam Pythagoricam nuere. II. Mors scilicet mentis
de Morte Transmigrationem ab- in libertatem pristinam assertio. III.

A R G U M E N T U M E T S E R I E S,

Animus scilicet per Mortem in po- hac vita meliorem post exutum
testatam res pure & perfecte cog- corpus statuere, sibi que promit-
noscendi transit. IV. Mors inde tere Pythagoreos. Ut contra iis
vitæ melioris initium. V. Et res qui talem sibi addicere nequeunt
optanda. VI. Conditionem itaque timorum maximus leti metus est.

C A P U T XI.

*Neque FUNERANDI ritum Pythagoricum ferre Metem-
psychosin.*

§ I. Mortuos in albis vestibus que Judæos, & Christianos Vete-
efferre jussisse Pythagoram, Magos res talem ritum habuisse. V. Imo
imitatum. II. Cujus rei rationem & Japonenses hodiernos, Chinen-
aperit Plutarchus. III. Eandem ses & Siamenses, qui mentis ad
& Ægyptiis fuisse consuetudinem. Deum reditum tenent. VI. Con-
IV. Inde ad Græcostransiisse. At- clusio.

C A P U T XII.

*Mentis humanæ post mortem QUALITATEM naturalem se-
cundum doctrinam Pythagoricam, crassam de corpore
in corpus transmigrationem refellere.*

§ I. Denatos non umbram pro- nec amplius alimento indigere,
jicere. II. Quum crassis, & tac- neque morti alteri obnoxios esse.
tilibus careant membris. III. Inde IV. Conclusio.

C A P U T XIII.

*REVERENTIAM, CULTUM ET HONOREM ex instituto phi-
losophiæ Pythagoricæ DENATORUM animis deferendos
nullam pati animarum in alia corpora terrestria
Transmigrationem.*

§ I. Animas humanas post mortem Heroës & Dæmones animas esse
in Divorum numerum relatas Py- separatas ex mente Pythagorea.
thagoreis. II. Utpote cultu pro- VII. Omnem aërem animorum
sequendas. III. Mortalium sorte plenum, horumque ordines varios,
superiores. IV. Post Deos tamen ve- ac receptacula varia. VIII. He-
nerandas. V. Herōum ac Dæmo- fiodi & Pythagoræ in hisce consen-
num honores fere eosdem. VI. sus. IX. Conclusio.

HUJUS OPERIS.

CAPUT XIV.

Omnem tandem Philosophiæ Pythagoricæ FINEM, Rationemque fundamentalem crassam Μετεμψύχωσιν abnegare.

§ I. Finis Philosophiæ Pythagoricæ hominem Deo similem reddere, ut posito corpore ad hunc revertatur. II. Et familiarem cum Diis consuetudinem inducere. III. Haftenus dicta confirmari ex eo quod & animalia cedere consueverint Pythagorei.

CAPUT XV.

An Pythagoras abstinuerit ab omni CARNIUM ESU, ET ANIMALIUM OBLATIONE, ut solum frugibus rem sacram fecerit, ob assertam videlicet animarum de corpore in corpus etiam BRUTORUM Transmigrationem.

§ I. Omnem animalium cædem prohibuisse Pythagoram secundum multos. II. Ne videlicet Animæ parentum, fratrum, amicorum, imo generatim hominum suis exturbarentur habitaculis. III. Non autem sic opinatum esse Pythagoram; cum ipse, ut & discipuli carnem in cibum adhibuerint. IV. Quod confirmatur ex Plutarcho. V. Immolatorum animalium carnibus vesci licitum fuisse Pythagoreis. VI. Abstinentiam Pythagoricam certas tantum animalium species respexisse. VII. Quid hic Iamblichus. VIII. Præscriptam abstinentiam Pythagoricam anima-

lium cædem, & carnium esum inferre: cum has & illas partes vetet. IX. Pythagoram sacrificium C Boum fecisse Diis. X. Id non de farinaceo quopiam capiendum esse. XI. Licet Hecatombæ variæ fuerint speciei. XII. Neque Empedoclis factum ad extraordinarium Pythagoræ sacrificium quicquam facere. XIII. Ex farre quidem confectas hostias: sed ex pauperie, & ima necessitate. XIV. Pythagoram, & Pythagoreos varie, amplius animalia mactasse. XV. Noxia animalia per Pythagoram licuisse internecioni dare.

CAPUT XVI.

ABSTINENTIAM qualemcunque Pythagoricam longe ALIAS agnoscere CAUSAS quam assertam Metempsychosin.

§ I. Abstinentiæ quæ fuit Pythagoricæ alias longe extitisse causas quam creditam quandam, animalium revolutionem. II. Ex præ-

ARGUMENTUM ET SERIES,

cripto Pythagoræ communiter abstinendum fuisse ab iis quæ homini in labore adjumento sunt, vel viva multum profunt: ut Bove aratore. III. Cui & parcere Verustis gentibus passim constitutum erat: ut contra ea, quæ agrorum, stirpiumque culturæ inimica erant, passim oblata animalia sunt. IV. Ab albo Gallo abstinendum quod ad labores excitet. V. Ab Ove: quod ex lana generi humano vestium materiam præbeat, ex lacte alimoniam. VI. Ab iis quoque quæ Diis sacra. VII. Ut animalium facrorum cædem cavebant veteres Ægyptii: quæ alia mactata & comesta; imo & nonnunquam vel

ipsa ea quæ consecrata erant immolata. VIII. Communiorem Ægyptiorum ab animalibus sacris abstinendam non Animarum quandam transmigrationem agnovisse causam; sed communem utilitatem. Uti se res habuit in Bove, Vacca. IX. Ibi, Accipitre, Crocodilo, Fele, Cane. X. Sacra animalia indulgenter habita Deorum familiaritatem conciliare credita. XI. Animalia in Ægypto rariora. Neque Magos, Druidas, Germanos, Brachmannos, Phariseos ab animalium cæde abstinuisse. XII. Abstinendum fuisse secundum Pythagoram ab iis quæ polluant.

CAPUT XVII.

Legem Pythagoricam IMMODICUM solum carniū usū, & animantium cædem proscripsisse, quo sapientiæ studio, vitæque civili aptum reddat genus humanum.

§ I. Et ab omni carniū usu quatenus luxuriæ faciat. II. Mentemve ad vitam intellectualem ineptiorem. III. Moderatum autem parcumque carniū usum licitum. IV. Animalium cædem vitæ quatenus diffidiis, cædibus mutuis, crudelitati, feritæque &

injustitiæ alimoniam ferat & occasionem. V. Animalia bruta generi humano ὁμοθυῶν & οὐγγυῶν quo sensu. VI. Quam Rationalitatem Brutis assignent Pythagorei. VII. Pythagoras cum suis ab animalibus abstinuisse vulgo dictus quo sensu.

CAPUT XVIII.

Non ob opinionem de transmigrantibus animabus FABIS interdixisse Pythagoram; quid autem præceptum Pythagoricum Κούμων ἀπέχεσθαι A FABIS ABSTINETO, sibi voluerit.

§ I. Pythagoram secundum nonnullos Fabis vesci prohibuisse:

quod in eas velut animalia animas humanas transmigrare adferuerit. II. Rem

HUIUS OPERIS.

H. Rem omnem negare Aulum Gellium auctoritate Aristoxeni sapissime Fabis usum Pythagoram adferentem. III. Inde nonnullis Fabas improprie sumptas : imo diversissime explicatas. IV. Fabas hic proprie intelligendas ; quamquam minus principaliter : principaliter rem quampiam per eas designatam. V. Fabas Inferorum portis similes ; quod infoecundæ sint. VI. *Ἀρχαῖος* (*ἀρχαῖος*) illud Laërtianum infoecundum dicere. VII. Fabas respectu mentis sensu Pythagorico infoecundas dicendas. VIII. Quo sensu Fabæ, quia infoecun-

dæ, portis Inferorum similes. IX. Animalia sterilia Dis Inferis oblata. X. Fabam, quia sterilibus habitata, Dis Inferis fuisse sacram. XI. *Κόσμος* inde *ἱερὸς*. XII. Fabas iis qui sacris operam dant immundas habitas. XIII. Auctoris de Symboli *ανάμνησιν ἀπέχεσθαι* sensu sententiã. XIV. Faba Symbolum ejus quod ad Orcum ducit. XV. A Fabis proprie sic dictis abstinendam non absolutam ; XVI. Sed secundum quid voluisse Pythagoram. XVII. Conclusio tum capitis hujus, tum Libri primi.

LIBER SECUNDUS.

Qui de iis, quæ inter Vetusiores (præter Pythagoram) Metempsychosin adscriptam passim offendimus, agit.

CAPUT PRIMUM.

An Ægyptii Animarum de corpore in corpus Transmigrationem crassam asseruerint.

§ I. Ægyptios communiore caliculo primos *Μετεμψυχώσεως* artifices. II. Ea quæ de statu Animæ post mortem tradit doctrina Ægyptiaca Metempsychosin abnegare : ut piæ conditionem plene beatam æternam in sedibus beatorum, III. Æternorumque Deorum asserunt. IV. Eamque in purum invisibilem, & passionibus non obnoxium statum transire. V. Cujus locus Luna sit. VI. Vel terram Lunamque interjacens regio ; Zonæque coelestes. VII. Et impuras ani-

mas in Inferiora loca subterranea relegari ait. VIII. Atque statum apud Inferos vel Superos æternum. IX. Inde sepulcra Ægyptiis domicilia æterna dicta. X. Ob creditam Ægyptiis post vitam terrestrem semel peractam vitam hanc vitam meliorem, vel deteriorem pro cuiusque merito quotidianam apud eosdem viguisse mortis commemorationem a vitiiis dehortatoriam, ad virtutes incitatoriam. XI. Non tamen immediate ad Superum, Inferumve sedes transire men-

A R G U M E N T U M E T S E R I E S ,

mentes separatas; sed demum corruptione cadaver invadente: inde hoc conditum religiose. XII. Quæ conditura corpora diutissime, ut ajunt, a corruptione vindicata. XIII. Hujusce finem extitisse mentem corpori retinere præsentem. XIV. Lampades sepulcrales Animarum in sepulcris existentiam creditam arguere. XV. Pyramides & quæcunque sepulcra animarum receptacula existimata. XVI. Eam interim cadaverum pollincturam & aliam antiquitus rationem habuisse videri: carnis videlicet resurrectionem. XVII. Mentem non

antequam corpus sepultum sit in quietas admitti sedes. XVIII. Solitas animarum separatarum operationes Metempsychosin abnegare. XIX. Animas separatas licet propriis locis addictas nonnunquam tamen inter homines versari. XX. Animarum humanarum in Bruta transmigrationem Ægyptiace fabulosam: cum animalia cadere Nili accolis consuetum: Et mens humana quæ ex Deo ortum ducit nunquam in Brutorum existat corporibus: imo Fati lege talis transitus sit impossibilis. XXI. Conclusio.

C A P U T II.

De PHERECYDE Syrio nonnulla.

§ I. Pherecydem Animæ asseruisse immortalitatem. II. Non omnes Ethnicos qui mentis immortalitatem adstruxere μεταψυχωσιν statuisse. III. Apud Veteres nonnulla reperiri quæ Pherecydem Transmigratione tenuisse asserunt, & unde. IV. Hunc interim a Metempsychosi fuisse alienum: tum quod Phoeniciam, id est Hebræam

secutus fuerit philosophiam. V. Unde crassioris idololatriæ averfationem hausserit. VI. Tum quod vitam dulcem, beatamque post mortem asseruerit teste Jone Chio. VII. Tum quod idem sensisse videatur ac Pythagoras: cum hujus sapientia præ omni alia ab eo commendetur.

C A P U T III.

An EMPEDOCLES Animarum de corpore in corpus & hominis, & Bruti fruticisque adseruerit.

§ I. Empedoclem Metempsychosin non tantum asseruisse; sed ultra Pythagoram hic progressum esse secundum aliquos. II. Unde hæc de Empedocle opinio prog-

nata. Qui de physica corporum immutatione locutus est. III. Quæ quomodo concipiatur. IV. Eam prisce sapientiæ dogma universale. V. Indeque Empedoclis: quod egre-

H U J U S O P E R I S.

egregie explicat Hiërocles. V. Quo sensu omnem Pythagoream *Μετεμψυχωσιν* quoque explicandam voluere Reuchlinus, & Longinus. VI. Neque si vel Empedoclis opinio crasse sumenda foret, illum ultra Pythagoram processisse recte dici. VII. Animam rationalem secundum Empedoclem, si in vita terrestri pie vixerit, post hominis mortem in beatas Divorum tran-

sire sedes, mortalium vicissitudinibus exemptam penitus. VIII. Unde se Deum immortalem dixerit. IX. Mentem ex sententia Empedoclis quamdiu in terrestribus oris versetur, exilium pati, aliquando in patriam, si pie vitam ducat, reversuram. X. Eam vero si pessime vixerit nunquam redituram. XI. Conclusio.

C A P U T I V.

Neque CHALDÆOS & PERSAS crassam Transmigrationem tenuisse. Adduntur nonnulla de Arabibus.

§ I. Chaldæos & Persas crassæ Metempsychosi addictos secundum quosdam, utpote Animæ immortalitatem asserentes. II. Animas hac vita functas ex mente Magorum vel in superas sedes lucidas transire, vel in tenebrosas inferiores detrudi. III. Mentem per septem gradus ex patria descendere, & in eandem ascendere secundum eosdem. IV. Mentem bonam, seu eam quæ se aquis Paradisiaciis abluerit, sitimque restinxerit in lumen supramundanum redituram. V. Animabus beatis sedem Paradisum dici supra omnes mundos corporeos positam. VI. Et Animis infelicibus Haden. VII. Pios quoque corpus aliquando in sedes lu-

cidas transportaturos. VIII. Id omne saltem quod permanet in sedes supramundanas transire. Probabilissimum interim hos & corporum Reviviscentiam agnovisse. IX. Quam & cadaverum pollinctura his usitata inferre videtur. X. Quæ tum corpora secundum Magos immutanda. XI. Chaldæos & Persas a crassâ Metempsychosi fuisse alienos animalium multiplicem occidionem ipsis consuetam declarare. XII. Ut & ea quæ de Persis tradit Thomas Heyde. XIII. Neque Arabes Metempsychosi subscripisse sacra mentibus separatis facta monstrare. XIV. Ut & animalium eadem multifariam. XV. Et carniæ esum.

C A P U T V.

Num Indorum BRACHMANÆ Metempsychosin crassam docuerint.

§ I. Brachmanas crassam animarum Transmigrationem ex com-

muniiori opinione asseruisse. Eoque opinionis de anima Ægyptiis
 †† ††

ARGUMENTUM ET SERIES,

se fuisse magistros venditare. II. Idem afferente Apollonio Tyanneo. III. Brachmanas ex mente Reuchlini ex Græcis ortos. IV. Contra quam afferuntur multa. V. Potius a Chaldæorum, seu Assyriorum Magis ortos Brachmanas. VI. Ex nominibus Græcis apud Philostratum neutiquam legitime originem Græcam inferri. VII. Imo minus recte cultui Brachmanico simulacra adscribi. VIII. Reliqua Reuchlini argumenta expensa. IX. Bonos post hanc vitam in statum beatum, purioremque vitam transiuros secundum Brachmanas. X. Imo immutabilem immortalitatem. XI. Morte animos a vinculis corporeis liberari penitus, superumque sortem consequi. XII. Mors

Brachmanis nativitas ad veram & felicem vitam: vita autem præsens vitæ umbra, & lugubre quidpiam. XIII. Non omnes; sed solos probos in vitam beatam admitti: malos tormentis subijci secundum eosdem. XIV. Animalium cædem, & carnum esum a Brachmanis concessum animarum in illa transitum creditum negare. XV. Indorum a carnibus abstinentiam qualemcumque certas tantum animalium partes spectasse videri. XVI. Brachmanas & animalibus rem sacram fecisse inferri posse. XVII. Idem in hisce sensisse Brachmanas quod Pythagoras, cujus doctrinam crassam transmigrationem negare vidimus. XVIII. Conclusio.

CAPUT VI.

An DRUIDÆ Celtarum antiquissimorum, Britannorum, Gallorum, Galatarum &c. Magi Metempsychosin instituerint.

§ I. Druidas secundum nonnullos Metempsychosin assertores. II. Druidarum nomen unde. III. Druidarum vetustas. IV. Druidarum doctrina. V. Animas humanas post hanc vitam in alium orbem, Manium sedem transire ex mente Druidarum. VI. Animas separatas in alium transire orbem, vitamque Divinorem apud veteres fama constans. VII. Quorsum textus Cæsaris referendus sit. Quod & Gallorum funerandi ritu confirmetur. VIII. In isthoc orbe altero vitæ melioris participes animas.

IX. Sed solas pias. X. Druidas a Metempsychosi fuisse alienos mutuum in altero orbe reddendum, & negotiorum rationem ad Inferos delatam docere. XI. In animarum mundo non crasso indutas corpore voluisse mentes Druidas videri. XII. Metempsychosi non subscripsisse nostros sacrificia consueti inferre. XIII. Ea quæ offendentur apud veteres passim de sententia Druidum tantum fere animæ immortalitatem dicere, & apud Manes existentiam.

HUJUS OPERIS.

CAPUT VII.

An GERMANI Veteres & GETÆ pro Metempsychosi steterint.

§ I. Germanos Transmigrationis crassæ assertores ex aliquorum opinione. II. A Gallorum institutis alienos Germanos secundum Cæsarem; sed perperam. III. Germanos a Metempsychosi alienos; cum viros fortes post mortem vitam conditionemque divinam consequi voluerint. IV. Et demortuis remanere rerum propriarum possessionem, & usum asseruerint. V. Imo animalia mactarint, & in

cibos adhibuerint. VI. Getas secundum nonnullos Metempsychosæ assertores. VII. Zamolxin Getas Pythagoreis opinionibus imbuisset. VIII. Animarum post hanc vitam Transmigrationem ex sententia Getarum in beatas fieri sedes, ubi in consortio Zamolxis perpetua fruuntur felicitate. IX. Quod ritu nuntium ad eundem mittendi confirmetur.

CAPUT VIII.

De ORPHEO pauca.

§ I. Orpheum & Pythagoram de mentis post hominis mortem statu consensisse. II. Pios ex Orphei sententia post hanc vitam

plene beatos futuros. III. In latis animarum pratis. Impios autem in Inferno cruciatibus obnoxios. IV. Et quidem æternis.

CAPUT IX.

Neque PLATONEM crassam Metempsychosin asseruisse.

§ I. Platonem secundum aliquos crassam animarum transmigrationem adseruisse. II. Platonem in hac materia non dissensisse a Pythagora. III. Imo & Chaldeorum & Egyptiorum doctrinam, & methodum, ut fecit Pythagoras, secutum. IV. Animas puras secundum Platonem transire in locum invisibilem, purum, supercoelestem, ad Deum, omnibus malis in perpetuum exemptas. V. Ubi in consortio Deorum, beato-

rumque hominum plenissima fruuntur felicitate. VI. Hanc beatorum conditionem immutabilem. VII. Impios ex opinione Platonis vel sanabiles, vel insanabiles. VIII. Insanabiles in Tartarum detrudi, ubi æternas dent poenas. IX. In eas beatorum, impiorumque sedes transire mentes mox post obitum. X. Sanabiles in suppliciorum loca remitti profundiora, minusve profunda quo magis minusve peccatorum onere gravati fuerint: adeo-

ARGUMENTUM ET SERIES,

que vel sub terra, vel in terræ superficie, aëreve inferiori hærent. XI. Aëreis crassioribus, & terrenis subtilioribus corporibus indutos. XII. Animas scilicet semper corpore vestitas: sed vario. XIII. Medios aliquando ex carcere dimittendos, & in purgato-

rum sedes admittendos. XIV. Mortem secundum Platonem piis vitæ melioris & perpetuæ initium. Plene sceleratis ad omnium malorum extremum transitum. Et nullis iterandam. XV. Probos post mortem fieri Dæmones secundum Platonem.

CAPUT X.

Num STOICI animarum de corpore in corpus Transmigrationem crassam crediderint.

§ I. Stoicos secundum nonnullos Metempsychosis adhæsisse. Quod

recte negatum aliis. II. Quæ Stoicis de mente separata sententia.

CAPUT XI.

Neque Judæos veteres, seu PHARISÆOS Metempsychosis crassam adseruisse.

§ I. Metempsychosis crassæ Phariseos subscripsisse secundum multos. II. Phariseos Metempsychosis Pythagoricam tenuisse nonnunquam generaliter dici. III. Nonnunquam vero in eo a Pythagora fuisse diversos, quod solas piorum animas in alia transmigra- re corpora voluissent: atque impiorum interminabili supplicio cruciari; cum talia supplicia ignorasset fenex Samius, & quascunque animas alia subire corpora statuisset. IV. Aliis contra secundum Phariseos bonorum animas transire in corpora hominum: malorum in ea quæ brutorum sunt. Ut in hisce scilicet poenas luant facinorum donec inhærentia vitia eluantur. V. Ex aliorum mente malos poenas expendere in Gehenna secundum Judæos, ibidemque velut in

purgatorio sanabilium fordes elui, non brutorum corporibus. Imo poenas purgatorias recentiorum figmentum. VI. Mentium piarum in corpora hominum, impiarum in carcerem æternum transitum fieri immediate post mortem secundum nonnullos. VII. Non immediate eundem fieri; sed quarto demum post obitum die secundum alios: imo non antequam corpus in pulverem fuerit redactum, ut iterum alii. VIII. Mentem corpore deposito transire in hortum Edenis, Sinum Abrahami, sub Thronum gloriæ ex mente Judæorum secundum hos. IX. Quem Edenis hortum, piarum habitaculum, coelum hi, oram terrestrem illi, subterraneam isti declarant. X. Mentis separatas in sepulcretis versari quam diutissime, ibique mune-

H U J U S O P E R I S.

munere mediatorio fungi secundum alios XI. Phariseos spem Patrum, & Resurrectionem docuisse. XII. Hanc autem spem animam post hanc vitam in coelo locare, communione Dei beata perfruentem. XIII. Eternas poenas manere impios ex sententia Phariseorum. XIV. Resurrectionem omnium hominum, justumque super iis Judicium divinum, dogmata Phariseis asserta, Metempsychosin negare. XV. Non aliam Phariseis creditam Resurrectionem quam quæ futura sit post unum tantum corpus depositum. XVI. Secundum Phariseos mentes pias separatas immediate post mortem in sinum Abrahami transire: impii in Infernum. XVII. Phariseos hominis existentiam vel actualem vel possibilem in mundo sublunari antequam unum hoc præsens indu-

tum corpus fuerit negasse. XVIII. Animas pias non aliis quam puris, & ab omnibus imperfectionibus secretis corporibus aliquando vestiendas, in quibus vitam agant beatam. Quid hic Iosephus. XIX. Conclusio. XX. Dogma de piorum post hanc vitam statu beato futuraque aliquando Resurrectione ecclesiæ Judaicæ non fuisse incognitum, ut voluit Chrysostomus. XXI. Objectioni ex loco Matth. xvi: 14. fit satis. XXII. Ad illam quæ ex Johannis ix: 2. formatur respondetur. XXIII. Quid de causis descensus Animarum in corpora, harumque ante hunc conditione voluerint præexistentiæ patroni. XXIV. Neque reliquas Judæorum Veterum sectas Metempsychosin adhæsisse: ut liquet de Sadduceis. XXV. Et Essenis.

C A P U T XII.

De iis qui CHRISTIANUM nomen professi animarum Transmigrationi subscripsisse dicti sunt pauca.

§ I. An Origenes Metempsychosin tenuerit. II. Opiniones Simonis Magi, Carpocratis, & Manes auctoris non attinent. III. Ut & Indorum hodiernorum. IV. Libri secundi Conclusio. tis missæ factæ: ut quæ ad scopum

L I B E R T E R T I U S.

Qui veram Pythagoræ aliorumque opinionem pandit.

C A P U T P R I M U M.

Metempsychosin seu Palingenesiam Pythagoricam SYMBOLICE capiendam esse.

§ I. Pythagoram pro Veterum ænigmaticis locutionibus involuta more dogmata sua symbolicis & tradidisse. II. Adco quidem ut ni

ARGUMENTUM ET SERIES,

symbolice exponantur ridicula apparitura sint. III. Ridenda nonnulla & falsa ab invidis & calumniatoribus Pythagoræ afficta monentibus Antiquis. IV. Pythagorica non mox ut insipida explodenda, quia Symbolica, Neque omnia quæ pro Pythagoricis venditantur ut talia accipienda. Metempsychosin Sym-

bolicè capiendam. V. Metempsychosin crassam viris doctis antiquioribus & recentioribus de Pythagora negatam. VI. Metempsychosin, Metensomatosin, & Palingenesiam præsentem & futuram mentis statum dicere cum respectu ad præteritum.

CAPUT II.

De Mentis humanæ ANTEQUAM cum corpore crasso conjuncta fuerit statu.

§ I. Animarum præexistentiam Vetus passim assertam. II. Eas cum in stellas distribuebantur ita singularifatas ut perpetuo distinctæ maneat. III. Variæ animarum sedes quomodo concipiendæ. IV. Animas cum in stellas distribuebantur concipi ejusdem omnes fuisse ordinis, & cunctarum rerum ideis decoratas. V. Vehiculo ibidem impositas easdem: quod semper adfit. VI. Id vehiculum ita dispositum ut crassioris materiæ affectiones, ut & omnium Planetarum ipsi, ejusque formæ variè agglutinari possint. VII. Mentibus ita constitutis a summo rerum Arbitro leges Fatales edictas. VIII. Quo & possibiles malorum origines & sequelæ innotescerent: siquæ nulla unquam mali (ex libera mentis præelectione contracti) in Deum culpa conjici posset. IX. Animas in campo veritatis conditione fuisse mutabiles: viribus quidem præditas sufficientibus ut Deum, Verum, & Bonum sequi possent perfecte & perpetuo; verum & ab hisce sese avertere, fibique propriis consiliis mala con-

sciscere. X. Hinc viribus male usas campo veritatis sua sponte culpeque excidisse: reversuras si vitia inhærentia expurgentur aliquando; alias nunquam. XI. Animas descendentes septem orbes Planetarum permeare: in quibus aliquamdiu morentur, seu vitam istis sphaeris convenientem ducant, a singulis Planetis propria vehicula sortitas. XII. Pro regionum enim, in quibus moras necit anima, affectionibus & qualitatibus, variè vehiculum mentis æthereum vestiri. XIII. Neque tantum simpliciter vehicula illa menti superindui ut in illis sphaeris moveri posset; sed per ea affectiones suas cum anima communicare Planetas. XIV. Hos videlicet animatos. Deique admittros. XV. Alteram hinc animam irrationalem ex sphaeris descensu contractam dici. XVI. Varias sic in descensu, antequam in crassum deveniret corpus, menti jam actas vitas seu vitæ species pro varietate locorum & moribus diversas. XVII. Et quidem pro Planetarum, quorum quicque affectiones suas (in se qui-

H U J U S O P E R I S.

quidem bonas ; sed vitio recipientium aliquando degeneraturas) collaturus erat, numero, septem. XVIII. Ita tamen ut unam præ alia vitæ speciem, imo & Brutam, ut magis propriam, sibi contrahere libere potuerit. XIX. Qua electa & ejus Fatis implicetur anima: quod tamen Fatum liberum Arbitrium non tollat. XX. Fatum proprie in Anima irrationali residere : quod Dæmone adjuvante solubile sit. XXI. Qualitates mentibus descendentibus a Numinibus vagantibus communicatas ab iisdem in conceptione & nativitate confirmari, & corpori aptam, ad eas dispositionem inferi. XXII. Qualem vitæ speciem potissimum sibi contraxe-

rit, & duxerit anima antequam in corpus crassum devenit, talem vitam maxime agere eandem in corpore humano: hinc corpus isti aptum in generatione comparari; atque adeo cum dominium tenent Planetæ, qui vitæ electæ qualitates indidère, Animam cum corpore copulari, Eosdemque Planetas qualitates impressas ulterius per vitam confirmare. XXIII. Ex signaturis corporis de mentis inclinationibus prædominantibus concludi posse : atque quam antequam corpore humano indueretur Anima potissimum in Planetis duxerit vitam Sapientem aperire posse : uti solitus erat Pythagoras. XXIV. Conclusio.

C A P U T III.

De Anima cum CORPORE humano CONJUNCTA.

§ I. Dona cum Anima a Planetis communicata, postquam ea in generationem, quæ ipsi status præternaturalis sit, descenderit, in pejus degenerare. II. Duplicem menti ex duplici principio in generatione inesse vitam, divinam seu rationalem, & irrationalem: quarum prior sopore obruta jaceat, imo continuo amplius ab irrationali oppugnetur, ut rectitudinem vitamque Divinam nequitiam per se servare possit homo. III. Partis irrationalis violentiam tantam esse ut nonnisi auxilio divino superari possit. IV. Planetas pro septem vitæ terrestris periodis varie vires suas exferere. V. In his vitæ periodis Animas nonnunquam Brutorum vitas edere. VI. Mentem & corpore crasso indutam mores

& vitas commutare. VII. Affectiones irracionales ope Divina debellandas, & leto dandas: sicque exuendam animam, vestes, vires, quæ sub Fatum trahunt. VIII. Hac ratione Mentem in aliam vitam transire. IX. Quæ ad hunc transitum sint necessaria. X. Hoc modo Brutorum qualitatem exui, humanamque, seu Divinam indui. XI. Omnes successive irracionales habitudines ut contractæ sunt exuendas. XII. Hanc Animæ, totiusque hominis immutationem *Παλιγγενεσίαν* Regenerationem dictam. XIII. Institutionem ad *παιδείαν* nonnunquam & Regenerationem dictam: & quare. XIV. *Παιδείαν* paucis decenter curari & contingere: longeque plurimos beatis ejus fructibus destitui.

ARGUMENTUM ET SERIES, &c.

C A P U T IV.

De Mente a corpore crasso SEPARATA.

§ I. Ritu purgatos, seu regeneratos in immortalium Deorum chorum post hanc vitam adscisci. II. Stellas errantes, & fixas, & entium intellectualium vehicula Animalia dici. III. Quo sensu nostris mens ad Animam Universi reverti dicatur. IV. Hunc in alteram illam vitam transitum Παλιγγενεσίαν, Μετεμωμάωσιν &c dici.

C A P U T V.

Pythagoras quo sensu quondam EUPHORBUS &c. Quid homo BRUTUM Mentisque in vitam MULIERIS degeneratio.

§ I. Pythagoras qua ratione quondam Euphorbus. II. Quo sensu Æthalides, Hermotimus, Piræus piscator Delius &c. III. Communissime Bruta dici qui eorum mores sequuntur. Imo optimos Pythagorice post hanc vitam in Animalia transire dici posse. IV. Mentis in vitam Muliebrem degeneratio quænam. V. Conclusio.

C A P U T VI.

De Palingenesia UNIVERSALI.

§ I. Universi ætates & conversiones octo. II. Sapientiæ verustæ traditionariæ apud Thufcos vestigia. III. Quid de Palingenesia universali Plato. IV. Duplex animarum judicium Platoni forte cognitum. V. In Palingenesia universali corpora subtilissimam essentiam induturæ. VI. Quando futura. VII. Magos, Thufcos, Ægyptios, Platonem &c. hoc in capite a Stoicis diversos.

C A P U T VII.

Generales quosdam monstrans Fontes SOLUTIONUM.

§ I. Numerum agentium non normam veri. II. Historicos haud raro ex dictis factive Philosophi alicujus, sectæ, gentive ab ejus opinione aliena concludere, & tradere. III. Ex Poëticis rerum & opinionum descriptionibus de his non æstimandum esse. Quid ad ea quæ ex Ovidio afferuntur. IV. Ex Virgilio, Ennio, Tibullo, Juliano, & Sallustio Philosopho nihil hic legitime concludi. V. Neque ex Patribus nonnullis Ecclesiasticis rem confici. VI. Epilogus.

F I N I S.

D E

PALINGENESIA VETERUM,

S E U

METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Μετεψυχώσεως Nomen, & Definitio.

§. I. **M**ETEMΨΥΧΩΣΙΣ q. d. *transanimatio* anima in aliud, (transitus Animæ in aliam conditionem,) non nunquam ut objectum *in quod* exprimeretur dicta *Μετεσώματωσης* q. d. *transcorporatio*, id est *transmigratio animæ de uno in aliud corpus*; et quia in priori corpore vivere desuit anima, & in alio quod de novo subit *vitam auspicatur denuo* vulgo *παλιγγενεσία* q. d. *reviviscentia*, *regeneratio*, i. sub his tribus nominibus; ut *synonymis* passim venit.

Non

1. *Sub his tribus nominibus ut synonymis passim venit.* Sunt & aliæ voces & phrasæ quibus *Reviviscentia*, seu *Transanimatio Pythagorica* nonnunquam exprimitur, quæ periphrastice aliquatenus rei ideam, prout sibi quispiam fecit, exhibent.

Ita occurrunt: *Μεταβαίνειν εἰς ἕτερον σῶμα*, *transire in aliud corpus*. Iosephus de bello jud. lib. II. c. VIII. *Εἰς ἄλλο ζῶον ἐισδύσθαι*, *in aliud animal induci*, vel *immigrare*. Herodotus lib. II. §. 123. *Μεταβολὴ τῆς ψυχῆς εἰς πᾶν ζῶον*, *Anime in quodcunque animal*

A

transj-

Non animas modo superesse post mortem consensus gentium fuit : sed apud multas etiam reliquæ fuere de nova cum corporibus conjunctione, quam Resurrectionem dicimus. Sed fæde illam corruerunt in illam quam dixerunt μετεμύχωση, quasi dicas TRANSANIMATIONEM : item μετεσωμάτωσιν, hoc est MIGRATIONEM DE CORPORE IN CORPUS : etiam παλιγγενεσίαν, sive REGENERATIONEM. Quæ non Pythagoræorum duntaxat, sed multarum etiam gentium opinio fuit, & admodum dissitarum. Gerh. Joh. Vossius de orig. & progress. idololatriæ lib. I. cap. X.

*Migratio
de uno in
aliud
corpus.*

§. II. Scilicet Pythagoras Animam statuens esse immortalem, nec proinde corpore dissoluto interire; et negans aut nesciens illam se post fata conferre in

transmutatio, vel transmigratio. Diodorus siculus Biblioth. lib. I. p. m. 38. Τῆς ψυχῆς περιπάλοις, Anima circumiens. Diogenes Laërtius lib. viii. init. Δι' ἐπὶ τῶν αἰσθημάτων πάλιν βίβειν εἰς ἕτερον σῶμα τῆς ψυχῆς ἐκδουμένης, definito tempore reviviscere in aliud corpus ingressā animā. Diodorus siculus lib. v. p. 306. Ἐκ περιστροφῆς αἰώνιον ἀγνοεῖν πάλιν ἀντινοικίζεσθαι σώματι, per sectariorum lapsus iterum in corpora casta inhabitanda induci. Josephus de bello jud. lib. III. c. XVIII. Γενέσθαι πάλιν, καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ περιστροφῆς, nasci iterum, & vitam adipisci meliorem ex temporum intervallo. Idem contra Apionem lib. II. §. xxx. οὐ ἀποθνήσκουσιν ἀλλὰ μετανοικίζονται, non morte interire, sed in alias fides transferri. Julianus in Cæsaribus p. m. 142. Ἀποκατάστασις εἰς φύσιν, restitutio in

naturam, Jamblichus de Mysteriis sect. I. c. x. Εἰς τὸ τῆς προτέρας εἰδὸς ἔξωθεν ἀφικνεῖσθαι, ad prioris habitus formam redire. Hierocles comment. in Aur. carmina p. 254. Παλιγγενεσία, recursus, seu reditus ad principium unde descenderat. Mercurius Trismegistus libro sac. apud stobæum Eclog. Phys. I. p. 148. Ὃν ἐπεὶ ἔμψυχώσμενος, καὶ μετεμψυχώσμενος ἐδίδεκε. καὶ ἀπεκρίθη (verba sunt) Ἰσὺς πάλιν, τῆς παλιγγενεσίας ἐπαγγελίας τῆς σημεῖον τοῖς ζώοις ἐνέδειξεν ἡ ἱερωτάτη φύσις. τὸτο γὰρ ὡς τὸ μὲν ἀναδεν εἰς αἶθρος ἀνέμω, τὸτο πάλιν ὡς πύμπουεν, ἵνα λάβωμεν &c. Respondit Isis Manifestum RECURSUS signum animalibus natura sanctissima posuit. Quem enim ex aëre spiritum ducimus, rursum submittimus, ut iterum hauriamus, &c.

in *cælum*, aut ad *Orcum* detrudi, in *alia* docuit, priore relicto *migrare* 2 *corpora*. Ita Paganinus Gaudentius de Pythagorea animarum transmigratione exercit. alt. cap. I. Qui inter mortales dixerunt immortales esse animas, lubenter etiam ad TRANSMIGRATIONEM earundem e corporibus in corpora se contulerunt, quos inter *Ægyptii*. Pythagoras imprimis transmigrationem fulcivit IMMORTALITATE; apud Ovidium sic loquitur.

Morte carent animæ semperque priore relicta
Sede, novis domibus vivunt habitantque receptæ.

Metam. lib. xv.

NEGABAT, aut NESCIEBAT Pythagoras se conferre in *CÆLUM* animas, aut ad *ORCUM* detrudi. Quid itaque de istarum sede pronunciasset? eo se recepit, ut diceret MIGRARE IN ALIA CORPORA RELICTIS PRIORIBUS.

§ III. Atque quidem de humano in humanum Transmi-
fieri transitum perhibent. gratio-
nem ani-
marum

Ovid. Metam. lib. xv. Fab. III.

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli fieri de
Panthoides EUPHORBUS eram. corpore
humano

Jarchas ad Apollonium: multa insuper hujus in huma-
viri (Gangis regis) gesta referre possem, nisi me & de
ipsum laudare velle viderer. Ego enim ille ipse sexu in
sum. apud Philostratum lib. III. cap. vi. sexum.

Imo nonnunquam quidem e sexu in sexum, e corpore videlicet Masculino in femininum, vel contra:

2. Corpora.] Crassa videlicet, de corporibus subtilioribus, aëreis qualia in his orbis oris hominum vel æthereis, animarum vehiculis, atque brutorum sunt: non enim sermo fit.

tra: scilicet si *male* vitam instituerit anima e masculino in *femininum*, si *bene* e feminino in *masculinum* erat transitura. Empedocles apud Diog. Laërtium lib. VIII.

Ἦδη γὰρ πῶς ἐγὼ γενόμεν ἄρσος τε καὶ ἀνδρὶς τε.

Et puer ipse fui, necnon quandoque puella.

Atque ita καὶ γὰρ ἐγένετο ἐν τοῖς ἄλλοις ὁ Πυθαγόρας, inter alia & mulier factus est *Pythagoras*, ut Lucianus in Gallo. p. m. 618.

Virgilius *Æneidos* lib. VI. vers. 448, 449.

— *Et JUVENIS QUONDAM nunc FEMINA* 3. *Cæneus,*

Rursus & in VETEREM fato revoluta figuram.

Servius, *hoc autem dictum ostendit PLATONICUM illud vel PYTHAGORICUM; animas καὶ μετεμψύχων SEXUM plerumque MUTARE.* Ad quæ Gaudentius de transmigr. Pythag. Exerc. I. cap. XII. *Annotat* (servius) *Platonicum illud axioma animas per μετεμψύχων sexum PLERUMQUE hoc est QUANDOQUE mutare. Nempe si BENE SE GESSERIT transibit a FEMINEO*

cor-

3. *Cæneus.* Virgo fuit, quæ a Neptune pro stupri preiis meruit SEXUS MUTATIONEM. Fuit etiam invulnerabilis, qui pugando pro Lapithis, a centauris crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra, est: post mortem tamen IN SEXUM REDII. servius.

Parem quoque de sexu in sexum transformationem subiisse Tiresiam, Regem Thebanum & Augurem, apud Lucianum ait Pythagoras: Πάντα ταῦτα ἐπέβη, ὃ μῖτος, ἀλλὰ καὶ

Τειρεσίαν πρὸς ἑαυτὴν, καὶ ὃ Ἐλάττι παῖς ὁ Κανέως. Ista quidem omnia feci, tametsi non ego solus: verum & antea mortuum Tiresiam, tum Elati proles Cæneus. Scilicet is cum duos angues eoëntes vidisset, ex iis feminam interemerat: quo peracto ipse in feminam immutabatur; cum autem post septem annos simili casu marem anguem occidisset, in pristinam formam redierat. Vid. Ovid. *Metamorph.* lib. III. Fab. IV.

corpore in MASCULEUM, si NON ita bene, a MASCULEO
commeabit ad FEMINEUM, quum prima degeneratio,
defectus ὁ παγὲς βασις, juxta Aristotelis sermonem
a femina 4. progrediatur.

§ IV. Neque tantum in corpora hominum sed & Quamad-
modum
& in cor-
pora Bra-
torum,
brutorum humanas migrari mentes referunt. Vos-
sius de Idol. lib. III. cap. XLI. Cæterum Pythagoras
imo si Plutarchum audimus (de placit. Phil. lib. v.
c. XX.) etiam Plato arbitrabatur solas quidem ho-
minum ANIMAS hosce nobilissimos actus (intelligen-
di, ac volendi) edere: illas vero BESTIARUM λογί-
κας μὲν εἶναι, ἃ μὲν λογικῶς ἐνεργήσας παρὰ τὴν δυσκρα-
σίαν τῶν σωματίων, καὶ τὸ μὴ ἔχειν τὸ φραστικόν, RATIO-
NALES esse, tametsi non agant rationabiliter, cum
propter temperamentum inidoneum, tum quod ca-
reant facultate eloquendi. Nec sane aliter statui
queat; si ANIMÆ humanæ in alia transeant corpora,
sive HOMINUM, sive RATIONIS EXPERTIUM: ut Py-
thagoram sensisse etiam in vita ejus legas apud Laër-
tium, ὁ Malchum, sive Porphyrium: item Plu-
tar-

4. Progrediatur.] Imo vero genus MATERIAM (τὰν ὕλην) gignendo sup-
femininum masculino ignobilius Py-
thagoreis existimatum est: cum
illud in genitura solummodo mate-
riam suppeditare, hoc vero Animam
gignere voluerint. Ita Theages
Pythagoricus lib. de virtutibus:
Quod enim DETERIUS est præstantio-
ri causa capiti existere: ut in mundo
semper patiens pars (τὸ ἀειπαθὲς) prop-
ter eam quæ semper movetur. (ἐνεκα
τῆς ἀεικινέου.) In animalibus FEMINA
propter MAREM: HIC enim ANIMUM
(τὰν νοῦν) gignit, illa duntaxat

gignendo sup-
peditat. Et quamquam actionum hu-
manarum omnium compos concef-
ferint genus femininum, in iis gra-
du tamen minus perfectum, atque
imbecillius declararunt. Plato de
Repub. v. Καὶ πάντες μὲν μετῴχει
γυνὴ ἐπιστηνέμαται κατὰ φύσιν, πάντων δὲ
ἀνὴρ, ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστεροι γυνὴ ἀδελφεῖ.
Est omnium quidem operum natura
compos est tamina, omnium ὁ vir est
compos. IN OMNIBUS AUTEM IMBE-
CILLIOR FEMINA.

tarchum in symposiacis, Philostratum lib. VIII. de vita Apollonii. Idem ex Poëtis tradunt Horatius lib. I. Od. xxviii. Ovid. xv. Metam. &c.

*In quibus
vita ante-
acta sor-
tiuntur
præmia,
vel pæ-
nas.*

§ V. Imo in istis *Brutorum* corporibus anima-
bus, cum ea subierint, vel male vel bene esse, vel
pænas pati eas, vel præmia nancisci. Vossius *ibid.*
p. m. 471. Putabant autem Pythagoræi corpora cui
que aptari PRO VITÆ GENERE quod ante egisset.
Quomodo & secundum Platonem in x de legibus Or-
pheus a morte esset CYGNUS; *Thamyras* PHILOME-
LA; *Ajax Telamonius* LEO; *Agamemnon* AQUILA.
Sic ab iis creditum (verba B. Ambrosii sunt, lib.
de bono mortis Cap. x.) magnorum Philosophorum
animas in APES, aut lusciniæ demigrare; ut qui
ante hominum genus sermone pavissent, postea mellis
dulcedine aut cantus suavitate mulcerent. Ac hoc
quidem Philosophis illis tributum pro PRÊMIO.

Parque ratio PÆNARUM, quæ manerent IMPRO-
BOS. Nam ut Theodoretus ait (epitome divino-
rum Decretorum cap. de homine) bilis amaritie, &
iracundiæ veneno plenos converti putabant in serpen-
tes; rapaces in Lupos; fraudulentos in vulpes, &
ita in cæteris.

*Hinc Py-
thagoræ
negatos
Inferos &
superos.*

§ VI. Hincque Pythagoræ *negatos Inferos*, Or-
cum, styga, mentibus separatis locum suppliciorum;
proindeque & præmiorum, superos, Cælumve. Pa-
ganinus Gaudentius de transmigr. Pyth. Exerc. I. c.
VII. Ab immortalitate animarum qua fulciebat earum
TRANSMIGRATIONEM pedem promovit Pythagoras ad
aliud dogma non hic omittendum.

SUSTULIT scilicet INFEROS, ORCUM, STYGA.
Negavit illuc proficisci, ibique ob scelera PLECTI,
quan-

quandoquidem immortales sunt. Sunt ejus apud Ovidium verba xv. Metam. CAP. I.

*Quid styga, quid tenebras, quid nomina vana ti-
metis*

*Materiam vatum falsique pericula mundi?
Corpora sive rogos flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit mala posse pati non ulla putetis.*

- - - Sunt qui ajunt posita immortalitate anima-
rum necessario etiam poni INFEROS, & PRÆMIA,
PÆNASQUE post hanc vitam (certo videlicet retri-
butionis loco subeundas, vel accipienda). Non id
largitur Pythagoras, nec talem complectitur
nexum: imo contraria incedens ratione prorsus id
quod ADVERSATUR ejusmodi argumentationi de-
ducit. Et ut supra, Exerc. alt. C. I. NEGABAT aut
nesciebat Pythagoras se conferre in COELUM animas,
aut ad ORCUM detrudi.

§ VII. Inde hisce auctoribus prohibitas anima-
lium cædes, carnisque esum, ejusque in sacris u-
sum: ne forte corpora quæ incolebant animæ pa-
rentum, aut fratrum aut eorum qui aliquo fœdere
nobis fuerant juncti, uxores vel amici, manduca-
rentur, violarenturve. Ovidius Metam. lib. xv.
Fab. III. Et probi-
bitam
anima-
lium ca-
dem, car-
nis que
esum.

*Ergo ne pietas sit victa cupidine ventris:
Parcite (vaticinor) COGNATAS cæde nefanda
EXTURBARE animas, nec sanguine sanguis alatur.*

Et Fab. XLIII.

*Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora so-
lum* Ve.

*Verum etiam volucres animae sumus, inque ferinas
Possumus ire domos, pecudumque in pectora condi)
CORPORA quæ possunt animas habuisse parentum,
Aut FRATRUM, aut aliquo junctorum FOEDERE nobis,
Aut HOMINUM certe, tuta esse, & honesta sinamus:
Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.*

Et Diis immolare hostias crimen.

Fab. II.

*Nec satis est quod tale NEFAS committitur: ipsos
Inscripsere Deos SCELERI, Numenque supernum
Caede laboriferi credunt gaudere juvenci.
Victima labe carens, et praestantissima forma
(Nam placuisse nocet) vittis prae signis & auro
Sistitur ante aras &c.*

Gaudentius C. VI. *Quandoquidem Pythagoras
animas esse immortales, & MIGRARE A CORPORIBUS
IN CORPORA docuit, eo deinceps rem deduxit ut Ju-
beret mortales ab ESU CARNIUM abstinere, ANIMALIA
NON OCCIDERE, VICTIMAS Diis immortalibus NON
MACTARE, sed vesci oleribus, ejusmodique aliis,
fructibusque rem divinam facere. Anonymus de
vitâ Pythagoræ apud Photium Num. VII. Ὅτι οἱ Πυ-
θαγορεῖοι τῶν ἐμψύχων ἀπέχοντο τῇ Μέλμψύχῳ ἀφώρας
ὡς ἀληθῆ ὑπολαμβάνοντες. Pythagoraei animatis absti-
nebant propter Transmigrationem animarum, quam
stulta opinione veram existimabant.*

Anima
in corpore
in quod
transit
opera-
tionum

§ VIII, Atque illam Animam quæ excorpore hu-
mano in corpus e. g. Bruti transit, esse ipsissimam
formam bruti, operationum vitalium principium; at-
que hinc animas brutorum esse rationales ex Pytha-

goræorum mente volunt, uti supra ex 5. *Vossio* colligere est. Quod tamen 6. negant alii, qui ajunt eorum

5. *Vossio colligere est.*] Fromondus de Anima lib. III. cap. I. Inter Veteres Pythagoras, Anaxagoras, Plato, Plutarchus & C. ANIMAS BRUTORUM RATIONE & DISCURSU UTI, NON SECUS, AC HOMINÉS, existimaverunt. Nec de veteribus illis adeo mirum: nam Pythagoras & Plato animas hominum in morte nudas non remanere, sed in varia corpora bestiarum, pro moribus quos in vita humana coluissent, transmigrare docebant; ac proinde ANIMAS QUÆ NUNC SUNT BRUTORUM, OLIM HOMINUM FUISSE, & cum corporibus Brutorum depulsa fuerint, non interire, sed in alia hominum, aut brutorum corpora transire, & TRANSANIMARI.

6. Negant alii.] Idem Fromondus ibid. Quanquam tamen doctus ille Cardinalis Bessarion (lib. II. c. VII. contra calumnias Platonis.) Platonem suum ab hoc errore vindicet; quia in Timæo animas brutorum mortales esse diserit asserit. Cum igitur, inquit Bessarion, sceleratorum hominum animas in corpora bestiarum transfundi Plato dicit, NON VULT EX ANIMA HUMANA TANQUAM PARTE ESSENTIALI, BESTIAM COMPONI; SED DUAS ANIMAS CORPORIBUS ILLIS IN ESSE; unam mortalem, quæ est forma bruti, & operationem, vitalium in illo corpore sive & principium; alteram immortalem, quæ in illo carcere animato pænas luit. Hoc ferme modo, in corporibus Energuménorum, præter animam rationalem, quæ est humani corporis forma, Dæmo-

nium aliquod mixtum habitat. Quem Bessarionis (addit Fromondus) commentarium si recipimus, Pythagoram quoque in eandem sententiam trahere oportebit: nam Timæus, qui de Metempsychosin transanimatione humanarum animarum in corpora Brutorum, ista apud Platonem disserit, scilicet Pythagoricus fuit. Quod interim hic, & in Textu de Anima transmigrante dicitur, videlicet quod ejus in quod transit forma fiat, sensu vulgari capiendum est: non enim proprie Animam corpus informare voluit Pythagoras; sed hoc potius uti velut instrumento: Ut Anima sit homo, corpus quod ei, ut agat quæ sunt hominis, subserviat. Jul. Scaliger: Non omnino Anima transmigratio in Belluina corpora, Belluina est. Tametsi tu eorum placita non præcidis objectione tua. Quasi futurum esset ut DUAS HABERET ANIMAS UNUM CORPUS, A QUIBUS INFORMARETUR.

NON ENIM INFORMARI CORPUS AB ANIMA Pythagoras existimabat: sed corpore animam uti, tanquam INSTRUMENTO. Hoc in primo libro de Anima scriptum est. Ut plane liceret Platoni dicere: HOMINEM ESSE ANIMAM. Sane hunc ad modum corpus ipsum nihil hominis est: nisi tanquam possessoris: velut equus aut malus, militis, aut fabri. De subtilitate Exercit. cccvii. § XIV. vid. Hierocles comm. in Aurea Carm. p. 153. & 181.

eorum opinionem esse non ex *anima humana* tanquam *parte* essentiali bestiam componi ; sed *duas* animas corporibus illis inesse, unam *mortalem*, quæ bruti forma, altera *immortalis*, *humana*, seu quæ corpore humano excefferit, quæque in isthoc carcere animato pœnas dat. Vid. Fromondus de anima lib. III. c. I p. m. 466.

Transmi-
gratio
nem fieri
in omnia
anima-
lium ge-
nera ;
etiam vi-
tâ sensi-
tivâ
carentia.

§ IX. Omnia porro animalium *genera terrestria marina, & volatilia* transmeare mentem, etiam vel vitâ *sensitivâ* carentia, usquedum tandem in corpus redeat *humanum*, circuitu hoc tribus annorum millibus absolvendo. Diogenes Laërtius de Empedocle in hujus vitâ Καὶ τὴν ψυχὴν παντοῖα ἴδιῃ ζῶων καὶ φύσιν ἐνδύεσθαι φησὶ γέν.

* Ἡδὴ γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμενος κῆρος τε κόρη τε,
Θάμνος τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἄλλος ἔμπυγος ἰχθύς.

Et animam OMNIGENAS SPECIES ANIMALIUM, ac STIRPIUM induere. Ait nempe.

*Nam memini fueram quondam puer atque puella,
Plantaque & ignitus piscis; pernixque volucris.*

Herodotus lib. II. § 123. Πρῶτοι δὲ καὶ τότε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι, οἱσι οἱ ἐπὶόντες, ὡς ἀνθρώπος ψυχὴ ἀθανάτη ἐστὶ. Τὸ σῶμα δὲ καλαφθίνοντος ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον, ἐσθύνει. Ἐπειὰ δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πτηνὰ αὐτὶς ἐς ἀνθρώπον σῶμα γινόμενον ἐσθύνει. τὴν περιέλθω δὲ αὐτὴ γίνεσθαι ἐν τελοχιλοισιέτεσι. Τέλει τῷ λόγῳ εἰσὶν οἱ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον ὡς ἰδίῳ ἐαυτῶν ἔοντι. τῶν ἐγὼ εἰδὼς

εὐδὲς τὰ ὁμόλογα, ὃ γράφα. *Primi denique Ægyptii extiterunt, qui dicerent Animam hominis esse immortalem; sed exolescente corpore subinde in aliud animal, quod assidue nascitur immigrare. Atque ubi per OMNIA se circumtulisset TERRESTRIA, MARINA, VOLUCRIA, rursus in HOMINIS corpus, quod gigneretur introire. Atque hunc ab ea CIRCUITUM fieri intra ANNORUM TRIA MILLIA. Eodem sermone Græcorum nonnulli priores & posteriores tanquam sibi ipsis proprio usi sunt. Quorum nominum conscius non indico. Pythagoram procul dubio innuit ejusque sectatores, præprimis Empedoclem illius contemporaneum.*

§ X. Atque hanc quidem animæ revolutionem & recidivatum, cum hæc immortalis sit penitus, & ad non esse transire nequeat, in infinitum, seu æternum perennaturam. *Hac anima revolutio perennis.* Gaudentius Exerc. alt. c. III. *Omnium argumentorum quæ pro Pythagoræa transmigratione construi posse videntur, illud censetur esse capitale quod petitur ab ÆTERNITATE mundi, cum IMMORTALITATE animarum conjuncta. Si namque dicas mundum semper fuisse, semperque futurum, quod tota schola Platonis constanter docuit, si addas animas non interire, videris cogi etiam largiri animas per circuitum quendam ire & redire, conjungi corporibus, ab iisdem avelli, inque alia migrare, ut per decursum ÆTERNITATIS unicuique animanti sua non desit anima. Aut cogeris dicere animarum numerum ab æterno fuisse prorsus infinitum. Quod absurdum plane cum natura abhorreat ab infinito.* Heurnius de Philosophia Barbarica pag. 74. *Animum humanum per corpora*
B 2
hujus

hujus mundi circolare dicebat (Pythagoras) quodque certo temporum circuitu perambulatis multifariis corporibus humanum tandem corpus rursus subiret : HUNCQUE RERUM REMEANTIUM ORBEM, QUAMDIU ERIT IPSE ORBIS PERENNATURAM.

Μετῆμ
ψυχῶ-
σεως ἑν
παλιν-
γενεσιᾶς
descriptio.

§ XI. Ex hisce descriptionem μετεμψυχώσεως elicere licebit : erit itaque.

Animæ humanæ immortalis post depositum unum corpus, per mortem, transmeatio in corpus aliud, vel humanum, sive masculinum, sive femininum, vel Brutum, (unde ab animalibus abstinentum,) ut in isthoc animæ vel bene, vel male sit, id est remuneratione afficiatur, vel pœnis plectatur pro ratione vitæ antea actæ; iteranda usquedum omnium animalium genera, imo nonnunquam & vitæ sensitivæ expertia pervasum fuerit; & tandem in corpus humanum reditus, circuitu isthoc tribus annorum millibus, vel saltem certo & longo temporis spatio peragendo : et dum mens immortalis sit, & æterna, in æternum reiteranda, & perpetuanda. Ut nullæ hinc animis separatis sedes Infernæ, nullus tristis carcer Tartareus : neque ullæ domus superæ, nec regna beata.

C A P U T I I.

De Pythagora Μετεμψυχώσεως adsertore.

Pythago-
ras in Æ-
gypto in-
stitutus;

§ I. **P**Ythagoram Samium præstantissimum Philosophum hanc docuisse *Metempsychosis* fama, ut ignotum nulli est, fecit testatissimum,

num : ut hinc ab eo denominata vulgo audit *Pythagorica*.

Hic ardore discendi inextinguibili flagrans, ex lectionibus 1. Pherecydis Syri, dein Hermodamantis, & 2. Anaximandri Physici magnis sapientiæ incrementis firmatus, in 3. Ægyptum primo 4. suafu Thaletis Milefii, ad quem jam senem discendi causa venerat, profectus erat; atque ibidem ex sermonibus 5. Sonchedi, & 6. Onuphis Heliopolitæ, 7 aliorum-

1. Pherecydis Syri, dein Hermodamantis.] Diog. Laertius lib. viii.

2. Anaximandri Physici.] Jamblichus de vita Pythagoræ. Num. xi.

3. Ægyptum primo.] Justinus lib. xx. c. iv.

4. Suafu Thaletis Milefii Ἑσ.] Jamblichus de vita Pythag. num. xii.

Μεταδὸς (ὁ Θαλῆς) ὅσων ἡδύνατο μαθημάτων τὸ γῆρας τε τὸ ἑαυτοῦ αἰτία-

σάμενος, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν προσ-

τρέψατο εἰς Ἀγυπτοῖν διαπλεῦσαι, καὶ

τοῖς ἐν Μέρμει καὶ Διοσπόλει μέγιστα

συμβαλεῖν ἱερῶσι. Παρὰ γὰρ ἐκείων καὶ

ἑαυτὸν ἐφοδιάσασθαι ταῦτα, διὰ τὴν σοφίαν

παρὰ τοῖς πολλοῖς ἰομίζεται. Communic-

atque quantum potuit (Thales) disci-

plinis, & senectute corporisque im-

becillitate excusata, ut in Ægyptum

navigaret, & maxime sacerdotibus

Memphiticis, & Diospolitans se de-

deret, hortatus est. Nam se ipsum

quoque ab illis ea collegisse præsidia,

qua opinionem singularis sapientiæ sibi

perperissent.

5. Sonchedi.] Clemens Alexan-

drinus lib. i. Strom. p. m. 222.

Ἰσοπέλῃ δὲ Πυθαγόρας μὲν Σάγγχεϊ τῷ

Ἀγυπλίῳ ἀρχιερεφίλῃ μαθητεῦσαι. Nar-

ratur autem Pythagoras fuisse dis-

cipulus sonchedis Archipropheta Æ-

gyptii.

6. Onuphis Heliopolitæ.] Plutar-

chus de Iside p. m. 354. e. Πυθα-

γόρας δὲ (δικαῖοςται φησι) Ὀνέφιος

Ἡλιουπόλῃ; Pythagoram autem Oenu-

phin Heliopolitam audisse ajunt.

7. Aliorumque sacerdotum Ἑσ.]

Porphyrus de vita Pythag. Num.

xi. & xii. Καὶ ἐν Ἀγυπτίῳ μὲν τοῖς

ἱερῶσι συνῶ, καὶ τὴν σοφίαν ἐξέμαθε,

καὶ τὴν Ἀγυπτίῳ φωνῇ. Γραμμάτων δὲ

καὶ τρισσὰς διαφορὰς, ἐπιστολογραφικῶν τε,

καὶ ἱερογλυφικῶν, καὶ συμβολικῶν. Τῶν

μὲν κοινολογμῶν κατὰ μέτρον, τῶν δὲ

ἀλληγορμῶν κατὰ τινὰς ἀνιγμῶς. Et

in Ægypto quidem cum sacerdotibus

vixit, & sapientiam, ac linguam

Ægyptiorum perdidicit, atque triplex

literarum genus, epistolicum scilicet,

hieroglyphicum, & symbolicum. Quo-

rum illud propriam, & communem

loquendi consuetudinem imitatur; reli-

qua per allegorias sub quibusdam æ-

nigmatum involucris sensum expri-

Cap. II. liorumque sacerdotum, naturæ abdita, 8. *cæremoniarum incredendas potentias, numerorum admirandas vices* & *Geometria solertissimas formulas*, Triplex literarum genus, *epistolicum, Hieroglyphicum, & Symbolicum*, atque omne id, quod erudito gremio asservabat Ægyptus, hauserat, atque in suum succum converterat & sanguinem: ut universam deinde philosophandi rationem ad normam fere *Ægyptiacam*, cujusmodi & erat *Chaldaica, & Indica*, dirigeret, atque institueret, *Symbolis*, ac *Mysticis* locutionibus dogmata sua involvens, quæ similitudinem, faciemque Hieroglyphicarum literarum 9. referebant.

Ab Egyptiis Philosophiæ *Brachmanicæ* (quæ pleraque teste 10. Apulejo *Pythagoricæ* contulit; quamque primitus ab *Indis* istis perceperant *Ægyptii*, uti 11. Jarchas *Brachmanarum*

8. *Cæremoniæ incredendas potentias.*] Apulejus Floridor. lib. II.

9. *Referebant.*] Plutarchus de Iside, & Osiride p. m. 354. e. *Μάλιστα δὲ ἵτος (Πυθαγόρας) ὡς ἴσκει, θαυμαστοὶ καὶ θαυμάσιαι τὰς ἀνδρας, ἀπεμιχθῆσθαι τὸ συμβολικὸν αὐτῶν καὶ μυσηριῶδες, ἀναμίξας ἀνιγμάσι τὰ δόγματα τῶν γὰρ καλεσμένων γραμμάτων ἱερογλυφικῶν ἔστιν ἀπολείπει τὰ πολλὰ τῶν Πυθαγορικῶν, παρὰ γὰρ γελῶν, εἰὼν ἐστὶ τὸ μὴ ἐσθίειν ἐπὶ δίφῳ, μὴδ' ἐπὶ χρίμασι καθῆσθαι, μὴδὲ φόνικα φυτεύειν, μὴδὲ πύρ μαχαίρῃ σκαλεύειν ἐν οἰκίᾳ, &c.* *Pythagoras autem maxime, ut apparet in admiratione habitus ADMIRATUSQUE SACERDOTES ISTOS, IMI-*

TATUS EST RATIONEM EORUM, RES NOTIS QUIBUSDAM, & PER AMBAGES PROPONENDI, *sciasque sententias involucris textit. Nam quæ vocantur litteræ Hieroglyphicæ, his pleraquæ Pythagoræ PRÆCEPTA NIHIL CONCEDUNT, qualia sunt, NON EDERE IN CURRU, NON INSIDERE CHÆNICI, NON PLANTARE PALMAM, IGNEM IN ÆDIBUS GLADIO NON AGITARE, &c.*

10. *Apulejo.*] Vide locum § III.

11. *Jarchas &c.*] *De Anima inquit (Apollonius) quidnam sentitis? Ad quem Jarchas, id ipsum inquit quod vobis Pythagoras, NOS vero ÆGYPTIIS TRADIDIMUS.*

rum princeps testabatur apud Philostratum de vit. Apollonii lib. III. c. VI.) *de anima* 12. gustum accepit; ^{hausit} ^{quam} ^{postea} ^{plenius} ^{ab ipsis} ^{Indis di} ^{dicis.} cuius deliciis inescatus tantopere est, ut post lustratos *Chaldaeorum & Persarum* Magos, ipsemet illorum Regionem, sicuti post eum *Apollonius Tyannæus*, adire decreverit: diserte enim *Alexander* de Symbolis Pythagoricis apud Clementem Alexandrinum Strom. lib. I. ait τὸν Πυθαγόραν Βραχμάνων ἀνηχοῖναι, *Pythagoram* BRACHMANAS *audisse*. Et *Apulejus* Floridor. lib. II. *illum* BRACHMANUM GYMNO SOPHISTAS *adisse*.

§ III. In Ægypto itaque rebus suis defunctus, ^{In Baby-} ^{lonia} ^{Chaldaeo-} ^{rum dis-} ^{ciplinas} ^{edoctus} ^{Pytha-} ^{goras.} & Chaldaicæ disciplinæ, & Astrologiæ cupidus *Babylonem* se contulit: ubi syderum cursus, eorumque in genituris hominum effectus, & mundi originem edoctus est. Justinus lib. XX. c. IV. ÆGYPTUM primo, mox BABYLONIAM ad perdiscendos siderum motus, originemque mundi spectandam profectus summam scientiam consecutus erat. *Apulejus* Floridor. lib. II. de Pythagora: *Eo* (Polycrate) dominari orso profugit ex insula clanculo *Pythagoras*, patre *Mnesarcho* nuper amisso: quem comperior inter sellularios artifices, gemmis faberrime sculpendis laudem magis quam opem quæsisse. Sunt qui *Pythagoram* ajunt eo tempore inter captivos *Cambyse* regis Ægyptum cum adveheretur, doctores habuisse PERSARUM MAGOS, ac precipue ZORO-

12. Gustum accepit.] *Apollonius* INDORUM SAPIENTIAM LAUDARAPUD Philostratum lib. VI. c. VI. TIS, propterea quod vos quendam Indis Hujus autem sapientiæ, vos quoque fueritis. consultores *Pythagoræ* tunc fuistis, cum

ZOROASTREM *omnis Divini arcanum antistitem, posteaque eum a quodam Gillo Crotoniensium Principe recuperatum. Verum enim vero celebrior fama obtinet sponte eum petisse Ægyptias disciplinas, atque ibi a sacerdotibus CEREMONIARUM INCREDENDAS POTENTIAS, NUMERORUM ADMIRANDAS VICES (forte vires) GEOMETRIÆ SOLERTISSIMAS FORMULAS didicisse: sed nec his artibus animi expletum mox CHALDÆOS, atque inde BRACHMANAS. Hi sapientes viri sunt, Indiæ gens est: eorum ergo BRACHMANUM GYMNOSOPHISTAS adisse. CHALDÆI SIDERALEM SCIENTIAM NUMINUM VAGANTIUM STATUS, AMBITUS UTRORUMQUE VARIOS EFFECTUS IN GENITURIS hominum ostendere, nec non MEDENDI remedia mortalibus latis pecuniis, terra, cæloque & mari conquesta. BRACHMANÆ autem pleraque philosophiæ ejus contulerunt, quæ MENTIUM DOCUMENTA, quam corporum exercitamenta, QUOT PARTES ANIMI, QUOT VICES VITÆ, QUÆ DIIS MANIBUS PRO MERITO SUO CUIQUE TORMENTA, VEL PRÆMIA.*

*Et Per-
sarum
instituta.*

§ IV. In Babylonia autem Pythagoras & *Per-
sarum Magis* (nomen ¹³. & *Chaldæorum, & Per-
sarum*

¹³ *Et Chaldæorum & Persarum tabescente, sensum una cum imperii Philosophis commune. Heurnius de Philosophia Barbarica lib. I p. 85. BABYLONII ex quorum DISCIPLINIS cum sancto quodam angustoque fonte omnis MANAVIT PHILOSOPHIA, flo-
rente ac in viridi aetate constituto suo imperio, fulgidissimo philosophiæ splendore fulgere. Marcescente autem, ac
sedetentum imperitandi majestate con-* *lumine disciplinarum nitorem perdidere: donec tandem sapientiæ cultus incuriâ, ac superstitionis impuraeque philosophiam impulere, ac una cum imperitandi jure PERSIS tradidere. Qui eam rubigine superstitionum, squallo-
reque negligentiae decoloratam, ascia diligentiae polivere: ejus curam ut & reli-*

farum Philosophus commune.) magistris usus est : cum in iis plagis versaretur, ut verosimile, tempore Cyri, (ni mavis Cambyſis huiusce filii, qui illum ex Ægypto captivum Babylonem abduxisset, ut habet jamblichus de vita Pythag. Num. xix. et memorat Apulejus ; quanquam fidem vix adhibeat posterior) quando rerum potiebantur *Persæ* uti Apulejus, valerius Maximus, alii, *Persarum Magos* Pythagoræ præceptores numerant; maxime quidem 14. *Zoroastrem* omnis Divini antistitem, ut
mox

reliq̃ue gentes committentes SACERDOTIBUS, quos MAGOS patriâ linguâ nuncupabant, testante Apulejo : Nam si quod ego apud plurimos lego, *Persarum* lingua Magus est qui nostrâ sacerdotes.

Unde accidit ut cum a BABYLONIIS ad PERSAS Philosophia migravisset, iisdemque tutoribus & nutricibus utrobique demandata esset, tam BABYLONIORUM, quam PERSARUM PHILOSOPHI, MAGI posteriori ævo dicerentur, ut liquet ex hisce Philostrati verbis, quibus de Apollonio inquit: cogitabat etiam Magos convenire, qui Babyloniam, ac Susa incolunt: in Lilia (allusio ad Susorum nomen quod lilium Persiæ denotat.) enim ingeniosus is locus in PERSIDE erat, in quo arx a Tiibono exstructa. &c.

14. *Zoroastrem* &c. qui idem erit cum Zabtrato Porphyrii Nazarato Assyrio Alexandri, Zarado Agathie,] &c. Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. p. 228. Ζωροάστρη δὲ τῶν Μάγων τῶν Πέρσων ὁ Πυθαγόρας ἰδύμενος, ZOROASTREM autem MAGUM PERSAM Py-

thagoras ostendit. Et mox ibid. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων Ναζαράτω τῷ Ἀσσυρίῳ μαθητῇ ἴσαι ἰσοεῖ τῶν Πυθαγορέων. Alexander autem in libro de symbolis Pythagoricis refert Pythagoram fuisse discipulum NAZARATI ASSYRII.

Porphyrius de vita Pythag. Num. XII. Ἐν τῇ Βαβυλῶνι τοῖς ἑτέροις Χαλδαίοις συνγενέσι, καὶ Ζάβρατον ἀφίκετο, παρ' ἧς καὶ ἐκαστάς τὰ τῷ προτέρῳ βίβλυματα, καὶ ἰδιόχρηστος ἦν ἡ ἀγνῶσις προσήκει τῇς σπουδαίαις. Babylone cum aliis chaldeis vixit: tum ZABRATUM quoque frequentabat: cujus ope a PRIORIS VITÆ SORDIBUS EXPURGATUS fuit, & QUIBUS REBUS HOMINI SERIO ABSTINENDUM DIDICIT.

Plutarchus de Animæ procreatione e Timæo p. 1012. Καὶ Ζαράτας ὁ Πυθαγόρας διδάσκαλος &c. ubi perperam Xylander: Zaratas quoque Pythagoræ DISCIPULUS, pro MAGISTER.

Theodoretus Therap. IX. Atque hic Zoroaster Persa tempore Cyri floruisse videtur cum ex
C re-

mox audivimus : qui idem erit cum *Zabrato* Porphyrii , cujus ope purgatus Pythagoras est , et a quo quibus rebus abstinendum sit didicit ; *Nazarto* Assyrio Alexandri , *Zarata* Plutarchi , *Zarada* Persa Theodoreti . Quamquam Imperio licet ad Persas translato ibidem & Chaldeorum adhuc sine dubio viguerit Magia . A quâ omnis *Persarum* sapientia primitus ortum traxit .

Valerius Maximus de stud. & indust. lib. VIII. cap. VII. *Inde (Ægypto) ad PERSAS profectus (Pythagoras) MAGORUM exactissimæ prudentiæ se formandum tradidit ; a quibus siderum motus , cursusque stellarum , & uniuscujusque vim , proprietatem & effectum benignissime demonstratum docili*

relatione Agathiæ lib. 2. init. eum sub *Hystaspe* vixisse Persæ posteriores velint , qui *Hystaspes* , ut videtur , erit Darii pater , *Cyro* æqualis , quamquam num hunc intelligant , num alium quempiam non indicant Persæ : præprimis cum *Persa* audiat , unde *Laërtius* Ζωγράφου τὸν Πίερον , & clemens supra Ζωγράφου δὲ τὸν Μάγον τὸ Περσόν . Vtrum ante *Cyrum* nomen Persarum ignotum fere . Ita *Stanlejus* Philosoph. Orient. lib. II. C. I. Unde colligi potest non tantæ eum fuisse antiquitatis , (*Zoroastrem* Persam) ac multi existimant . Neque enim nomen PERSARUM ANTE TEMPORA EZECHIELIS Prophetae USURPATUM fuisse comperimus , neque ante ÆTATEM CYRI CELEBRITATEM ullam erat adsequendum .

Hic autem *Antiquam Magiam* im-

mutasse perhibetur : imo & tandem Impuræ extitisse Auctor , unde Agathiæ Quocunque vero tandem tempore floruerit , AUCTOR eis & dux MAGICÆ RELIGIONIS extitit , PRISTINQUE SACRORUM RITU IMMUTATO , confusaneas quasdam & varias opiniones induxit . apud Heurnium p. 90. Cum enim SINCERÆ MAGICÆ COGNITIONE EXCELLERET , inquit Heurnius ibid. id est naturalium rerum cognitionem , divinos cultus , morborumque medelam teneret , & Mathematicas artes junxit , summoque studio excoluit , tertiamque his MAGIAM IMPURAM a se excogitatam copulavit . Quamquam ab eo non institutam sed restitutam Persarum ac Magorum religionem quæ in varias sectas divisa fuisset , velit *Elmacin.* apud *Stanlejum* loc. cit.

cili animo hausit. Et Porphyrius Deorum cultum, cæteraque vitæ instituta a *Magis* illum accepisse tradit de vita Pythag. Num. vi. Περὶ δὲ τὰς τῶν θεῶν ἀγιστίας καὶ τὰ λοιπὰ τῶν περὶ τὸν βίον ἐπιτηδευσάτων παρὰ τῶν Μάγων Φησὶ διακῦσαι τε καὶ λαβεῖν. *Deorum vero sacra & cultum, cæteraque vitæ instituta ex Magorum institutione eum accepisse ajunt.*

§ V. Imo & ad *Phænices, Arabes, & 15. He-* *Atque Phæ-*
bræos accessisse ajunt. Porphyrius de vita Pythag. *cum, A-*
num. eod. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ οἱ *rabum,*
πλείους, τὰ μὲν τῶν μαθηματικῶν καλεσμένων ἐπιστημῶν, παρ' *& He-*
Αἰγυπτίων τε καὶ χαλδαίων, καὶ Φοινίκων Φασὶν ἐκμαθεῖν. γεω- *braorum,*
μετείας μὲν γὰρ ἐκ παλαιῶν χρόνων ἐπιμελεσθῆναι Αἰγυπ- *uti ajunt,*
τίους. τὰ δὲ περὶ ἀριθμῶν τε καὶ λογισμῶν, Φοινίκας. χαλ- *Discipu-*
δαίους δὲ τὰ περὶ τὸν ὕψιν θεωρήματα. *Præterea de*
doctrina quoque ejus vulgo tradunt, ipsum Mathe-
maticas quas vocant scientias ab Ægyptiis, Chal-
dæisque, & PHÆNICIBUS didicisse. Geometria enim
ab antiquis usque temporibus studiosissimos fuisse
Ægyptios; numerorum & proportionum PHÆNICES;
Astronomiæ autem motuumque cælestium Chaldaeos.
Et Idem Ibid. num. xi. Ἀφ' ἑκείνου δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπ-
τίους,

15. *Hebræos accessisse ajunt.* Id sed contra Barbarorum esse ineptissimos apud Josephum cavillatur. Apollonius. λέγει δὲ καὶ ἀφυστάτους εἶναι τῶν βαρβάρων. Καὶ διὰ τούτου μηδὲν εἰς τὸν βίον ἔνσημα συμβεβησται μόνον. *Quin & nos e BARBARIS MAXIME OMNIUM INEPTOS esse dicit, & propterea nos SOLOS NIHIL AD VITÆ EMOLUMENTUM UTILE CONTULISSE.*

Imo nihil ad usum vitæ commodum ab ipsis *adinventum*, ob quod Josephus cont. Apionem l. ii. § scientiarum cupidus eos inviseret, xiv.

CAP. II. *Πῆξ, φησὶν ὁ Πυθαγόρας καὶ πρὸς Ἀραβας, καὶ χαλδαίους, καὶ ἑβραίους, παρ' ὧν καὶ τῇ περὶ ὀνείρων γινώσκῃ ἡκειβάσατο. Pythagoras autem inquit (Diogenes) ad Aegyptios quoque, & ARABES, Chaldaeos, & HEBRÆOS accessit, apud quos & somniorum interpretandorum scientiae accuratissime operam dedit.*

Et Druidarum. § VI. Hinc regressus in Græciam *cretam & Lacedaemona* ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas leges contendit justin. l. c. Inde *Galatiam* seu Gallogræciam petiit, ut *Druidarum* sapientiam expiscaretur: hi enim *Galatarum* Magi erant celeberrimi; ut inter sapientiæ fama Præclaros τὰς Γαλατῶν Δεσφίδας apud Origenem memorat *Celsus*. lib. I.

Scilicet *Druidae* 16. vetustissimi *Celtarum* seu *Gallorum* Magi, Gallis in Galatiam migrantibus itineris comites, & hic sedes fixerant. Verum & ab horum ore pependisse Pythagoram apud Clementem testatur 17. *Alexander* l. c. dum refert Γαλατῶν ἀκηκοέναι τὸν Πυθαγόραν, *Galatas audisse Pythagoram*. Quod & indicat Jamblichus de vita Pythag. num. CLI. *Insuper dicunt eum compositam fecisse divinam philosophiam, Deorumque cultum, quae videlicet didicerat ab Orphio, quae ab Aegyptiis sacerdotibus (conjungendo) quae a Chaldaeis, & Magis, quae ex initiis quae sunt Eleusine,*

16. *Vetustissimi Celtarum, seu Gallorum Magi.*] Laërtius in proæm. Παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τὴν καλῶς μὲν Δρυΐδας καὶ Σεμνοθίδας. Apud *Celtas* vero & *Galatas* eos qui *Druidae*, *semnotheique* vocati sunt extitisse.

17. *Alexander.*] Ἀκηκοίναί τε πρὸς, τοῖς Γαλατῶν καὶ Βραχμάνων τὸν Πυθαγόραν βέλεται. *Es vult præterea (Alexander) Pythagoram GALLOS, seu Galatas, audisse, & Brachmanas.* Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 223.

*sine, in Imbro, in Samothracia, & Delo, & αἱ τῆ
παρὰ τοῖς κοινῶς, καὶ περὶ τὰς Κελτὰς δὲ καὶ τὴν Ἰβη-
ρίαν, ET EA QUÆ EX COMMUNIBUS DECRETIS, E-
TIAM IIS QUÆ CELTIS & IBERIS PROPRIA & USITA-
TA SUNT, hauserat.*

§ VII. *Tot ille doctoribus eruditus (Apulejum Hunc om-
audis) tot tamque multijugis comitibus disciplina- nigenis
rum toto orbe haustis, vir praeferim ingenio in- sapientia
genti, ac profecto supra captum hominis animi au- Thesauris
gustior, primus philosophiae nuncupator & credi- auctus
tor &c. Floridor. lib. II. ad summum scientiae fa- Pythago-
pientiaeque fastigium pervenit: de eo Baruchias ras.
apud Reuchlinum de verbo mirifico lib. I. Secu-
tus est quidam SOL omnis arcanæ Philosophiae,
a quo id artificium nomen primo accepit Pythago-
ras Samius, quem non errasse, sed ab aliis dissen-
sisse vere dixerō. Ex numeris enim universa ipse
conficit. Eam disciplinam ex NOSTRIS didicit, ve-
tustissimam quidem illam & SYRIÆ & CHALDÆO-
RUM, quam inde rediens graecis posthac verbis, at-
que sententiis illustrando admirationem suis homi-
nibus de se praebeuit tantam, ut QUO ILLUM APPEL-
LARENT NOMINE dubitarent. Cessō laudare PRINCI-
PEM HUNC PHILOSOPHORUM, QUI PRIOREM NON VI-
DIT, SECUNDUM NON HABET, & QUOD PAR LAUS
INVENIRI A ME NULLA 18. queat.*

§ VIII.

18. *Queat.*] Si cui autem quan- tum, sed & ultra fortem saepe
ti suis factus Pythagoras est videre humanam positum, offendet. No-
volupe sit, Porphyrium & Jam- bis autem sufficiant quæ de hoc ipso,
blichum vitæ Pythagoricæ scrip- ejusque singulari, & supra alios homi-
tores adeat, ubi non tantum ut nes illi concessa habitudine per ænigma
mortalium sapientissimum & opti- cecinit Empedocles.

LIB. I. 22 DE PALINGENESIA VETERUM,
CAP. II.
Novam
& Nobiliorem
inter Græcos
induxit
philosophiam.

§ VIII. De Magistris habes ; nunc aliquantum de Doctrinā.

Ita instructus in patriam *Samum* redit; sed eam tyrannide Polycratis 19. oppressam repperiens *Crotonam* petit, ibique scholam aperit.

Atque *aliā* primus seu *novā* & Nobiliorem docuit Philosophiam. Isocrates in Busrīde Πυθαγόρας ὁ ἀφικόμενος εἰς Ἀἴγυπτον, καὶ μαθητῆς, ἐκέλευεν γενόμενος, τὴν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τὰς Ἑλλήνας ἐκόμισε, καὶ περὶ τὰς θυσίας τε, καὶ τὰς ἀγνείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπύδασε. *Pythagoras in Ægyptum profectus, et eorum discipulus factus aliam philosophiam primus Græciæ intulit, & in sacrificiis & sacrorum ceremoniis præ aliis studium posuit.* Cujus videlicet finis unicus, ut *Deum sequatur* homo: Jamblichus de vit. Pyth. num. LXXXVI. ex correctione Kusteri. Ἀπαντα μὲν τοι, ὅσα περὶ τοῦ περὶ πάντων διορίξουσιν, ἐτόχευται πρὸς τὸ θεῖον, καὶ ὁ βίος ἅπας συνέταλαι πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ, καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ καὶ λόγος ἔτος τῆς φιλοσοφίας. *Ac omnia*

Ἡ δὲ τις ἐν κείνοις ἀνὴρ περιώσια εἰδώς,
ὅς δὲ μήκιστον περὶ πάντων ἐνέησεντο πλάττοι,
παντοίων τε μάλιστα σοφῶν ἐπιήρκειος ἔργων.
Ὅσποτε γὰρ πάσαισιν ὁρῶντο περὶ πάντων,
εἰς αὐτὴν γὰρ τῶν ὄντων πᾶσι λένεσθαι ἔκαστα,
καὶ τὰ δὲ ἀνθρώπων, καὶ τὰ ἰκίων αἰώνεον.

Nam quoties animi vires intenderat omnes

Perspexit facile is cunctarum singula rerum

Usque decem vel viginti ad mortalia secula.

Vir erat inter eos quidam præstantia doctus

Plurima, mentis opes amplas sub pectore servans:

Cunctaque vestigans sapientum docta reperta.

Hæc apud Jamblichum de Vita Pyth. Num. LXVII. & Porphyrium Num. xxx.

19. Oppressam &c. Diogenes Laërtius lib. VIII. init.

nia quidem præcepta quibus quid agendum, quid non agendum sit definiunt, ad DIVINUM NUMEN tendunt: & omnis vita ordinatur eo ut DEUM SEQUAMUR, atque id principium, hæc ratio omnis est istius Philosophiæ.

De hac Doctrina Justinus lib. xx. c. iv. Quibus omnibus instructus Crotonam venit, populumque in LUXURIAM LAPSUM auctoritate sua ad usum FRUGALITATIS REVOCAVIT. Laudabat quotidie virtutem; & vitia luxuriæ, casusque Civitatum ea peste perditarum enumerabat, tantumque studium ad frugalitatem multitudinis provocavit, ut aliquos ex his luxuriatos incredibile videretur.

Matronarum quoque separatam a viris doctrinam, & puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obsequia in viros; nunc illos modestiam, & literarum studium. Inter hæc genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat; consecutusque disputationum assiduitate erat, ut matronæ auratas vestes, caeteraque dignitatis suae ornamenta velut instrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Junonis ædem ipsi Deæ consecrarent; prae se ferentes vera ornamenta matronarum pudicitiam non vestes esse. In juventute quoque quantum profligatum sit, vicii feminarum contumaces animi manifestant. &c.

§ IX. In institutione sua Orphicam fere secutus est methodum, id est Ægyptiacam, imo multa ex Orpheo itidem in Ægypto instituto, & qui

Orphi-
cam secu-
tus me-
thodum.

The-

20. Theologiam & Philosophiam nius de Philos. Barbar lib 1. p 69.
Ægyptiacam in Græciam] &c. Heur- Theologiam autem, Philosophiamque

Theologiam & Philosophiam Ægyptiacam in Græciam jam ante, magnam partem sumpsit, induxerat. Jamblichus de vita Pyth. num. CLI. Ὅλας δὲ Φασὶ Πυθαγόραν ζηλώσιν γενέσθαι τῆς Ὀσφείας ἐρμηνείας τε καὶ διαθέσεως. καὶ τιμᾶν τὰς ἡεὺς Ὀσφεὶ παραπλησίως &c. *Omnino autem ajunt Pythagoram STYLO, ANIMOQUE Orphei ÆMULATOREM fuisse; EODEMQUE plane quo Orpheus MODO coluisse Deos.*

Unde *Principia Pythagorica* traditiones *Orphicæ* audiunt: Proclus comment. in Timæum lib. v. Πυθαγόρει Ⓞ ὦν ὁ τίμαι Ⓞ ἐπέσται ταῖς Πυθαγορείων ἀρχαῖς. αὐταὶ δὲ εἰσιν αἱ Ὀσφικαὶ παραδόσεις. *Timaus Pythagoræus cum sit, sequitur Pythagoræorum principia. Haec autem sunt TRADITIONES ORPHICÆ. Quemadmodum & sermonem sacrum de Diis ab Orpheo mutuatum ajunt Pythagoram; jamblichus de vita Pythag. num. CXLVI. Οὐκ ἔτι δὴ ἐν ἀμφίβολον γέγονε, τὸ τὰς ἀφορμὰς παρὰ Ὀσφείας λαβόντα. Πυθαγόραν, συνάξαι τὸν περὶ θεῶν λόγον, ὃν καὶ ἱερὸν διὰ τῆς τοῦ ἐπὶ γράφειν, ὡς ἀνὰ τὴν μυστικῶς ἀπηνθισμῶν παρὰ Ὀσφεὶ ἴσως. Neque porro dubitandum, quin Pythagoras, occasione ab Orpheo accepta, librum de DIIS composuerit: quem propterea etiam SACRUM SERMONEM inscripsit, quia ex loco Orphei maxi-*

ex ÆGYPTO GRÆCIÆ ORPHEUS, Plutarchus scripsit: Prisca quidem Lini discipulus, contubernalisque Hercules INTULIT. Is enim cum Ægyptum doctrinæ gratia petiisset, ibique plurima sapientiæ præcepta addidicisset in Græciam reveniens fabulis cuncta ad majorem admirationem involvit mira ac fidei exhorrescenda fingens: unde

tam apud Græcos, quam apud Barbaros Theologia naturalis erat ratio fabulis involuta, occulte ac mystice veritatem subaperiens doctis; quod carminibus Orphei, & Ægyptiorum sacris, & Phrygiæ doctrinâ comprobatur.

maxime mystico deffloratus est: unde 21. Orpheus Reuchlino Pythagoricae Philosophiae fundator; qui & ipsi pariter Hermetis Aegyptii sectator est. De verbo mirifico lib. II.

Scilicet doctrinam ex variarum gentium & sapientum rationibus sacris, etiam Orphicis complexam tenuit, atque methodo Orphica seu Aegyptiacâ id est Mystica & Symbolicâ proposuit; et hac ratione quaecunque ex Orphicis, Aegyptiis sacerdotibus, Chaldaeis, & Magis didicerat, ut & ex initiis, quae fiunt Eleusine, in Imbro, in Samothraciâ, & Delo; atque ex communibus decretis Celtarum & Iberorum suos docuit. Jamblichus de vit. Pythag. num. CLI. Ἐτι δὲ φασὶ καὶ σύνθετον αὐτὸν ποιεῖσαι τὴν θείαν φιλοσοφίαν καὶ θεραπείαν. ἃ μὲν μαθήσια παρὰ τῶν Ὀρφικῶν, ἃ δὲ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ἃ δὲ παρὰ χαλδαίων, καὶ Μάγων, ἃ δὲ παρὰ τῆς τελευτῆς, τῆς ἐν Ἐλευσίνι γνωριμῆς, ἐν Ἰμβρῷ τε, καὶ Σαμοθράκῃ, καὶ Δήλῳ, καὶ αἰεὶ τι παρὰ τοῖς κοινοῖς, καὶ περὶ τὰς κελτῆς δὲ, καὶ τὴν Ἰβηρίαν. Quæ postrema non nihil turbata sunt; sensum tamen fatis prodere videntur.

§ X. Atque uti Orpheus apud 22. Thraces legi- Us velut
alter Or-
flato-

21. Orpheus Reuchlin] &c. Quid apud Orpheam illum veterem sacerdotem, atque vatem HERMETIS AEGYPTII SECTATOREM & PYTHAGORICÆ PHILOSOPHIÆ FUNDATOREM &c.

22. Thraces legislatoris vices suppluit, gentemque serunt] &c. Apollonius Argonaut. lib. I.

Hunc referunt duros lapides & flumina, cantu

Detinuisse, suæ capta dulcedine vocis, Sylvestres fagos intra confinia terræ Threiciæ quæ nunc frondent, vestigia cantus.

Illius esse ferunt: quas secum adduxerat Orpheus.

Vertice Pierio citharæ dulcedine, & artis.

phens se
ras tenuit
flatoris vices supplevit; gentemque feram & a-
grestem ad mores & Religionem deduxit: uti Ho-
ratiuſ de art. Poët.

*Sylvestres homines sacer interpresque Deorum
Caedibus & victu faedo deterruit Orpheus
Dictus ab hoc lenire Tigres rabidosque Leones.*

Pythagoras 23. *Italii* simili ratione leges dedit,
& ad *hominum formam* reduxit: ut 24. Crotonia-
tas

Boëthius de consolatione Philo-
sophiæ lib. III.

*Funxisque intrepidum latus
Sævis cerva leonibus,
Nec visum timuit lepus
Jam cantu placidum canem.*

Vetustissimi scilicet Thraces ut
literarum rudes & inimici, bellui-
nis dediti moribus, ex raptō vive-
re consueti, Marti, Baccho Ve-
neri litantes, atque inhospitales
notantur passim. Ælianus var. His-
tor. lib. VIII. c. VI. τῶν ἀρχαίων
φασὶ Θρακῶν μηδὲνα ἐπισκεῖσθαι γράμμα-
τα, ἀλλὰ καὶ ἐνόμιζον αἰσχρὸν εἶναι πάν-
τες οἱ τὴν Εὐρώπῃ οἰκῶντες βάρβαροι,
χρῆσθαι γραμματί. Ex veteribus
Thracibus neminem ajunt literas no-
visse: imo turpissimum putarunt &
summum dedecus inhabitantes Europam
Barbari, literis uti.

Horatius Epod. v. vers. XIII,
XIV.

- - - Quale posses impia
Mollire Thracum pectora.

Vid. et Epist. lib. I. XVIII. XXXVI.
Od. I. XXXVI. XIV. &c. Herodot.
lib. V. c. VI. Maximo Tyrio λη-
σαι καὶ ἄγριοι, gens latrocinii assueta,
& inhospitalis; quæ nihilominus Or-
pheum secuta, suavitæque cantus
delinita libens accepit in Ducem. Dis-
sert. XXI.

23. *Italii simili ratione leges dedit*
&c. Εἶτα ἐπαγγλθεν εἰς Σάμον, καὶ εὐ-
ρὼν τὴν πατρίδα τυραννικῶν ὑπὸ Πολυ-
κράτους, ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας,
κακεῖ νόμους θεῖς τοῖς Ἰταλιώταις, ἰδο-
ξάσθην σὺν τοῖς μαθηταῖς. Deinde Sa-
mum reversus, cum patriam Polycra-
tis tyrannide, oppressam offendisset,
Crotonam in Italiam projectus est,
ibique DATIS ITALIS LEGIBUS, una
cum discipulis gloriâ floruit. Læti-
tius lib. VIII. init.

24. *Crotoniatas a pellicum* &c.
καὶ συλλέβθην προστιθεῖν τὴν αἰρεσιν τῶν
ἡμετέρων ἀγαθῶν καὶ προσηκόων ἔργων.
Ἀπαλλάξαι δὲ λήγεται τοῖς Κροτωνιάταις
καὶ

tas a *pellicum*, aliarumque non legitime desponsatarum consuetudine *abstraxit*, sicuti est apud Jamblichum num. CXXXII. Et populum in *luxuriam* lapsum ad *frugalitatis usum revocavit*, ut supra Justinus.

Quorsum pertinere autem quæ de Pythagoræ in 25. *bruta animalia* potestate referuntur: quod ejus

καὶ τῶν παλλακίδων, καὶ καθόλου τῆς πρὸς γῆσα, ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀφθῆς τοπαράται τὰς ἀνεγγύους γυναῖκας ὁμιλίας, &c. Et ut paucis multa complectar, adinvenisse eundam ferunt electionem bonorum nostrorum, OFFICIORUMQUE quæ cuique conveniunt. Insuper illum dicunt CROTONIATAS A PELLICUM ALIARUMQUE MULIERUM NON LEGITIME DESPONSATARUM CONSUE- TUDINE ABDUXISSE. Jamblichus, l. c.

25. *Bruta animalia potestate*] &c. Jamblichus de vita Pythag. Num. LX. Μέχρι τῶν ἀλόγων ζῶων ἀναλυτικόν τι καὶ νο- θητικὸν ἐκείνητο Πυθαγόρας ἐν τῷ λόγῳ. Habuit Pythagoræ philosophia aliquid quod usque ad ANIMALIUM RATIONE DESTITUTORUM INFORMATIONEM se extenderet. Vel ut Porphyrius de vit. Pythag. Num. xxiii. Μέχρι καὶ τῶν ἀλόγων ζῶων διήκει ὁ αὐτοῦ ἡ νο- θήσις. Etiam ad BRUTA animalia usque PRÆCEPTA admonitionesque ejus sese EXTENDEBANT.

Jamblichus l. c. Τὴν μὲν γὰρ Δαυ- νίαν ἀρκέιοι, χαλεπώτατα λυκαυνομένη τῶς ἱνικῆς καὶ ασχῶν, ὥς φασι, καὶ ἱπα- φιδάμινος χρόνιοι συχοῖ, ψυμίσσας τε μά- ζη καὶ ἀκροδρόσι, καὶ ὀρκώσας μηκέτι ἱμ- ψόχῃ καθάπλισθαι ἀπέλυσε. ἡ δὲ εὐ- θὺς εἰς τὰ ἔρη καὶ τὸς δρυμὸς ἀπαλλά

ἐπίστα, ἢ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀφθῆς τοπαράται τὰς ἀνεγγύους γυναῖκας ὁμιλίας, &c. Nam DAU- NIAM URSAM, gravissime incolas in- festantem Pythagoras DETINUIT, ut ajunt, & satis diu manu DEMULCI- VIT, offaque & fructibus arboreis re- focillatam, & jurejurando adactam, ne viventia amplius attingeret, dimisit: illa vero statim in montes, & sylvas se abdidit, & impostertum non est visa in ullum pecus feramque ir- ruere.

Idem ibid. Num. LXI. Βῶν δὲ ἐν τῶν ἰδὼν ἐν παμμιγεί νομῇ, καὶ κυ- ἀμῶν χλωρῶν παρατρίμενοι, τῷ βεκόλῳ παρσάς, συνεβάλευσε ἐπείν τῷ βοὶ τῶν κυάμων ἀπείχεσθαι. Προσπάξας δὲ αὐ- τῷ τῷ βεκόλῳ, καὶ ἡ φῶσαντος ἐίδεται βοῖσι ἐπείν, ἐὶ δὲ αὐτὸς οἶδε, περιστὰν τὸ ἄλλῳ συμβαλέειν δέον αὐτοῖς τῷ βοὶ παρανῆν. Προειλθὼν αὐτὸς καὶ εἰς τὸ ἔς πολλῇ ὥρῃ προσψιδυρίσας τῷ ταύρῳ ἐν, μόνον τότε αὐτοῖς ἀμειλητὴ ἐκόντα ἐπέειπε τῷ κυάμωνος, ἀλλὰ καὶ ἐισαυδῆς λέγεται μηκέτι γενεῖσθαι κυάμων τοπαράται τὸν βῶν ἐκείνῳ, &c. Cum vero bovem Tarenti inter pascendum virides fabas promiscue edentem vidisset, bubulum hortatus est, ut bovem fabis abstinere juberet. At bubuleus irrisit eum, & se bovatum loqui posse, negavit: si

eius doctrina et præcepta & ad haec sese extendissent, ut de *Ursâ Dauniâ* ab eo *domitâ*; *Bove Tarentino Fabis abstinere iussu* &c. Vid. Jamblichum de vit. Pyth. Num. LX. & LXI. & Porphyrum Num. XXIII. & XXIV.

Scilicet par hic ei cum Orpheo potestas fuit. Διὰ τῶν δὲ καὶ τῶν παραπλησίων τῶν δέδεικται τὴν ὀρφέως ἔχων ἐν τοῖς θηρίοις ἡγεμονίαν, καὶ κηλῶν αὐτὰ, καὶ καλέχων τῇ ἀπὸ τῆς γόματι τῆς φωνῆς προϊσση δυνάμει. *His & aliis similibus demonstravit, se AEQUE AC ORPHEUM DOMINARI IN FERA ANIMALIA, EAQUE MANSUEFACERE, & vocis ore prolatae virtute subigere.* Jamblichus Num. LXII.

Maxime
unde a-
pud Me-
tapon-
tinos illius
admira-
tio & ve-
neratio.

§ XI. Cum autem *trecentos* ex juventute sibi delegerat adulescentes, cum quibus sapientia mysteriorum nocturnis cœtibus tractaret, clandestinae conjunctionis suspicio civitati subnata est: unde in omnium cum præceptore cædem intenta Ὀμαχίδιον flammis dedit, sexaginta trucidavit, reliquis elapsis, qui exilio sibi consuluerunt.

Unde *Metapontum* migravit Philosophus, annis viginti Crotonæ actis, atque ibi ejus tanta admiratio & veneratio fuit, ut *ex domo post mortem templum facerent, eumque pro Deo colerent Metapontini.* Vid. Justin, l. c. Jamblich. num. CLXX.

De Py-
thagora.
quid Ovi-

§ XII. De hujusce sapientia & Philosophandi ratione pluribus Ovidius *Metamorph.* lib. xv. Fab. II.

Vir

vero ipse ejus rei facultatem haberet, tisque diu insuavitate, non solum effe-
superfluum esse quod se hortetur; quin cit, ut bus ille sua sponte statim fabis
ipse potius bovem officii admitteret. abstinere, verum etiam posthac nun-
Accessit igitur ad auram bovis, mul- quam fabas degustaret.

*Vir fuit hic ortu Samius : sed fugerat una
Et Samon, & Dominos, odioque Tyrannidis exul
Sponte erat ; isque licet coeli regione remotus
Mente Deos adiit, & quæ natura negabat
Visibus humanis oculis ea pectoris hausit :
Cumque animo & rigili perspexerat omnia cura,
In medium discenda dabat, cætumque silentum,
Diætaque mirantem, magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura docebat ;
Quid Deus, unde nives, quæ fulminis esset origo ;
Juppiter, an venti discussa nube tonarent ;
Quid quateret terras : quâ sydera lege mearent ;
Et quodcunque latet.*

*dius. Se
cundum
quem &
in varia
corpora
transmi-
gratio-
nem do-
cuit.*

Hic de mentis immortalitate hujusque per varia
corpora revolutione apud eundem Poëtam Fab. III.

*O genus attonitum gelidæ formidine mortis
Quid stygia, quid tenebras, & nomina vana ti-
metis*

*Materiem vatum, falsique pericula mundi ?
Corpora sive rogos flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit mala posse pati non uila putetis.*

MORTE CARENT ANIMÆ SEMPERQUE PRIORE RE-
LICTA

SEDE NOVIS DOMIBUS VIVUNT HABITANTQUE RE-
CEPTÆ.

Et ad propriam experientiam provocans, dum
memoriâ tenebat se bello Trojano *Euphorbum Pan-
thoïdem* fuisse, qui a Menelao occisus erat ; hujus

LIB. I. 30 DE PALINGENESIA VETERUM,
CAP. II. icilicet animâ in Pythagoram præsentem transfusâ:
unde Clypeum quo usus erat miles in templo Junonis
Argivæ dedicatum cognoverat, pergit

*Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
PANTHOÏDES EUPHORBUS eram: ceu pectore quondam
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.
Cognovi Clypeum lævæ gestamina nostræ
Nuper Abantæis templo Junonis in Argis.*

Et *Animas humanas in bruta, feras, atque ite-
rum ex his in corpora humana transire tradens,*
addit

*Omnia mutantur, nihil interit: errat & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus, eque FERIS HUMANA IN CORPORA transit,
INQUE FERAS NOSTER, nec tempore deperit ullo.
Utque novis facilis signatur cera figuris,
Nec manet ut fuerat, nec formas servat easdem
Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper
eandem
Esse sed in varias doceo migrare figuras.*

Unde *Carnium usus ipsi prohibitus*, ut supra
Cap. I. §. VII. Atque primum Pythagoram hanc
Animarum transmigrationem & quæ hinc pendet a
carne abstinentiam docuisse amplius Fab. II. expli-
cat Naso.

*Es plures
alios.*

§ XIII. Eadem de Pythagora tradunt Auctores 26.
quam-

26. *Quamplurimi tum veteres tum Recentiores.*] Anonymus de vita
Py-

quamplurimi tum veteres tum Recentiores. Distin-
te satis *Theodoretus* epitome divinorum decretorum
Cap. de homine : *Animam autem simplicem esse di-*
cimus, & ratione præditam, & immortalem; non
tamen ante corpus existere. Pythagoras enim & Plato
& Plotinus, & qui ejus sectæ sunt IMMORTALES ani-
mas esse confessi, dixerunt eas ANTE CORPORA præ-
existere, & esse quandam innumerabilem animarum
populum : & quæ PECCANT quidem DEMITTI IN COR-
PORA, ut tali PURGATÆ DISCIPLINA in locum pro-
prium revertantur. Quæ autem etiam in corpori-
bis vitam INIQUAM, & sceleratam amplexæ fuerint,
in RATIONIS EXPERTIA DEMITTI ANIMALIA : eos qui-
dem qui amaræ bilis sunt, & iracundiæ veneno re-
ferti in serpentes; rapaces vero in lupos; audaces
autem in Leones; fraudulentos autem in vulpes &c.

Migrationem illam ridet *Horatius Carm. lib. i.*
Od. xxviii.

Habentque

27. *Tartara Panthoïdum iterum orco*

De-

Pythagoræ apud *Photium Cod. cclix. Jamblichus* de vitâ *Pythag.*
Num. lxxxv. &c. Diodorus Sicu-
lus Bibliothec. lib. i. p. m. 88.
Minucius Felix p. m. 38. Nice-
phor. Callisth. Ecclef. Histor. lib.
x. c. xxxv. Justinus Martyr Quæst.
Græc. pag. 163. Damascenus de
Hæresibus p. 574. Hieronymus
Apol. adv. Ruffin. C. x. &c. Quod
autem ad Recentiores vid. C. i. & iii.
27. Tartara Panthoïdem] &c. Pan-
thoïdem Pythagoram vocat, qui
indicato Euphorbi Panthoïdis cly-
peo se temporibus Trojanis hunc
fuisse testatus erat; atque eum ite-
rum Orco demissum ait semel nempe
ut Euphorbum a Menelao interemp-
tum; denuo ut Pythagoram a civibus
suis (ut volunt aliqui) interfectum:
qui tamen mortem ut rem nibili con-
temnendam esse docuerit, quâ nemo
scilicet periret, sed in aliud velut do-
micium demigraret. Torrentius.

*Demissum : quamvis Clypeo Trojano reflexo
Tempora testatus , nihil ultra
Nervos , atque cutem morti concesserat atra ,
Judice te , (Archyta) non sordidus autor
Naturae , verique.*

Et 28. alibi appellat.

— — — *Somnia Pythagoraea.*

Epitheto mendaciorum eam insignit Lactantius, de falsa sapientia lib. III. c. XIX. atque acerrime perstringit. *Nisi forte credimus (ait) INEPTO ILLI SENI, qui se in priori vita Euphorbum fuisse MENTITUS est. Hic (credo quod erat nobili genere natus) familiam sibi ex Homeri carminibus adoptavit. O miram & singularem Pythagorae memoriam. O miseram oblivionem omnium nostrum, qui nescimus quid ante fuerimus ! sed fortasse vel errore aliquo vel gratia sit effectum, ut ille solus Letheum gurgitem non attigerit, nec oblivionis aquam gustaverit : videlicet SENEX VANUS, sicut OTIOSÆ ANICULÆ solent fabulas tanquam infantibus credulis finxit. Quod si bene sensisset de iis, quibus haec locutus est, si homines eos existimasset, nunquam sibi tam PETULANTER MENTIENDI LICENTIAM vindicasset. Sed deridenda HOMINIS LEVISSIMI VANITAS &c.*

Scilicet

ipse antea
Euphor-
bus fue-

§ XIV. Neque tantum præter Pythagoram se Euphorbum fuisse persuasit Mnesarchi filius, variis vicibus renatum, uti famâ fertur, se declaravit.

Si

Si 29. Heraclidi Pontico apud Diogenem Laërtium in vita Pythag. fides, primum *Æthalides* fuit, postea *Euphorbus*, dein *Hermotimus*, hinc *Pyrrhus* piscator Delius factus est, tandem *Pythagoras*.

29. Heraclidi Pontico apud Diogenem] &c. Τῶν φησὶν Ἡρακλείδης ὁ Ποιήτης περὶ αὐτῶν τάδε λέγειν, ὡς εἴ ποτε γεγὼς Ἀἰθαλίδης, καὶ Ἐρμῆ υἱὸς νομισθείη. Τὸν δὲ Ἐρμῆν εἰπεῖν αὐτῷ εἰσθῆναι ὅ τι ἀν βέλῃται, πληρῶς ἀθανασίας. αὐτῷ προσδοκῆναι, ζῶντα καὶ τελευτῶντα μνήμην ἔχειν τῶν συμβαινόντων. ἐν μὲν δὲ τῇ ζωῇ, πάντων διαμνησκόμεναι. ἐπεὶ δὲ ἀποθάναι, τηρεῖν τὴν αὐτὴν μνήμην. χροῖον δὲ ὕστερον, εἰς Εὐφώρβου εἰσεῖν, καὶ ὑπὸ Μενέλαου τραδηῖναι. ὁ δὲ Εὐφώρβος ἔλεγεν ὡς Ἀἰθαλίδης ποτὲ γεγόναι. Καὶ ὅτι γὰρ Ἐρμῆ τὸ δῶρον λάβοι, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς περιπόλησιν ὡς περιπολήσῃ, καὶ εἰς ὅσα φυτὰ καὶ ζῶα περιγίεντο, καὶ ὅσα ἡ ψυχὴ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς, καὶ αἱ λοιπαὶ τινὰ ὑπομένουσιν. ἔπειδ' ὁ Εὐφώρβος ἀποθάνοι μεταβῆναι τὴν ψυχὴν αὐτῆς εἰς Ἐρμώτιμον, ὃς καὶ αὐτὸς πίσει δῶναι θέλων, ἐπαγγέλλεται εἰς Βραγχιδάδας. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ τῷ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα. ἔφη γὰρ αὐτὸν, ὅτ' ἀπέπλευσεν ἐκ Τροίας ἀναστῆναι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα διασπέντων ἡδ' ὁμοῖον δὲ διαμένειν τὸ ἐλεφάντινον πρῶτον. ἔπειδ' ὁ Εὐρμώτιμος ἀπέθανε, γενέσθαι Πύρρον τὸν Δελίον ὀλίγον, καὶ πάντα πάλιν μνησκόμεναι, πῶς πρόσθεν Ἀἰθαλίδης, εἴτα Εὐφώρβος, εἴτα Ἐρμώτιμος, εἴτα Πύρρος γενέσθαι. ἔπειδ' ὁ Πύρρος ἀπέθανε, γενέσθαι Πυθαγόραν, καὶ πάντων τῶν εἰρημέων μνησθῆναι. Hunc ait Heraclides Ponticus de se ipso haec dicere solitum, olim se natum

Æthalidem fuisse, *Mercurii*que filium habitum esse, sibi^{que} *Mercurium* dixisse, quodcumque collibuisse id ut sibi optaret præter immortalitatem; tum postulavisse se, ut & vivens, et moriens ea quæ evenissent in memoria haberet. Ergo se dum viveret, omnium meminisse; postquam vero mortuus fuerit eadem memoria tenuisse; verum postea tempore interjecto *Euphorbum* induisse, atque a *Menelao* vulneratum esse. *Euphorbus* autem & *Æthalidem* se fuisse, & a *Mercurio* munus accepisse dicebat; tum animæ migratio qualis fuisset, quot stirpes & animalia induisset, quot apud Inferos anima pertulisset, & reliquæ quæ sustinerent. Sed posteaquam *Euphorbus* mortuus sit animam suam in *Hermotimum* migravisse; qui & ipse fidem de se facere volens in *Branchidas* reversus est, & *Apollinis* templum ingressus, quem *Menelaus* dedicaverat *Clypeum* ostendit: aiebat enim eum, quo tempore *Trojà* discedens navigaret, *Apollini* *Clypeum* dedicavisse jam tabescentem, solamque eboris speciem remanere. Postea vero quam *Hermotimus* mortuus sit, *Pyrrum* *Delium* fuisse piscatorem, ac rursus omnia meminisse, quomodo primum *Æthalides*, inde *Hermotimus*, postea *Pyrrhus* fuerit. *Pyrrho* vero mortuo, *Pythagoram* se fuisse, & ea quæ commemorata sunt, omnia recordari.

goras. Et hinc numerum, atque easdem personas, seu nomina exhibet *Tertullianus* de anima C. xxviii. quanquam *Hermotimum* post *Pyrrhum* locet. *Neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium devitat novellitatem. Teneo plane falsum antiquitate generosum. Quid ni falsum, cujus testimonium quoque ex falso est? Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur ut credam? quomodo mihi persuadebit Æthalidem, & Euphorbum, & Pyrrhum piscatorem & Hermotimum se retro & Pythagoram fuisse, ut persuadeat vivos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram pejeravit? &c.* Atque etiam 30. *Porphyrus*, qui tamen primo loco *Euphorbum*, secundo *Æthalidem*, tertio *Hermotimum* &c. ponit. de vita *Pythag.* Num. XLV.

Si vero *Clearcho*, & *Dicaearcho* annuamus alios pervagata mens *Pythagoræ* est; imo & τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ipsi fatum fuit. Ita *Aulus Gellius* noct. Attic. lib. IV. C. XI. *Pythagoram* vero ipsum sicut celebre est *Euphorbum* primo se fuisse, dictitasse; ita haec remotiora sunt his quae *Clearchus*, & *Dicaearchus* memoriae tradiderunt, fuisse eum postea *Pyrandrum*, deinde *Callicleam*, deinde *Feminam* pul-

30. *Porphyrus*] Ἀνέφερεν δ' αὐτὸν συντοκὸς ἑσέβηται : primo quidem *Euphorbum* se fuisse asserens, deinde *Æthalidem*, tertio *Hermotimum*, quarto *Pyrrhum*, tandem vero *Pythagoram*. QUIBUS ILLE ANIMAM IMMORTALEM ESSE OSTENDEBAT. & semetipsum ad quosdam jam vitam

pulcra facie MERETRICEM, cui nomen fuerat ALCE. CAP. II.

Aliter Hieronymus. *Apud Graecos Pythagoras primus invenit immortales esse animas, & de aliis corporibus TRANSIRE in alia. Et se PRIMUM fuisse EUPHORBUM, SECUNDO CALLIDEM, TERTIO HERMOTIMUM, QUARTO PYRRHUM, AD EXTREMUM PYTHAGORAM.* Op. tom. i. Apol. adv. Ruffin. C. x.

Verum enim vero si Deos, hominesque, virtutem ac vitium ridentem audire malimus Lucianum: primo fuit *Euphorbus*, inde *Pythagoras*, exuto Pythagora induit *Aspasiam* meretricem Miletensem, nobile Periclis scortum, ex hac in *Cratetem Cynicum* renatus est, postea fuit *Rex*, deinde *pauper* paulo post *Satrapes*: dehinc *Equus*, *Graculus*, *Rana*, aliaque innumerabilia; Postremo *Gallus*, atque id sæpius, cum hoc vitæ genere delectatus esset. In Gallo Op. tom. 2. p. m. 614, 618, 620.

Atque alibi illum *septies* immutatum ait. Verar. Histor. lib. ii. p. m. 495. Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς χρόνους τὰς αὖτε καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ἐπὶ αὐτῆς ἀλλαγῆς καὶ ἐν τοσούτοις χρόνοις βιοτεύσας, καὶ ἐκλεσας τῆς ψυχῆς τὰς περιόδους. *Advenit & circa illa tempora Pythagoras Samius SEPTIES MUTATUS, qui in tot animalibus vixit, & animae errores consummavit.*

§ XV. Sed & de loco, ubi indicato Euphorbi clypeo se Panthoïdem monstrasset Pythagoras, paucis concordant, qui rei tamen fidem poscunt.

Ovidius loco supra citato scutum in Junonis Argivæ templo appensum ait. Idem testatur

Quod ex indicato Euphorbi clypeo de monstrasset.

tur *Porphyrus*, qui de vitâ Pythag. num. xxvii. Τὰ γὰρ ἱστορήματα περὶ τῆς ἐν Μυκῆναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργεῖᾳ Ἡρᾷ Εὐφόρβῳ τῷ Φρυγὸς τέττα ἀσπίδος παρέμειν ὡς πᾶν δημόδιον. *Ea enim quæ de Euphorbi Phrygis scuto, MYCENIS IN HONOREM ARGIVÆ JUNONIS cum aliis spoliis Trojanis suspensæ referuntur, ut nimis pervulgata præterimus. Et ex hoc uti affolet narrat Jamblichus de vita Pythag. num. LXIII.*

Sed *Heraclides Ponticus* apud Laërtium dedicatum fuisse apud Branchidas in Apollinis fano tradit. Ὅς καὶ αὐτὸς πίστιν δοῦναι θέλων ἐπανῆλθεν εἰς Βραγχίδας, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ τῷ Ἀπόλλωνι ἱερόν, ἀπέδειξε. ἢ Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα &c. *Qui & ipse fidem de se facere volens in BRANCHIDAS reversus est, & APOLLINIS TEMPLUM ingressus, quem Menelaus dedicaverat, clypeum ostendit.*

Tertium vero locum assignat *Tertullianus*: dum *Delphis* rem actam memorat; *sed clypeum Euphorbi* (inquit) *olim DELPHIS consecratum recognovit, & suum dixit, & de signis vulgo ignotis probavit.* De animâ C. xxviii.

Quas nollem rerum si verarum discrepantias.

C A P U T III.

De iis quibus præterea adscripta Μετεμψύχωσις, huiusque acceptio varia.

Animarum transmi-

§ I. **N**on solum Pythagoram Animarum humanarum *Transmigrationem* fovisse; sed & plu-

plurimos alios eidem inhæsisse luto : imo & integrarum gentium sententiam fuisse vulgatissimum. Lipsius de Phyc. Stoicorum lib. III. dissert. XII. post *Pythagoræos* memorat *Platonicos*, *Gallos Druidas*, *Germanos*, *Getas*, *Indos*, *Judæos* posteriores; imo vel Christianismum professos *Carpocratem*, & *Origenem*.

Ægyptios ex Herodoto primos *Μετψυχώσους* prodit Architectos *Paganinus Gaudentius* : ex quibus hauserat *Pythagoras*, cui addendus erat *Empedocles*, sed ulterius progressus : dein *Platonem* refert, et post explicatam ex *Virgilio* & *Servio* transanimationem *Tibullum*. Inde *Pharisæos*, *Brachmanas* & *Jarcham*; *Druidas* apud Gallos postea : *Germanos* hinc & *Getas*; inde *Origenem*, *Sallustium* Philosophum; Recentiores quoque *Judæos*; *Indos* tandem *hodiernos* intra Gangem & Indum fluvium sitos; *Golcondenses*, *Guzuratenfes*.

Ita fere Vossius. de Idol. lib. I. c. X. *Quæ non PYTHAGORÆORUM duntaxat sed MULTARUM etiam GENTIUM opinio fuit* (animarum sc: de corpore in corpus migratio) *& admodum diffitarum.* De *Ægyptiis* testis *Herodotus* est; a quibus etiam id haussisse *PYTHAGORAM* idem tradit. *ZAMOLXIS* quoque juxta *Julianum* in *Cæsaribus* idem docuit *GETAS*; a quibus post mortem divino honore cultus fuit. In *Galliis* similiter *DRUIDAS* sensisse refert *Cæsar* in sexto. Deque *GERMANIS* idem prodit *Appianus* in *Celticis*. Etiam *SIMON MAGUS* amplexus est hoc dogma teste *Irenæo* lib. I. C. XX. & *Tertulliano* lib. de anima C. XVI. *Adhæc MANICHÆI* ut est apud *Augustinum* *Hæres. XLVI.* De *JUDÆIS TAL-*

MUDISTIS *idem liquet ex Talmud ordine IV. tractatu II. Sed magis mirandum, quod PHARISÆIS quoque hoc placuit : ut intelligentissimus ejus sectæ tradit Flavius Josephus lib. XVIII. Antiq. C. II. et de bello Judaico lib. II. C. VIII.*

1. *Windeto Philosophi Judaici, Persæ, Indi, Arabes, Ægyptii, Pythagorici, Academici crassioris opinionis (transmigrationis crasse sumtæ) affines videntur; de vit. funct. statu p. m. 84.*

2. *Burneto Doctrina Μετεμψύχωσης ut pervetusta, sic universalis est, si ulla: ut quæ non tantum per Orientem ubique; sed etiam in Occidente obtinuerit, & totum terrarum Orbem pervagata est. Archæol. Philosoph. C. XIV.*

Cur dicta
Pythagorica.

§ II. Interim Μετεμψύχωσης a Pythagora, quamvis primus illius non sit artifex, atque pluribus adoptata proles, nomen sortita suum est, ac vulgo dicta *Pythagorica*: quod primum ex hujusce scholæ, utpo-

1. *Windeto.*] Postquam dixerat *Abii Ali* Transmigrationem animarum hominum in bruta, & vice versa in allegoriam vertere, imo & *Philonem*, addit sed *Philosophi judaici, Persæ, Indi, Arabes, Ægyptii, Pythagorici, Academici* crassioris opinionis affines videntur, ut nostris in *Plutarchi* libros de *Isidi & Osiride* fusiis ostendetur. Quid etiam hac de re, pergit, *Pythagoras* atque *Origenes* in libro nostro de illorum vitis, & decretorum παραλαβουμένων, & quo freti, revera senserint, accuratius demonstrabitur. Utinam hos vidisse libros contigisset!

2. *Burneto*] Atque ut alterius generis exemplum asseram, doctrina μετεμψύχωσης, sive de PRÆEXISTENTIA & REVOLUTIONE ANIMARUM, pervetusta & UNIVERSALIS, si quæ alia: cum non tantum per ORIENTEM ubique; sed etiam in OCCIDENTE, ut apud DRUIDAS & PYTHAGORÆOS obtinuerit. Hac inquam doctrina quasi cælo demissa ἀπ' οὐρα, ἀπὸ οὐρα ἀγομένη λόγος TOTUM TERRARUM ORBEM PERVAGATA est: necdum probare possumus rationibus *Physicis* Animas præexistere corporibus, aut in eadem sæpius reverti.

utpote summâ ibidem industriâ, & quâ decebat attentione exculta inter Græcos celebrari cæperit: ut haud raro qui rem quampiam in gente profitentur, atque propagare pro virili satagunt auctores ejus famâ referuntur. Gaudentius de transmig. Pythag. C. v. Exerc. i. *Respondere est Pythagoram si non omnino primus ejusmodi opinionem cudit, saltem eam VALDE EXCOLUISSE, probasse, longe, lateque inter mortales PROPAGASSE, ut propterea ejus inventor censeatur apud omnes esse.*

§. III. Sed haud omnibus eadem prorsus ratione admissam *Animarum, Reviviscentiam* notant viri docti: dum videlicet inter *Pythagoræ & Druidarum* opinionem hoc discriminis extitisset, quod ille animas hominum etiam ad *pecudes* transire dixerit; Hi vero ad *homines tantum* transmeare putaverint. Ita Samuel Petitus observ. lib. i. C. vii. *Non una gens fuit apud veteres, cui persuasus animæ RECIDIVATUS: veniunt namque in censum cum Gallorum nostrorum Druidibus, Egyptii a quibus accepit PYTHAGORAS, sed tamen ALIQUO INTER HOS POPULOS DISCRIMINE. De DRUIDIBUS Cæsar lib. vi. de bello Gallico. DRUIDES a bello abesse consueverunt &c. imprimis hoc volunt persuadere non interire animas, sed AB ALIIS POST MORTEM TRANSIRE AD ALIOS; atque hoc maxime ad virtutem excitari putant metu mortis neglecto. - - - Habes in Cæsaris verbis HOMINUM ANIMAS AD HOMINES TANTUM transire, idque definito tempore fieri observat Diodorus Siculus L. v. ἐπισχέει παρ' αὐτοῖς ὁ Πυθαγόρας λόγος, ὅτι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτως εἶναι συμβέβηκε, καὶ δι' ἐτῶν ὠλισμέων πάλιν βίβην εἰς ἕτερον σῶμα*

*Diversi-
mode ali-
quantum
admissa.*

μα τῆς ψυχῆς εἰσδυομένης. Quod autem PYTHAGORAM
IDEM CUM DRUIDIBUS opinatum esse scribit Diodo-
tus, USQUE QUAQUE VERUM NON EST. Nam Py-
thagoras AD PECUDES ETIAM faciebat transire ho-
minum animas, rursusque E PECUDIBUS AD HOMI-
NES. Ovidius e Pythagorae persona Transform.
lib. xv.

*Morte carent animae semperque priore relicta
Sede novis domibus vivunt habitantque receptae
&c.*

— — Sed in varias doceo migrare figuras.

Quara-
tione Em-
pedocli,
qua Ju-
dais.

§ IV. Imo ULTRA Pythagoram in asserenda
transmigratione progressum Empedoclem volunt a-
liqui : quod hic Animarum humanarum transitum
non tantum fieri in corpora humana, & bruta,
sed & vitá sensitivá carentia STIRPES, PLANTAS
&c. tenuerit : ille nequaquam eousque extenderit
3. Sic Paganinus Gaudentius de Animar. transmigr.
Exerc. I. C. VIII. Atque Judæos solas bonorum
Animas in alia transmeare corpora tenuisse ; cum
contra docuisset Pythagoras tam proborum quam
improborum de uno in aliud transire : dein malo-
rum Animas interminabili supplicio cruciari ; cum
Ani-

3. Sic Paganinus Gaudentius.] I-
dem tamen cum magistro opinatum
esse Empedoclem maluit Petitus :
Præceptorem, ait l. c. discipulus se-
quitur Empedocles Pythagoram, cu-
jus hac de re versus leguntur apud

Diogenem Laërtium, & Clem. A-
lexand.

Ἡδὲ γὰρ ποῖ' ἐγὼ γεγὼμαι κῆρὸς τε
κόρη τε
Θέμνος τ' δαιμόν, τε καὶ ἐξ ἄλλος ἔμπυ-
ρος ἰχθύς.

Animarum supplicia *ignorasset* Senex Samius, iidem tradunt. Vid. Gaudent. exercit. I. C. XIV. Cap. III.

Alii autem *Improbiorum* Animas in *Brutorum* transire corpora : *Bonorum* in ea quæ sunt *hominum* secundum illos dictant, uti suo loco videbitur.

§ V. Notandum autem quod unus Servius in hac materia distinctionem faciat inter *Παλιγγενεσίας*, & *Μεμεψύχων* : & ita quidem ut *Μεμεψύχων* Pythagoræ deneget ; sed *Παλιγγενεσίας* illi asser- tam aiat, atque in hoc sententiæ *Pythagoricæ* & *Platonice* differentiam collocet : ita enim ad *Æneid.* lib. III. vers. 67 & 68.

— — *Animamque sepulchro*
Condimus.

Commentatur. *Ideo autem Stoicos medium sequi diximus : quia PLATO perpetuam dicit animam, & AD DIVERSA CORPORA TRANSITUM FACERE STATIM PRO MERITIS VITÆ PRIORIS. PYTHAGORAS VERO NON Μεμεψύχων, SED Παλιγγενεσίας ESSE DICIT, HOC EST REDIRE ; SED POST TEMPUS. Quæ quid sani habeat distinctio me latet.*

Id autem satis apertum Pythagoram, & Platonem in hisce fuisse *ὁμοδόξους*, idemque penitus stauisse.

Atque communem *Παλιγγενεσίας* seu *Μεμεψύχων* Pythagoricæ haberi ideam quam § XI. Cap. I. exhibuimus, (quanquam hic illic varietas quæpiam notetur,) ea, quæ per totum illud caput producta sunt, declarant.

C A P U T IV.

Quod nostram exhibet Sententiam.

*Sententia
vulgaris
non pro-
bata.*

§ I. Atque ita communio^{rem} de *Palingenesia* Pythagoricā sententiam delineavimus : Eosque quos cum Pythagora crassæ Animarum *Transmigrationi* adhæsisse fama est, exhibuimus. Sicuti et ea quæ de Pythagora, ut ex Magistris aliquantum noscatur discipulus, notanda videbantur dedimus.

Huic autem de *Pythagoræ*, *Empedoclis*, *Platonis*, *Ægyptiorum*, *Chaldaeorum*, *Brachmanarum*, *Druidum*, *Pharisæorum* &c. circa animæ humanæ statum *separatum* sensu, ac decreto opinioni subscribere nequibamus hætenus : dissentire itaque bonā cum fori Philosophici veniā liceat ubivis meliori iudicio daturis aures ; atque ea quæ quominus in illam discedamus constrictos tenent pedes proferre in medium.

*Auctoris
sententia.*

§ II. Hæc nempe veriora videbantur.

I. Non assertam a Pythagora Animarum de corpore in corpus transmigrationem supra descriptam.

II. Nec firmo satis tibicine aliis supra memoratis attributam.

III. Rem omnem symbolice capiendam ; & aliorum referendam.

*Tribus
partibus
demon-
stranda.*

§. III. Tripartitum ergo Pensum nostrum : cujus pars prima thesi primæ ponat operam ; secundam demonstrare nitatur altera ; tertiam absolvat tertia.

C A-

C A P U T V.

*Quod perpetuo pugnat cum Pythagoricis
decretis illud a Pythagoricâ doctrinâ
alienum habendum esse.*

§ I. **A** Nimarum in corpora varia per circuitum *Transmigrationem* extra Philosophiam Pythagoricam ut *alienam* eliminandam esse illius perpetua cum Pythagoræ decretis *pugna* docet.

Quod perpetuo pugnat cum Pythagoricis decretis a Pythagoricâ doctrinâ alienum habendum esse.

Quæ positio nostra ut se luce commendet suâ notari velim. *Unumquemque*, uti ajunt omnes, *optimum verborum suorum ac opinionum esse interpretationem*, ex cujus declaratione de sensu vero securi reddi quimus; Verum *opinionum* omnium *Systema*, complexus, corpus quoddam integrum ut extat, nobis existit Auctor ipse loquens: atque variæ ejus partes veluti membra corporis cujuspiam naturalis quid ad hoc pertineat naturaliter, quid contra ab eo alienum suâ positurâ clamant: cum συγγίαν, relationem ad se invicem, mutuamque ad constituendum & perficiendum totum cohærentiam in esse, & in operari habeant.

Quemadmodum videlicet in corpore humano partes cæteræ & membra quam conditionem *manus* vel *pes* referre debeat, quidve hujusce sit officii aperte satis suo declarant situ & proportionem, ni monstri quidpiam genuerit natura; haud dissimili ratione in corpore ideali, opinionum systemata, seu com-

plexu membra varia seu dogmata mutuam ad se invicem relationem habentia ad communem finem auctori propositum obtinendum, ni contradictoria & monstrosa partium facta fuerit conglutinatio, (quam qui contenderit demonstret æquum est, & distincte Anatomicorum more ubi peccaverit natura doceat.) se mutuo aperiunt, quidque a se alienum ostentant. Cl. Christianus Thomasius de promptitudine veritatem vel errores aliorum intelligendi, in Praxi Logices C. III. § LXXXI. *Ea sequenda est interpretatio, quae cum regulis fundamentalibus, quas auctor ipse in scriptis suis tradidit; vel cum causâ illâ ob quam legem, sancivit, vel contractum cum altero iniiit, vel aliud quid fecit, concordat. --- Nam sana ratio poscit ut conclusiones connexae sint, cum regulis fundamentalibus, & qui in actionibus suis non eligit media illa quæ proposito suo aptantur, is pro prudente non habetur.*

Scite Horatius de Arte:

*Humano capiti cervicem pictor equinam
Fungere si velit, & varias inducere plumas
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Desinat in piscem mulier formosa superne:
Spectatum admissi risum teneatis amici?*

*Suspicionem de
contradictoriâ
Auctoris
cujuspiam
amincen-*

§ II. Atque id apud omnes, quæ de meliori luto finxit præcordia Titan, indubium est, *suspicionem de contradictoriâ* magni cujuspiam Viri inconstantia haud facile alendam. Vulgus hic peccat: dum quorum non nexum videt, male coherere

mox

mox pronunciat. Recte Thomafius lib. cit. § LXX. *considera diligenter antecedentia & consequentia, item id quod alibi auctor scripsit, & feliciter assequeris ejus sententiam. Neque enim injuriā con-* stantiā haud le-
picere solemus auctorem id de quo semel loqui cae- viter sus-
pit, in sequentibus sermonibus suis semper ante cipient-
oculos quasi habere, adeoque id tacite in sequenti- dum esse:
bus etiam sermonibus subintelligi oportere. NEC FA- ejusque
CILE in Auctorem aliquem SUSPICIO cadit, quod verba
priori sententiae suae CONTRADICTURUS sit. quoad
possint
sano sen-
su expli-
canda.

Quibus accedit quod omnibus in confesso est, verba, atque opiniones Auctoris cujuscumque non in sequiorem sensum esse trahendas quam diu sano explicari possunt; sed contra benigniore atque rationi, sibi invicem magis congruente accipien- das; Thomafius lib. & cap. laud. § LXXX. *Igitur & in scriptis eruditis interpretandis ita semper statuendum est, AUCTOREM NIL CONTRA SANAM RATIONEM, BONOS MORES &c. DOCUISSE, QUAMDIU EJUS VERBA MODO RATIONI CONGRUENTE EXPONI POSSUNT.*

§ III. Tandem & id apertissimum, nunquam magnorum virorum sententias illustriores ita quasi ex eorum mente explicandas esse ut *primarium doctrinae scopum* & finem, imo generale fundamentum immediate subvertant; Verum e contrario *supponit* cum isthoc præ se ferant, habeantque: *Auctoris scopum* Et si enim forte in minoribus, & longius a rei ca- *subruant.*
 pite remotis hic illicve sui minus meminisse auctorem aliquando contigerit, scopi tamen sui primarii, atque cardinis omnis disciplinae oblivisci penitus quam rarissime, si unquam eveniet. Exem-

plō rem illustrat. Idem Thomafius lib. cit. § LXXXII. *Si quis pro FUNDAMENTO DOCTRINÆ suæ statuisset, omnibus in actionibus VIRTUTEM, & COMMUNEM HOMINUM UTILITATEM sibi præfigendam esse, alibi autem affirmaret HONOREM OMNIBUS REBUS ANTEPONENDUM, nec quicquam agendum E QUO DAMNUM metuendum sit; posterior hæc thesis ita interpretanda non est quasi hac ambitionem, vel privata commoda stabilire voluerit, quoniam hæc interpretatio REGULÆ ejus FUNDAMENTALI CONTRARIATUR.*

Atqui Scopus primarius, finis unicus, atque generale fundamentum doctrinæ Pythagoricæ est, *Deum sequi, mentem purgare, ut post decessum beatam cum Diis nec amplius morti obnoxiam ducat vitam.* Vid. Jamblichus de vita Pythag. Num. LXXXVI. Et Aureorum Verborum LXVIII-LXXI. Ut & in sequentibus patebit. Quod itaque cum hoc capite pugnat immediate non *quæ Pythagoricum* admittendum est. Verum enim vero quam in omnia alia abeat Transformatio nostra § ult. cap. I. docet.

De hac itaque Enunciatione *Animarum per corpora varia Transmigrationem cum Pythagoricis dogmatibus pugnare perpetuo* laborandum erit. Ad quam sequentia.

CAPUT VI.

*Quæ de statu mentis PIÆ SEPARATÆ tradit
Philosophia Pythagorica Μέμεψυχώσε
Omnino contraria esse.*

§ I. QUæ de Mentis humanæ separatæ statu *Ea, quæ de statu separatæ*
effatur Philosophia Pythagorica vel *Piæ,*
vel *Impiæ,* vel *Mediæ* omnem eliminant Me-
tempsychofin. *justorum tradit*

Quod enim attinet ad eos qui vitam *puram* *Doctrina Pythagorica, cum Metempsychosi*
duxerint, nullam aliam horum post exutum corpus
crassum agnoscit conditionem Pythagoræ Familia
quam *beatam, immortalem nullatenus morti ob-*
noxiam amplius, quâ in sedibus æthereis in De-
orum consortio æternum mens fruitura sit. Id radio
solis veluti consignatum tradunt AUREA VERBA, quæ
hisce clauduntur. *pugnare.*

— — — Καὶ Φεάζει ἕκαστα,
Ἡνίοχον γνώμῃ τήσας καθύπερθεν αἰέτην.
Ἡν δ' ἀπολείψας σῶμα ἰς αἰθερὶ ἐλεύθερον ἔλθης,
Ἐσσεαι ἀθάνατος θεός, ἀμβροσίῳ, καὶ ἐτι θνήσκεις.

*Et considera singula
Rationem optimum Aurigam superiore loco sta-
tuens.
Sin autem relicto corpore commigras ad liberum
Ætherem.*

Eris

Eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec amplius morti obnoxius.

Vel ut dedit Theodorus Marcilius.

*Atque inquire in singula; vitam
Temperet ut Ratio quasi currum Auriga volantem.
Sic ubi deposito jam corpore, libera caeli
Templa penetraris, Deus immortalis, & omni
Spretus ab illuvie terrarum, eris integer aevi.*

Hiëroclēm audiamus, egregium in hæc carmina commentatorem; Τῷτο πέρας, ait p. 310. τῶν πόνων τὸ κάλλιστον. τῷτο, Πλάτων φησὶν, ὁ μέγας ἀγὼν, καὶ ἐλπίς ἡ μεγάλη. τῷτο φιλοσοφίας ὁ τελεώτατος καρπός. τῷτο τῆς ἐρωτικῆς, καὶ τελετικῆς ἔργον τέχνης τὸ μέγιστον, οἰκειῶσαι μὴ καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰ ὅλως καλά. ἀπολῦσαι δὲ τῶν τῇδὲ πόνων, ὡς ἐκ τινος καταλείβει σπηλαίς τῆς ἐνύλης ζωῆς, καὶ ἀναγαγεῖν πρὸς τὰς ἀφελείας ἀνγὰς, καὶ ταῖς μακαρίων ἐνδρῦσαι νήσοις, τὰς διὰ τῶν προσειρημῶν ὀδύσαντας. τῷτοῖς γὰρ καὶ τὸ τῆς ἀποθέσεως ἀπόκειται γέρας. ἐπεὶ εἰς γένος θεῶν ὃς θεμὶς ἀφικνεῖσθαι ἄλλω, ἢ τῷ κλησαμῶν ἀλήθειαν μὴ, καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ καθαρότητα δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι. &c. *Hic est laborum omnium finis praestantissimus. Hoc certamen, inquit Plato, magnum; haec spes ingens. Hic Philosophiae fructus perfectissimus. Hoc amatoriae atque mysticae artis opus maximum: ea videlicet conciliare & afferre quae vere bona sunt; malis autem, quibus hic opprimimur tanquam ex profundo faeculentae hujus vitae specu, eripere, & AD ÆTHEREAM LUCEM EVEHERE, INQUE BEATORUM INSULIS EOS QUI*

SUPERIUS ITER SECUTI SUNT, COLLOCARE. *Hos enim etiam EXSPECTAT PRÆMIUM RELATIONIS IN DEOS, in quorum ordinem adscisci nemini fas sit, nisi qui VERITATEM quidem atque VIRTUTEM ANIMO ipso adeptus sit, PURITATEM autem SPIRITUALI ejus VEHICULO. &c.*

§ II. Locum itaque quæris in quem deposito corpore crasso mens purgata transit haud uno beata nomine? Αἰθέρα ἑλεύθερον οἱ Πυθαγόρειοι καλεῖσιν. *Hos sci. in æthere collocare beatos plene.* Liberum Ætherem nominant Pythagorei (Idem pag. 313.) Αἰθέρα μὲν, ὡς αὔρον καὶ αἰῶνα ὅμα. Ἑλεύθερον δὲ ὡς ὑλικῶν παθημάτων κάθαρσις. ÆTHEREM quidem, tanquam materiae expers, atque æternum corpus; LIBERUM autem tanquam materialium perturbationum vacuum.

Verum cum illuc perventum fuerit quid de eâ fiat, in quam transmutetur conditionem sciscitaris? Nullam aliam quam Divinam & immortalem. Ἐσσεαι ἀθάνατος θεός Immortalis eris Deus. Sensem rogas? Ομοιάμεν, ait Hiërocles, τοῖς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν λεχθεῖσι ἀθανάτοις θεοῖς, ὃ φύσει ἀθάνατοί εἰσι θεοί. Similis factus iis, qui initio versuum dicti sunt immortales dii, non naturâ Deus immortalis Ἀμβροτός ἐκ ἐτι θνήσκος, Incorruptibilis, nec amplius morti obnoxius. Modum? Ἰνα κατὰ ἀφαίρεσιν τῆ θνητῆς, ἡ θεοποίησις ἡμῶν νοῦται, ἅτε μὴ φύσει, μηδὲ καὶ ἐστίαν ἡμῶν ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ἐκ προκοπῆς, καὶ καὶ ἐπίδοσιν ἐπιγενομένη. Ut ejus quod MORTI SUBJECTUM est (corporis) ADEPTIONE DEOS nos factum iri significet; cum neque natura, neque substantiâ tales existamus, sed progressu, atque profectu ea divinitas nobis sit ADVENTITIA. Idem p. 314.

En omni eo quod corruptioni obnoxium, idest
G inert

inerti corpore deposito in statum longe *melio- rem* progressas animas; *Diis* factas *similes*; nullatenus amplius *morti* obnoxias; atque omnem proinde prorsus mentis & corporis terrestris *dissolutionem* ulteriorem negatam ergoque in hoc *regressum*.

Quod
confirma-
tur auc-
toritate
M. Tyrii,
Steph.
Nigri,
Dickinso-
ni, Lon-
gini.

§ III. Ita Maximus Tyrius Dissert. xxviii. Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος πρῶτος ἐν τοῖς Ἑλλήσιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα τεθνήσκει, ἡ δὲ ψυχὴ ἀναπλάσσει αἰχίσηται ἀθανῆς καὶ ἀγήρω. *Pythagoras Samius Græcorum primus ausus est dicere corpus suum quandoque morti cessurum ANIMUM vero quasi ex ipsius corporis funere EVOLATURUM A MORTE PARITER, AC SENECTUTE IMMUNEM.*

Recte hinc docuit Stephanus Niger in comment. in Aurea carm. p. 45. *Bonorum Animas e corpore excedentes ex mente Pythagoræ in cælum migrare. O admirabilem, ait, aureorum carminum conclusionem, quâ docet Pythagoras hominum animos esse Divinos, USQUE CUM E CORPORE tandem EXCESSERINT REDITUM AD CÆLUM patere: quem quidem optimo ac iustissimo cuique quam expeditissimum esse credendum est.*

Edmundus Dickinsonus Phys. vet. & ver. cap. xi. § xvii. p. 165. *Hanc ANIMARUM humanarum PATRIAM, quam definito scilicet tempore in hoc terrestri domicilio transacto, aëra repetit; Plato nuncupat ὑπεράνωτον τόπον, locum supercælestem: Et Pythagoras illam prorsus eâdem mente, quanquam diversa dictione, vocat ἐλεύθερον αἰθέρα, id est LIBERUM ÆTHERA. In quo Heroum animas post EXUTA CORPORA sua, protinus ἀθανάτους καὶ ἀμβρόσιους IMMORTALES & INCORRUPTIBILES ESSE docuit. Quo circa sapiens ille vir, absque omni dubitatione (quicquid in contrarium censuit Hiërocles,)*

cles,) non intelligebat illam superiorem regionem mundanam (quam vel ætheream vel Empyream dicimus) quæ motui, atque mutationi sit obnoxia; sed SUPERCÆLESTE ILLUD SPATIUM, quod vel nulla tenet materia; vel longe subtilior, atque spirituali-
or; & ab omni corruptione, cunctisque turbis at-
que servitiis malorum spirituum penitus exempta
& LIBERA: Quæ proinde a Pythagora dicitur ἐλευ-
γερος, id est LIBERA.

Cæsar Longinus in Trino Magico de Myste-
riis Pythagoricis Canone XII. Qui scit quomodo
in æthera sit fulgor æternitatis, ubi nec corpus,
nec locus, neque vacuum, neque tempus, neque se-
nectus, neque transmutatio est, & quomodo ibi
sunt entia inalterabilia & impassibilia: & qui pro-
prietates ejus, conditionem chorum, & ordinem in-
tellexerit, intelliget illud Pythagoræ ubi inquit:
SI RECTA RATIONE VIXERIS, MALE ACTA DOLEN-
DO, & BENE ACTA GAUDENDO, DEOSQUE ORAVE-
RIS, UT OPUS TUUM PERFICIANT: TUM EXUTO COR-
PORE PROPECTUS IN ÆTHEREM ERIS IMMORTALIS
DEUS.

§ IV. Idem est quod de Pythagoræ sententia
tradit Laërtius lib. VIII. mentes videlicet purgatas
per Mercurium inbeatas superum sedes deduci.
καὶ ἀγεῖναι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸν ὕψιστον. (Ψυχὰς)
Et animas quidem purgatas in celsissimum locum
duci. Commune videlicet Pythagoricorum asser-
tum erat, Animas bonorum ἐπειδὴ ἀνέλωσι τῶν κα-
τὰ σάρκα δεσμῶν οἷον δὴ μακρὰς δαλείας ἀπηλλαγμῆας,
τότε χαίρειν καὶ μελέωρεσ φέρεσθαι. Quando quidem ex
vinculis carnis redierint quasi a diuturna servitu-

Atque
amplius
Laërtii,
Josephi,
Plutar-
chi, Cle-
mentis
Alexan-
drini.

te liberas tum GESTIRE PRÆGAUDIO, ATQUE SUBLIMES FERRI. 1. Josephus de bello jud. lib. II. cap. XII.

Atque hinc Plutarchus lib. ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicuri decreta p. 1105. quod iis οἱ τὰ ἀνὰ Πυθαγόρα, καὶ Πλάτωνα καὶ Ὀμήρῳ περὶ ψυχῆς δοξάζουσαι, qui idem cum PYTHAGORA, Platone, & Homero de Animâ sentiunt, Spes de bonis mortem subsequituris concepta omnem animis leniat & eluat molestiam & offensionem, & inexplicabilibus voluptatibus afficiat: Αἱ τῶν μετὰ τὸν θάνατον ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐλπίδες ἀμνηστίας ἡδονῶν καὶ προσδοκίας ἔχουσαι, πᾶν μὲν ἔλλειμμα, πᾶν δὲ πρόσκρημα τῆς ψυχῆς ἐξαλείφουσι καὶ ἀφανίζουσιν. *Spes de bonis & pulcris mortem subsequituris concepta, inexplicabilibus voluptatibus & expectationibus prædita, omnem defectum, omnem offensionem ex animo eluunt, atque abolent.* pag. 1106. Atque eodem tempore mortis πολλὰ, καὶ καλὰ, καὶ μεγάλα, καὶ θεῖα προσδοκᾶν. *Multa, pulcra, magna divinaque expectare.* p. 1107.

Unde recte conclusit Clemens Alexandrinus de Pythagoræis, quod *spem* bonam *vite* scilicet *beata* denunciaverint iis, qui in hac se vita purgaverint: τὴν δὲ ἐλπίδα, (inquit Strom. lib. IV.) τὴν μετὰ θάνατον, ἢ μόνον οἱ τὴν Βάρβαρον σοφίαν μελιόβητες ἴσασιν, τοῖς μὲν εὐγαθοῖς καλὴν, τοῖς δὲ φάουλους ἔμπαλιν. ἀλλὰ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι τέλος γὰρ κακεῖνο τὴν ἐλπίδα ὑπεργόρευον τοῖς φιλοσοφ

1. Joseph: de bello jud. lib. II. c. XII.] cum Græcis iis sententium uti habet Directe quidem ea de opinione bet Textus. Essenorum tradit, sed in hisce idem

λοσοφῶσιν. *Eam autem SPEM quæ est POST MORTEM non solum sciunt qui Barbaram persequuntur Philosophiam, BONIS quidem BONAM, malis autem contrariam; sed etiam PYTHAGORÆI, nam illi quoque spem in fine denunciabant iis, qui PHILOSOPHANTUR.*

§ V. Atque ita Timæus Locrus, nobilis Pythagoræus, ex magistri Samii sententiâ eum qui in rerum divinarum cognitione *digne* versatus est ad εὐδαιμονέστατον βίον *vitam beatissimam* aliquando deductum iri effatur: quum contra *durum*, & inobedientem *implacabilia* maneat *supplicia*. Lib. de Animâ mundi in fin. apud Platon. edit. Francof. 1602. p. 1096.

Timæi
Locri
Epicharmi.

Τοῖς ἐνδιατρίβειν σὺν αὐταρκείᾳ τε πολὺ ἀνθρώπεια καὶ συνεργία, ἐπὶ τὸν σύμμετρον βίον χροῖον, εὐδαίμων ἐστὶ. ὅτῳ μὲν ὁ δαίμων μόλεας τὰς δ' ἔλαχε δι' ἀλαφροτάτην δόξαν ἄγεται ἐπὶ τὸν εὐδαιμονέστατον βίον. εἰδὲ καὶ τις σκληρὸς καὶ ἀπειθὴς τῶν δ' ἐπέδωκε κόλασις - - - ὅτι κολασίης ἀπαράτρητοι ἀποκείνται δυσδαίμοσι νετέροισι. *In quarum rerum (Divinarum) cognitione si quis ita versetur ut animum gerat sua sorte contentum, humanosque casus positos habeat, & in hac animi æquitate quasi secundo flumine ad moderatam temperatamque vitam aspiet, is profecto viam ingressus est CERTÆ FELICITATIS. Et certe is cui Deus has sortes attribuerit per verissimam opinionem ad FELICISSIMAM VITAM deducitur.*

Si quis contra DURUS & PRÆFRACTUS fuerit eum PÆNA consequitur, - - - infelices videlicet MANES IMPLACABILIA SUPPLICIA manent.

Et pariter Epicharmus Poëta & Philosophus,
G 3 Py.

Pythagoræ auditor Laërt. lib. viii. *p*ios hac vitâ decedentes omni ait *malo exemptos*, supra in *cælo* permanere, apud Clementem Alexandrinum Strom. lib. iv. Εὐσεβὴς τῷ πεφυκῶς ὃ παῖσις ἔδεν κακὸν καταθανῶν, ἀνα τὸ πνεῦμα διαμῶν καὶ ἔσθον. *Si PIETATEM animo coluisti, DEFUNCTUS MALI NIHIL patieris, sursum in CÆLO permanet spiritus.*

Mentem
Pythagoræam
graphice
expressisse
Phocylidem,
&
Xenocratem,

§ VI. Egregie mentem Pythagoræam pinxit 2. Phocylides in admonitorio :

Ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήγως ζῇ διὰ πάντος.

Anima immortalis est, & perpetuo vivit, nec unquam senescit. Et

Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν εἰς Φάος ἐλθεῖν
Λειψὰν ἀποιχομένων ὀπίσω θεοὶ τελέθονται
Ψυχαὶ γὰρ μέμνησιν ἀκήλοιοι ἐφθιμύοισι,
Πνεῦμα γὰρ ἐστὶ θεῶν χεῖνσις ἡντοῖσι, καὶ ἐκὼν
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἐχομεν, καὶ πάλες εἰς αὐτὴν
Λυόμενοι κῆνσις ἐσμεν, αὐτὴ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεχται.

*Et statim e terra speramus scandere in auras
(Nos) reliquiae mortuorum postea Dii erunt.*

Animæ enim in mortuis manent incorruptæ :

Spi-

2. Phocylides.] Poëta vetustissimus Pherecydi & Theognidi cœtaneus, quo ævo maxime viguerit Philosophia vetusta traditionaria. Ni malimus cum Josepho Scaligero carmen id admonitorium Phocylidis cujuspian longe recen-

tioris esse, & quidem Judæi, vel Christiani. Quamquam Mornæus, Aug. Steuchus, et alii contrarium censuerint. Vid. de verit. Relig. Christ. C. xv. & De perenni Philosoph. lib. iii. cap. ii.

Spiritus namque Dei imago est, & usus homini- CAP. VI.
bus.

Corpus enim de terra habemus, & omnes in ip-
sam

Soluti pulvis sumus, 3. aether vero spiritum su-
scipit.

Et conditionis istius separatæ beatitatem graphice delineat *Xenocrates*; (qui unus ex iis est qui utilissima quæque e philosophia Pythagorica sumpserit & pro suis venditarunt, uti legere est apud Porphyrium de vitâ Pythag. Num. lIII.) Libro de morte: ni malimus fetum hunc Platoni adscribere, ut & sub nomine Axiuchi Platonis prostat: Quod eodem recidit; cum hic idem cum Pythagora voluerit. Οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν μεταβάλλεις ὁ Ἀξίوخε. ἔδδ' ἀφάρεσιν ἔξεις τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' ἐλκενεστέραν τὴν ἀπόλαυσιν. ἔδδ' ἐμειγμένους θνητῷ σώματι τὰς ἡδονὰς, ἀλλὰ ἀκράτους ἀπασῶν ἀλγηδόνων. κείσε γὰρ ἀφ' ἧς μονωθεὶς ἐκ τῆς δὲ τῆς εἰρηκτῆς, ἐνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀτέναια καὶ ἀγένητα, γαλήνης δὲ τις καὶ κακῶν ἀγονος βίος, ἀσαλεύτω ἡσυχία ἐνδιαζόμενῳ καὶ περιετρεῶν τὴν φύσιν. καὶ φιλοσοφῶν ἐπὶ πρὸς ὄχλον καὶ θάλατταν, ἀλλὰ πρὸς ἀμφιθαλὴ τὴν ἀλήθειαν. *Non in mortem* (dixit *Socrates*) *mi*
Axi

3. *Aether vero spiritum suscipit.*
Sic humanarum opinionum vel peritissimus *Menander*

Ἔσθ' αὖτ' ἡδὴ γῇ καλυφθῆναι νεκρός.
Ὅθιν' ἐκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφικέτο
Ἐλπίσ' ἀπελθεῖν πνεῦμα μὲν πρὸς αἶ-
θήρα,
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.

Sinite jam terra operire mortuos,
Et unumquodque, unde in corpus
venit
Illuc redire, spiritum quidem ad Ae-
thera,
Corpus vero in terram.

Axioche, sed in ipsam IMMORTALITATEM migras. (cum corpore excedis.) Neque bonis privaberis, sed INTEGRA BONORUM POSSESSIONE FRUERIS. Nec voluptates mortali corpore mistas percipies amplius, sed omni prorsus TRISTITIA VACUAS. Illuc inquam proficisceris ab hoc carcere liber, ubi QUIETA OMNIA, ET A TRISTITIA, SENECTUTEQUE SEMOTA. Ubi EXULTATIO SANCTA, VITAQUE MALORUM NES- CIA, & TRANQUILLA PACE NUTRITA, NATURAM RE- RUM SPECULANS, & arcana philosophiae contemplans, haud sane ad turbae theatrive gratiam, sed ad per- spicuae veritatis objectum.

Et paulo post 4. *Quibuscunque igitur in vitâ bo- nus aspiravit Daemon, in LOCUM ISTI PIQRUM PERTRANSEUNT, (eis τὸν τῶν ὠσεβῶν χῶρον οἰκίζονται.) ubi ver ÆTERNUM omnigenis exuberat fructibus, fontesque nitentium aquarum scaturiunt. Prata insuper amaena variis depicta coloribus. Nec desunt philosophantium coetus, Poëtarumque Theatra. Cir- culares ibi chori, & musicae cantilenae, suavesque concentus. Jucunda convivio, sanctique & uberes conventus bibentium.*

INVIOLABILE GAUDIUM (ἀκέραιος ἀλυσία) *dulcif- que conviētus. Non frigoris ille aut caloris ex- cessus, sed aëris natura salubris, lenibus solis ra- diis temperata.*

* Hic

4. *Quibuscunque igitur in vitâ bo- nus aspiravit Daemon.] Οἷοις μὲν ἐν τῷ ζῆν δαίμων ἀγαθὸς ἐτίπτυσεν εἰς τὸν τῶν εὐσεβῶν χῶρον οἰκίζονται ἵνα αἰσὰ ἀκόσμητα, συμπόσια τε εὐμελῆ, ἀφροῖοι μὲν ὄραι παγκάρπῃ γοῆς βρύου- σι, πηγὰς δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, ἴες ἀλυσία, καὶ ἡδεῖα διαίτα.*

παντοῖος δὲ λιμῶνις ἄνδρσι ποικίλαις ἐπι- ζόμενοι διατρίβειν διὰ φιλοσόφων, καὶ δια- τρε ποιητῶν, καὶ κύκλιοι χοροὶ, καὶ μου- σικά ἀκόσμητα, συμπόσια τε εὐμελῆ, καὶ ἱλαπίναι αὐτοχρηγήτοι, καὶ ἀκέραι- α.

5. *Hic PURGATORUM sunt ANIMORUM SEDES, ubi divina mysteria celebrant.* (ὅταυθα τοῖς μεμνημένοις ἐστὶ τις πνευμάτια. καὶ τὰς ὁσίας ἀγιστείας κακεῖσε συντελῶσι.)

Et

5. *Hic purgatorum sunt Animorum sedes.*] Homerus, (cujus ceu ὁμοψύχῃ versus selecti, quemadmodum & Hesiodi ad animos emendandos adhibebant Pythagoræi, uti prodit Jamblichus de vita Pythag. Num. cxi. Χρησθαι δὲ καὶ Ὁμήρῳ καὶ Ἡσιόδῳ λέξεσιν ἐξελεγμέναις πρὸς ἐπαύρωσιν ψυχῆς. In usu quoque illis erant Homeri, & Hesiodi selecti versus, quibus animos emendabant.) simili ratione Elysium suum beatorum sedem describit:

Ἀλλὰ σ' εἰς Ἡλύσιοι πεδίοι καὶ πείρατα γαίης

Ἀθάνατοι πέμψουσιν (ὅτι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,

τῇ περ ῥήσῃ βιοτῇ Πέλοι ἀνδράποισιν.

Ὅν νικέῃς, ἅτ' ἄρ' χειμῶν πολὺς, ἅτ' ἐπὶ ὀμβροῖς.

Ἀλλ' αἰὶ Ζεφύροιο λυγροπτεροῖας ἀήλας ὤκεανδ' αἰέουσιν, ἀναψύχειν ἀνδράποισιν.)

Sed te ad ELYSIUM CAMPUM, & fines terræ

Immortales mittent, (ubi fluvius Rhadamanthus est,

Ubi utique facillima vivendi ratio est hominibus.

Non nix, neque hyems longa, neque unquam imber,

Sed semper Zephyri suaviter spirantes anras.

Oceanus emittit, ad refrigerandum homines.)

Odyss. Δ.

Et Hesiodus oper. & dier. vers. 166. et seq.

Εἴθ' ἦτοι τὰς μὲν θανάτῳ τέλος ἀμφεκάλυψε.

Τοῖς δὲ διχ' ἀνδράποισιν βίοντα καὶ ἡδὲ ὀπάσας

Ζεὺς Κρονίδης καλῖνασσε πατὴρ εἰς πείρατα γαίης.

Τῇλ' ἀπ' ἀθανάτων τοῖσι Κρόνος ἐμβασιλευε.

Καὶ τοὶ μὲν νάουσιν ἀκκηδεά θυμὸν ἔχοντες

Εἰς μακάρων ἡσίοισι παρ' ὧκεανδ' Εὐαυδίστην

Ὅλβιοι ἥρωες, τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν Τρις ἔτεος θάλλοντα φέρεει ζείδωρος ἄρουρα.

Ubi mors quoque oppressit ipsos. (genus virorum justius,)

Iis autem seorsum ab hominibus vitam & sedem tribuens

Jupiter Saturnius pater constituit eos ad terræ fines.

Procul ab immortalibus Saturnus horum Rex est.

Et ii quidem habitant securum animum habentes

In BEATORUM INSULIS juxta Oceanum profundum,

FELICES HEROES: HIS DULCEM FRUCTUM

TER QUOTANNIS FLORENTEM PROFERT FÆCUNDA TELLUS.

H

Et tandem : ἐγὼ γὰρ λόγῳ ἀντελκόμην τὴν τῶν μόνων ἐμπέδως οἶδα ὅτι ψυχὴ ἅπαντα ἀθάνατος. ἡδὲ ἐκ τῆς δὲ τῆς χωρὶς μετασθῆναι, καὶ ἄλυπος. ὥστε ἢ κάτω, ἢ ἄνω εὐδαιμονεῖν σὲ δεῖ Ἀξιοχε, βεβιωκότα εὐσεβῶς. *Ego enim ratione coactus hoc solum plane firmiterque cognosco Animam omnem IMMORTALEM existere & eam que pura ex his locis abierit SINE TRISTITIA VIVERE. Quam ob rem sive sursum sive deorsum tendas Axioche, BEATUM fore te oportet, si modo pie, sancteque vixeris.*

Unde Anima malorum hujusce vitæ, pertæsa istam conditionem, istum locum, utpote sibi cognatum & proprium, desiderat magnopere sititque : τὸν ἁεραῖον ποιεῖ καὶ σύμφυλον αἰθέρα, καὶ διὰ τῆς ἐκείσε διαίτης καὶ χορείας ὀρεγομένη. *Quo fit ut CÆLESTEM, 6. COGNATUMQUE ÆTHEREM jam DESIDERET, SITIATQUE VITAM CHORUMQUE SUPERNUM. Id. ibid.*

Hinc Animas se-
paratas
dictas
Μελισ-
σας.

§ VII. Atque hinc est quod *Animæ* corporibus *solutæ* Pythagoræis, aliisque communiter Μελισσας *Apes* dicerentur, ob vitæ videlicet *dulcedinem quâ corporibus exutæ fruuntur*, Baro de Cherbury de Relig. Gent. c. vi. Unde & *Mel Mortis* fecere Sym-

6. *Cognatumque ætherem*] Æther scilicet Proprium Mentis habitaculum est, & Patria, unde veluti exul ejecta in peregrinis, usque calamitosis oris vitam agere jubet Necessitas; hinc corpore deposito ea in locum proprium, domesticum reverti dicitur. Idem Xenocrates ibid. Idque considera quod dissoluto eo quod compositum fuit καὶ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οἰκεῖον ἰδρυθείσης τόπον, & ANI-

MA IN LOCUM PROPRIUM abeunte, hoc quod restat terrenum, & irrationale corpus, homo nullo modo est. Immo cum se ad interiora celi recipit Anima, domum redire fertur: Plato in Phædro Δύσα πάλιν εἰς τὸ εἶναι τῷ ἑρᾶν, οἰκαδὲ ἦλθιν, se denovo recipiens (Anima pia) ad INTERIORA CÆLI, DOMUM venit. Reditum itaque illuc appetere mentem capti facile.

Symbolum, ut *Fel Vite*. Imo quod & illæ quæ in generationem descendentes ita victuræ erant ut certo ad *pristinum* locum statumque *beatum* essent *reversuræ* hoc nomine insignirentur; & 7. βουγενῆς *bovigenæ* vocarentur. Porphyrius de Antro Nympha-

7. βουγενῆς, *bovigenæ*.] Nempe Mentes separatæ forsan βουγενῆς, *bovigenæ* dicuntur ut Symbolice earum ἐπιμεθρία significetur: quod scilicet depositò corpore, & cadavere corrupto non omnia intereant; sed quemadmodum corrupto bovis cadavere *Apes* puras exinde in dies luminis oras provolare ajunt:

Ἰπποὶ μὲν σφυκῶν ἀνέσεις, Ταυροὶ δὲ μελίσσαν.

Nam culices ab Equis, sed Apes ab origine Tauri.

Sic corpore decidente mens pura inde quasi enata superas fedes petat. Ut cum totum compositum morte videtur interiisse Animas quasi reviviscere significare voluerint, uti hoc de Apibus tradunt: Plinius Hist. Nat. lib. xi. cap. xx. *Vita eis (apibus) longissima, ut prospere inimica, ac fortuita cedant septenis annis universa. Alveos nunquam ultra decem annos durasse proditur. Sunt qui mortuas si intra tectum hyeme servantur, deinde sole verno torreantur, ac siculneo cinere toto die foveantur, putent REVIVISCERE. In totum vero amissas REPARARI ventribus BUBULIS recentibus cum fumo*

obrutis: Virgilius javencorum corpore exanimato, sicut Equorum vespas atque crabrones, sicut asinorum Scarbæos, mutante natura ex aliis quedam in aliâ.

Imo & amplius forte hæc τῶν μελίσσαν βουγενῆς Animarum ex Deo ortam, ut & ad eundem reditum infinuat: Bos enim & Taurus etiam Ægyptiis Dei summi, seu Osiridis, Symbolum erat, quem aiebant *bove sterili genitum* Vide Pierium Hieroglyph. lib. iii. p. m. 30. Et Dionysius seu Bacchus apud Argivos βουγενῆς, *bovigena* dicebatur, & sub Tauri specie pingebatur. Vide eundem Pierium ibid. p. 23. ut ipsum ex *jove genitum*, ut saltem nobis videtur, indicarent: hunc enim *e jovis femore* prodiisse Ovidius Metam. lib. iii. Manilius lib. iii. et alii referent. Ut antiquissimo dicendi genere *e femore* cujuspiam prodire, ejus *filium* seu *prolem* esse indicat. Vid. Gen. XLVI: XXVI. Exod. i: v. Jud. VIII: XXX. &c. Unde & cornua ipsi attributa, in signum videlicet Divinitatis, opinamur.

Μελίσσαι βουγενῆς itaque mentes e jove genitas sibi velit, atque in Ætherem, ad *jovem*, corpore relicto, revolantes, *dulcem* vitam acturas.

pharum p. 261. Πηγαὶ δὲ καὶ νάμαλα οἰκεία τὰς ὑδα-
σι νυμφαῖς. καὶ ἔτιγε μᾶλλον νύμφαις ταῖς ψυχαῖς. ὥς ἰδίως
μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλεον, ἡδονῆς ὕσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ
ὁ Σοφοκλῆς, ἐκ ἀνοικείως, ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη:

Βομβεῖ δὲ νεκρῶν συμνήσῃ ἐρχέσθαι τ' ἄλλη.

*Fontes autem & rivuli Nymphis aquaticis pro-
prie: & præcipue NYMPHIS ANIMABUS, quas pro-
prie APES antiqui vocabant DULCEDINIS OPERATRI-
CES. Unde & Sophocles non incongrue de anima-
bus dixit:*

Examen errans mortuorum bombilat.

Σελήνην τε ὕσαν γενέσεως προστάτιδα, μέλισσαν ἐκάλεον,
ἄλλας τε ἐπεὶ ταύρων μὲν σελήνη. καὶ ὕψωμα σελήνης ὁ ταύ-
ρος. βεγενεῖς δὲ αἱ μέλισσαι. καὶ ψυχαὶ δ' εἰς γενέσιν ἴσας
βεγενεῖς. - - - πεπόνηται ἡδὴ τὸ μέλι καὶ θανάτῳ σύμβολον.
τὴν δὲ χολὴν ζῶης - - - ὅτι ὁ μὲν θάνατος λυσίπνοος, ἡ δ' αὖ-
ταῦτα ζῶν ἐπίμοχθῃ καὶ πικρῇ. ἐκ ἀπλῶς μὲν τοι πά-
σας ψυχὰς εἰς γενέσιν ἴσας μέλισσας ἔλεγον, ἀλλὰ τὰς
μελλέσας μετὰ δικαιοσύνης βιοτεύειν, καὶ πάλιν ἀνατρέφειν εἰρ-
γασμώδεις τὰ θεοῖς φίλα. τὸ γὰρ ζῶον φιλόστροφον, καὶ μά-
λιστα δίκαιον, καὶ νηφανικόν. 8. Lunam quoque genera-

tionis

8. Lunam quoque generationis præ-
sidem APES, vocabant, quam et alio
nomine Taurum dixerunt. Et exal-
tatio Lunæ est Taurus. Scilicet
exaltatio, Planetæ cujuscumque est ea
Zodiaci pars in quâ constitutus Pla-
neta insignem virium suarum exal-

tationem, seu incrementa recipit,
unde & evidentiorum in Inferiori-
bus mutationem, vel impressionem
efficit. Vid. Wendelin. contempl.
phys. p. 623.

Luna autem cum fuerit genera-
tionis antistes & domina, id est in
domo

tionis præsidem APES vocabant. Quam & alio nomine TAURUM dixerunt. Et exaltatio Lunæ est Taurus. BOVIGINÆ autem APES sunt. Et Animæ in generationem progressæ hoc quoque nomine vocantur. --- MORTIS quoque Symbolum MEL fecerunt. --- FEL vero VITÆ. --- Quod MORS MISERIARUM FINIS: VITA autem hæc mortalis MOLESTA & ACERBA est.

Nec tamen promiscue omnes Animas in generationem progressas APES vocabant: sed eas quæ ex JUSTITIÆ præscripto victuræ: et postquam opera Diis grata perpetrassent RURSUM AD DEUM ERANT REVERSURÆ. Animal enim hoc redire amat, & justitiæ observantissimum est, ac sobrium. p. 262.

§ VIII. Imo & forsan hæc Animarum separatarum, ἀναγεγασσῶν, denominatio conditionem earum non modo dulcedine plenam, sed & ab omni malo purgatam, atque inviolabilem innuit: cum harum rerum Symbolum mel sit quod conficiunt Apes, ac vescuntur. Porphyrius de Antro Nymph. p. 259.

Βόσις

domo vita illuxerit momento nati-
vitatæ, seu orientalis fuerit eo
momento quo nascitur homo, &
quidem sola; & si bene collocata sit,
seu in dignitate constituta, id est
in signo cælesti, in quo virtutem
efficacem nobili incremento auc-
tam obtinet, bonis mores conciliat.
vid. eund. p. 627.

Cum contra si generationis do-
mina male constituta sit, id est in
signo ipsius qualitatibus contrario,
homines leves, mutabiles, vagos &c.
prodire faciat. Id. ibid.

Lunæ autem exaltatio in Tauro

est, vid. eund. p. 623. Itaque
Lunæ generationis præside in Tau-
ro constitutâ optimis moribus præditus
prognasci oportet.

Lunam itaque μήλισσας, Apes,
mentes ad dulcem vitam reversuras,
juste victuras, in corpus demitten-
tem, etiam Apem quasi harum ma-
trem dixere, & quia non nisi in
Tauro constituta tales producebat
Taurum. Quorsum & titulus β-
γεγῆς bovigenæ q. d. sub Bove cæ-
lesti, sub Tauro, nata referri
posset.

Βόσις δὲ καὶ τροφή τό μέλι ταῖς μελίσσαις. κέχρηται δὲ τῷ μέλιτι οἱ θεολόγοι πρὸς πολλὰ καὶ διάφορα σύμβολα, διὰ τῶν ἐκ πολλῶν αὐτὸ συνεστάναι δυνάμεων. ἐπεὶ καθαρικῆς ἐστὶ δυνάμεως, καὶ συντηρητικῆς. τῷ γὰρ μέλιτι ἀσκήπια μύρι. καὶ τὰ χρόνια τεύματα ἐκκαθαίρεται μέλιτι. ἔτι δὲ γλυκὺ τῇ γύσει, καὶ συναγόμενον ἐξ ἀνθῶν ὑπὸ μελισσῶν, αἱ βαγεῖς εἶναι συμβεβηκιν. *Pastus autem atque alimentum Apiculis est mel. Caeterum Theologi MELLE ad multa, eaque diversa SYMBOLA usi sunt; quia variis ex facultatibus constat: Nam & PURGANDI & CONSERVANDI facultate pollet. Mellis enim benescio res INCORRUPTÆ permanent: & ulcera vetusta melle EXPURGANTUR: idemque GUSTU DULCE est, et ab apiculis ex floribus congestum, quae ex bove nasci solent.*

Quemadmodum & Apis Symbolo diuturnae valetudinis prosperitas designabatur teste Pierio Hieroglyph: lib. xxv. p. m. 242. Invenio, ait, vitae PROSPERITATEM ac INOFFENSAM VALETUDINEM IN LONGA ÆVI SPATIA productam per Hieroglyphicum APUM in saecundo oleae ramo confidentium significari.

Id Saltem opinio dicat Pythagorica, quæ purgatis *Vitam inalterabilem, nulli amplius morti obnoxiam* adjudicat, atque *inviolabile gaudium*. Εὐσσαι ἀθάνατος &c. Uti Summum eorum, qui pie decesserunt εὐδαιμονίας gradum præ hominibus viventibus declarat Socrates, quod *infinita* sit, quum reliquum tempus sint ἀθάνατοι. in Apol. sub fin. Οὐδὲ πᾶς τῶν γε ἕνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκλινῶσι τὰ τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσι. *Siquidem hujus causa qui illic de-*

gunt,

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 63 LIB. I.
gunt, haud amplius moriuntur, suntque illi NOBIS ^{CAP.} VII.
 & IN REBUS ALIIS BEATIORES, & *in eo insuper quod*
 RELIQUUM jam TEMPUS permanent IMMORTALES.

C A P U T VII.

*Ea quoque quæ de INJUSTORUM post mortem
 conditione tenet Doctrina Pythagorica
 TRANSANIMATIONEM crassam
 abnegare.*

§ 1. **N**Eque minus quæ de *malorum* extremis *Injustos*
 censuit Pythagoras eum a Metempsychosi *in inferno*
 alienum clamant. Quid autem de his voluerit apud *sen Tar-*
 Diogenem Laërtium, ubi illius de *animâ separatâ* *taro a Fu-*
 sententiam tradit, videre est lib. VIII. p. m. 221. *riis ine-*
 Τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν. καὶ διὰ τῆτο Πομ- *lucibili-*
 πέα λέγεσθαι, καὶ Πυλάιον, καὶ Χρόνιον ἐπειδὴ περ ἔστος *bus vin-*
 εἰσπέμπει ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς, ἀπὸ τε γῆς καὶ ἐκ *culis alli-*
 θαλάσσης καὶ ἀγεσθαι μὲν τὰς κατὰ γῆς ἐπὶ τὸν ὕψιστον. *gatos.*
 τὰς δὲ ἀκαθάρτους μὴτε ἐκείναις πελάζειν, μὴτε ἀλλήλαις,
 δεῖσθαι δ' ἐν ἀρχαίοις δεσμοῖς ὑπὸ ἰερῶν. *Mercurium au-*
tem Animarum esse quastorem, ob eamque causam
 1. *Deductorem & janitorem & Terrenum appellari,*
quo-

1. *Deductorem.*] Qui unumquem- *pellant Divorum habitacula puræ.*
 que *eis τὸν τόπον τὸν ἴδιον* ducat: ne *Ut in hoc munere, quo fungi*
 superas sedes occupent mentes in- *Deum illum voluit Senex Samius,*
 dignæ; sed Furiis tradantur torto- *& veteribus Julidensibus in Insula*
 ribus pollutæ: contra in beata ap- *Ceo agnitum Mercurium feminae*
 il-

quoniam is e corporibus e terra ac mari animas deducat. Ex quibus quæ PURÆ sunt eas in CELSISSIMUM LOCUM DUCI; IMPURAS autem NEQUE AD EAS ACCEDERE, NEQUE INTER SE CONSOCIARI, SED DURISSIMIS A FURIIS VINCULIS CONSTRICTAS TENERI.

En malos a beatis sedibus secretos; & a Furiis infragilibus & ineluctabilibus vinculis ligatos, in locis videlicet Tartareis pœnas dantes.

— Ἀρχηλοι, Scilicet, τ' αἶδας πύλαι. Orph.

Frangi nequeunt Plutonis portæ.

Unde Ἄδης Infernus Pythagoræ τόπος τῶν ἀσεβῶν locus impiorum, ubi σφαγεῖς κολάζονται. homicidæ puniuntur. Jamblichus de Vita Pythag. Num. CLXXVIII. Ἐπειδὴν καὶ εἰς Ἄδην μέλλοι μεταβαίνειν, quoniam in Infernum descendere paret, — — — ἐκ ἔφην μέλλειν εἰς τὸν τῶν ἀσεβῶν τόπον παραβάλλειν, ὅπως σφαγεῖς οἶδεν τὰς σφαγεῖς κολαζομένους. Non futurum dixit quod in LOCUM IMPIORUM profecturus esset, ubi probe sciat HOMICIDAS PUNIRI. Atque Tartarus ei carcer, memorante Aristotele, ubi impii horribus exagitantur. Lib. 2. de demonstr. c. xi. ubi ait Pythagoræos arbitrari propterea excitari tonitrua in

illustris præsentē Sexto Pompejo morte spontanea vitam finientis docet exemplum apud valerium Maximum lib. ii. cap. vi. § viii. Tum (ait Maximus) defunctis MERCURIO delibamentis, & invocato Numine ejus, ut se placido itinere in MELIOREM SEDIS INFERNÆ DEDUCERET PARTEM, cupido haustu mortiferam traxit potionem. Verum enim vero si negarit Inferos Pythagoras, imo & superos animabus cohabitandos, quid ipsi ad eos Ductore opus est?

in aëre, ut illa quasi comminatione jovis, ii, QUI
IN TARTARO SUNT, PERTIMESCANT: Ὡς περ οἱ Πυθα-
γόρειοι φασιν, ἀπειλὴς ἐνεχέ τοῖς ἐν τῷ Τάρτάρῳ, ὅπως Φο-
βῶνται. *Alia autem causa erit (si verum est quod
ajunt Pythagoræi) ad terrendos manes qui sunt in
TARTARO.*

§ II. Justissimum scilicet a Numine constitutum
esse tribunal, quod subterfugere nulli contigerit
Philosophus docebat: cui se sistens, morte corpo-
re posito, anima nuda, impuris cupiditatibus hac-
tenus irretita, *diris cruciatibus* addicenda sit. Hac
ratione ab injustitiâ mortales revocare nîsus. Jam-
blichus de vit. Pythag. Num. CLXXIX. Καὶ ἄλλην δὲ
μέθοδον ἀνεῖχε τῇ ἀναστέλλειν τὰς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς ἀδικίας,
διὰ τῆς κρίσεως τῶν ψυχῶν, εἰδὼς μὲν ἀληθῶς ταύτῃ λε-
γομένῳ, εἰδὼς δὲ καὶ χρήσιμον ἔσσαι εἰς τὸν φόβον τῆς ἀδι-
κίας. πολλῶν δὲ μᾶλλον ἀδικεῖσθαι δεῖν παρήγγελλεν, ἢ
κρίνειν ἀνθρώπων. ἐν αὐτῇ γὰρ κείσθαι τὴν κρίσιν ἐκλογιζομένην
τὴν ψυχὴν καὶ τὴν ἔσσαν αὐτῆς, καὶ τὴν πρώτῃν τῶν ὄντων φύσιν.
*Reperit præterea & aliam methodum ad homines ab
INJUSTITIA revocandis proposito ANIMARUM JUDICIO;
sciens equidem istud VERE doceri; sed & ad METUM
INJUSTITIÆ excitandum plurimum conducere. Mul-
to itaque satius esse dicebat injuria affici, quam ho-
minem occidere; APUD INFEROS enim repositum esse
JUDICIUM, ubi anima ejus essentia, & princeps en-
tium natura examinetur. Eadem habet idem Num.*
CLV. textu parumper corrupto.

Pindarus (ἄτε Πυθαγόρειος ὢν, ut qui esset Py-
thagoræus Clem. Alexandr. lib. v. Strom.) Olymp.
Od. II. Epod. III.

— Εἰ δὲ μὴ ἔχειν
τίς οἶδε τὸ μέλλον,
Ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ' αὐτίκ' ἀπαλάμνοι
Φέρες πῶνός ἔτισαν. ταδ'
Εὐθάδε Διὸς ἀρχᾷ ἀλιτρά
Καλὰ γὰρ δικάζει τις
Εὐχθρᾷ λόγον φράσας ἀνάγκᾳ.

— *Si vero illud (divitias) habet
Quis novit quid futurum sit;
Quod post mortem quidem i-
bi mox injustæ
Mentes PÆNAS luant. Quæ enim,
In hoc jovis imperio, iniqua,
SUB TERRA JUDICAT ALIQUIS,
Inimica SENTENTIAM pronuntians necessitate.*

In Tarta-
ro æternis
cruciatii-
bus ob
noxios
injustos.

§ III. Atque æterna subire supplicia plene scele-
ratos, opinione Pythagoræ, docebit Timæus Lo-
crus Lib. de Anima mundi. Εἰ δὲ καὶ τις σκλαγὸς ἢ
ἀπειθὴς, τῷ δ' ἐπέδω κόλασις ἢ τ' ἐκ τῶν νόμων καὶ ἢ
ἐκ τῶν λόγων σύντονα ἐπάγοισα δέμα' αὖ τε ἐπεσθῆνα, καὶ τὰ
καθ' ἅδω, ὅτι κολάσις ἀπαράλητοι ἀπόκειναι δυσδαίμοσι
νεφέροισι. *Si quis contra DURUS & PRÆFRACTUS fu-
erit, nec sanctissimis illis præceptis voluerit pare-
re, eum PÆNA consequitur, tum ex legibus, tum
ex illorum sermonum vocibus, quæ & coelestes, &
INFERNAS POENAS denunciant: Infelices videlicet
Manes IMPLACABILIA SUPPLICIA MANERE.*

Et apertissime Xenocrates lib. de morte, vel
Plato in Axiocho. *Contra qui VITAM SCELERIBUS*

INQUINARUNT, repente per Tartarum a furiis in
 Erebum, chaosque raptantur. Ubi patet IMPIO-
 RUM PROVINCIA, (S. locus.) (ἐν τῷ χάρακι ἀσέβων.)
 Danaidumque puellarum labor irritus aquis cribra
 implere frustra nitentium. Ubi Tantalii sitis, 2.
 Tityi viscera, Sisyphi saxum perpetuo revolubile.
 Ubi fera mordaces inseparabiliter corporibus se cir-
 cumplicant. Ubi faces inextinguibiles carnes exu-
 runt. Ubi homines IMPII OMNIFORMIBUS SUPPLICIIS
 CRUCIATI PERPETUA PUNITIOE VEXANTUR. (ἀνδρῶν
 τιμωρίαις τρυχούσαι) Quemadmodum & dixerat su-
 pra Laërtius illos, δειδῶται δ' ἐν ἀπύχνοις δεσμοῖς ὑπὸ
 ἑκατόμβῃ, INFRAGABILIBUS vinculis constrictos a Fu-
 riis teneri.

Quod & exemplo Thesei confirmat Virgilius,
 qui monente Rittershusio in not. ad Porphy. de
 vit. Pythag. bonus fuit *Pythagoræus*, lib. VI. *Æneid.*
 vers. 617. 620.

— — Sedet, ÆTERNUMQUE sedebit

Infelix Theseus: Phlegyasque miserrimus omnes

Admonet & magna testatur voce per umbras:

Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

Atque idem & Homerus significat (qui videlicet
 ut supra ex Plutarcho audivimus cum Pythagora &
 Platone de Anima idem sapit,) dum *Tartaro Por-
 tas ferreas, aereumque pavementum* adscribit; ut
 I 2 scili-

2. Tityi viscera.] Pænarum Æ- terna suggerens alimenta confingit.
 ternitatem Poëtica fabulositas suspica- Cælius Rhodiginus Lect. Antiq.
 ta est, dum Tityum jecur vulturi æ- lib. x. c. x.

LIB. I. 68 DE PALINGENESIA VETERUM,
CAP. scilicet nunquam quis inde elabi possit. Iliad. ②.
VII. sub init.

Ἡ' μὲν ἔλων, ῥί' φω ἐς τάρταρον ἡρόεντα
τῆλε μάλ', ἧχι βάθυστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον,
ἔνθα σιδήρεαι τε πύλαι, καὶ χαλκεον ἔσθς
τόσσον ἔνεργ' αἰδέω, ὅσον ἕρηνός ἐστι ἀπὸ γαίης.

*Aut ipsum correptum projiciam in TARTARUM
obscurum*

*Procul valde, ubi profundissimum sub terra est ba-
rathrum,*

*Ubi FERREÆQUE PORTÆ, ③ ÆREUM PAVIMEN-
TUM.*

*Tantum sub infernō, quantum caelum abest a
terra.*

Et Hesiodus hac ratione *Tartarum* describens
Theogon. v. 726. & seq.

τὸν περὶ χαλκεον ἔρχ' ἐλήλαται. ἀμφὶ δέ μιν νύξ
τριτοιχὴ κέχυται περὶ δειρην. αὐτὰρ ὑπερθεῖν
γῆς ῥίζαι πεφύκασιν καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
ἔνθα θεοὶ τιτῆνες ὑπὸ ζόφῳ ἡρόεντι
κεκρύφαται, βελῆσι Διὸς νεφεληγερέταο,
χάρῳ ἐν εὐράεντι, πελώρης ἔσχατα γαίης.
τοῖς ἐκ ἔξιτόν ἐστι. πύλας δ' ἐπέθηκε Ποσειδῶν
χαλκείας. τεῖχος ἐκίχεται δ' ἀμφοτέρωθεν.

*Quem circa ferreum septum ductum est. circum
vero ipsum nox*

*Triplici ordine fusa est circa collum. sed superne
Ter-*

Terræ radices sunt & infructuosi maris.

*Illic Dii Titanes sub caligine obscura
Absconditi sunt, consiliis jovis nubicogi,
Loco in squallido, vastæ ultima terræ.*

*HIS NON EXITUS PATET : portas vero imposuit
Neptunus.*

Ferreas : murus etiam circumdatus utrimque.

Et Cerberum orci custodem adventantes blande
excipientem, sed referre gradum nunquam passum
vers. 769 & seq.

— Δεινὸς δὲ κύων προπάροισι φυλάσσει
Νηλεΐης. τέχνην δὲ κακὴν ἔχει. ἐς μὲν ἰόντας
Σαίνει ὁμῶς ἔρη τε καὶ ἄσπιν ἀμφοτέροισιν.
Ἐξελθεῖν δ' ἐκ αὐτῆς ἰᾶ πάλιν, ἀλλὰ δοκεῖων
Ἑσθίει ὄνκε λάβησι πυλέων ἔκτοσθεν ἰόντα
Ἰφθίμῃ τ' Αἰδέω καὶ Ἰπαιῶν Πέσσεφονείῃς.

— *Horrendus autem canis pro foribus custodit,
Saevus. artem autem malam habet. introeuntes
quidem*

*Adulatur pariter caudaque & auribus ambabus :
EXIRE VERO NON ITERUM PERMITTIT DENUO,
sed observans*

*DEVORAT, quemcunque prenderit extra portas
euntem*

Fortisque Plutonis & terribilis Proserpinae.

3. Ex hisce itaque colligere est quo jure Pytha-
goras

I 3

3. Ex hisce itaque colligere est.] &c. Habemus scilicet.

I. Ma-

70 DE PALINGENESIA VETERUM,
goras feratur *negasse Inferos, susulisse Orcum: negasse aut nescivisse se conferre in coelum animas aut ad Orcum detrudi.* Ut Gaudentius supra. Ovidianorum memini.

O genus attonitum! &c. sed quid in iis præsidii lib. III. dabimus.

§. IV. Atque ea sunt quæ de *Iustorum ac iniustorum extremis* aperte satis tradit Philosophia Pythagorica, omnem utique *Μεταψυχώσεως* ideam eluentia. Quæ & hic sufficere jure duci possent. Verum cum et *mediae conditionis* admisisse videatur, memorata doctrina de iis videndum erit paucis.

C A P U T VIII.

Neque conditionem eorum, qui non plene justī, seu quoad fieri potest purgati, nec penitus vitiis obruti, sed inter hos MEDII, decesserunt, cum Metempsychosi consistere.

*Medii
quales.*

§. I. **U**T triplex fere vitæ genus in cursu vitæ mortalis obversatur: vel quod omni conatu

1. Malos a beatīs sedibus secretos.
2. Eosdem a Furiis vinculis ineluctabilibus constrictos.
3. Inevitable tribunal ubi vitæ antea actæ rationes reddendæ, quod ad tristitia supplicia, & ad gaudia remittit.
4. Inferos, ἄδην γάρταρον, τόπον ἁσεβῶν ubi homicidæ, aliique male factores puniuntur: et

quidem æternum, si pessimi.
5. Hanc de malorum apud Inferos suppliciis doctrinam talem esse quæ ἀληθῶς καὶ σαφῶς vere, & probe sic se habet, quæ verissima est, nullatenus in dubium vocanda. Et præterea utilis ad metum mali, & injustitiæ incutiendum, & ab hac mortales avertendos.

tu ad *superos* adfurgit : vel quod bruto impetu cæcos sectatur *affectus* : vel inter hæc extrema quoddam *medium*. Ita *triplex* nonnullis veteribus Animabus separatis constituta *sors* est? Erunt scilicet vel felices, *beataeque perpetuo*; vel *sine fine miserae*; vel infelices *non ad semper*, sed variis passionibus aliquando purgandæ, & tandem ad Divorum sedes remittendæ.

Medium scilicet *vitæ genus* non absolute malum, cui boni virtutumque semina remanserunt, quæ variis elicit casibus, (ut sint mala mixta bonis,) mentem *non* penitus reddit *insanabilem*; sed a maculis inhærentibus post hanc vitam, corpore crasso deposito, *purgabilem aliquando* relinquit: scilicet talis aërio vestita vehiculo, seu corpore, in inferiori aëre variis suppliciis & vexationibus exercitatur, unde tandem sordes eluuntur, & ad meliorem frugem ea reducitur: quando ad superas ascendere domos licet.

§ II. Tales mentes *medias* admisisse Doctrinam Pythagoricam ex laudato Timæo Locro clarere videtur ^{1.} is enim lib. cit. memorat δαίμαλα τε ἐπεργάνα, καὶ τὰ κατ' Ἄδιδω, et *coelestes & Infernas poenas*, seu *angores*. Εἶδε καὶ ἡς σκλαγὸς καὶ ἀπειρίας, τὴν δ' ἐπέειπεν κόλασιν ἃ τ' ἐκ τῶν νόμων, καὶ ἃ ἐκ τῶν λόγων σύντονα ἐπάγοισα δαίμαλα τε ἐπεργάνα, καὶ τὰ κατ' Ἄδιδω, &c. Si quis contra durus & prae fractus fuerit, nec sanctissimis illis praeceptis voluerit parere, eum paena consequitur, tum ex legibus, tum

Eos admisisse videri Doctrinam Pythagoricam.

ex

1. Is enim lib. cit.] De Anima Mundi.

ex illorum sermonum vocibus qui Ὁ CÆLESTES & INFERNAS paenas denunciant. Id est, quæ in Inferiori cælo, aëre, in aëreis corporibus subeuntur, donec purgata mens sursum evolet, uti explicat Marfil. Ficinus. Cum contra τὰ κατὰ Ἄδην, quæ in Inferno dantur supplicia, sint κολάσεις ἀπαράκλητοι, implacabilia. Audiamus Ficinum qui multis rem deducit in Plotin. Ennead. III. lib. IV. c. II. ANIMAS vero PURGARI memento non solum in terrenis corporibus, sed AËRIIS: quam punitionem in Theologia planius aperuimus. — Merito itaque Timaeus Locrus negat Animas humanas in bestias pertransire: negat etiam ex homine mox in hominem transmigrare: utpote qui in CORPORIBUS AËRIIS putat eas INTEREA VIVERE, atque ita ANIMI VEXATIONE PURGARI. Cruciatu vero sensibiles sive in corpore viventi fiant, sive in aquâ vel igne dicit esse confictos, ut terreantur illi, qui ad virtutem persuasionibus non ducuntur. Nempe sic affecti homines spiritalia etiam supplicia non intelligunt, scilicet MÆROREM ANIMI agnoscentis se summo bono privatum, ANGUSTIAMQUE IMAGINATIONIS comitantis tunc ipsam animi paenitentiam, quando in AËRIO CORPORE VITÆ HUIUS PECCATA LUUNTUR. - - - Oportet itaque ex Timaei sententia dicere hominis animam quae peccando in rationem perversam imaginationemque vehementiorem prolapsa est, post obitum MOX IN AËRIO CORPORE, quod nunc etiam possidet, eâdem ipsa COGITATIONIS PERVERSITATE, VEHEMENTIAQUE TORQUERI INTER INFIMOS DÆMONES SIMILIBUS ANIMAM STIMULIS SUBPUNGENTES, quousque tantae angustiae causam recognoscens fuisse aver-

aversionem ipsam ab intellectu, paulatim REVERTATUR ad ipsum: quod tunc per pauciora distraeta planius quam nunc animadvertere potest, atque ita GRADATIM IN SUBLIMIORUM DÆMONUM ORDINEM elevetur, & ad ipsas denique STELLAS una cum cælesti corpore, quod possidet ab initio, unaquæque ad illam, vel cujus ordinem a principio sortita est, vel cui reddidit vivendo se similem; ubique vero proprietatem conservat humanam. Est enim homo terrenus, est ærius, est & cælestis, est insuper solaris, & Martius: ubique autem homo est ipsa rationalis anima, corpus certo modo vivificans: in cælo quidem cæleste tantum, in aëre ærium per cæleste, in terra per utrumque terrenum.

§ III. Quibus paria Plutarchus lib. de facie in Orbe Lunæ p. 943. Πᾶσαν ψυχὴν ἄνθρωπον τε καὶ σὺν τῷ σώματι ἐπεσθῆσαι, ἡμαρμύρον ἐστὶ τὸ μετὰ τὴν γῆν καὶ σελήνης χωρίῳ πλανηθῆναι χρόνον ἕκαστον. ἀλλ' αἱ μὲν ἄδικοι καὶ ἀκόλαστοι δίχως τῶν ἀδικημάτων τίνεσι. τὰς δὲ ἐπικεικίς, ὅσον ἀφαγεῖν καὶ ἀποπνεῦσαι ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥσπερ αἰεὶς πονηρῶν, μισμῶν, ἐν τῷ παραστάτῳ τοῦ ἀέρος, ὃν λειμῶνας ἀδὲ καλῶσι, δεῖ γίνεσθαι χρόνον τινὰ τελευτμήρον. εἴτα οἷς ἐξ ἀποδημίας ἀνακομιζομένοις φυγαδικῆς εἰς πατρίδα γέγονται χάρες οἷαν οἱ τελευτμήροι μάλιστα θορύβῳ καὶ πλοῇσι συγκεκραμένη μετ' ἐλπίδος ἰδίας ἔχουσι. *Omnis anima sive prædita sive carens mente, ubi primum e corpore exiit, fati lege ad tempus vagatur EA IN REGIONE QUÆ TERRAM & LUNAM INTERJACET. Verum non idem est omnibus tempus præscriptum: IMPIÆ enim & intemperantes PÆNAS flagitiorum luunt, PIÆ certum tempus, quantum ad LUSTRANDUM, & corporis utpote malæ causæ POLLUTIONES abolendum*

*Quid hic
Plutar-
chus.*

sufficit, in Aëris purissima parte degunt, quam PRATA DITIS appellant. Deinde veluti ab exsilio in PATRIAM reductae, gaudium degustant, quale maxime percipiunt qui, sacris initiantur, trepidatione ac suavi spe permixtum.

Ex Platone quoque de mediis, a Pythagora admittis concludi posse : sed ex horum conditionem Metempsychosis respicere.

§ IV. Tandem tales *medias Animas purgabiles* statuisset Familiam Pythagoricam ex Platone concludi posse videtur : utpote qui in iis quæ *Animam & Manes* spectant Pythagoram secutus est ; sed illum præter *beatos & insanabiles*, miseras prorsus, *tertiam speciem mediam, sanabilem*, concepisse suo loco videbimus.

Verum enim vero quam parum & hæc *Mediorum* conditio cum Μέσην ψυχῶν sibi constet ipso sole lucet amplius : Ea etenim has sanabiles in *inferiori aëre*, terram inter & Lunam, *subtilioribus*, seu aëreis corporibus indutas, variis expurgandas gradibus, tandemque ad *superos* remittendas ait, sine fine *beandas*. Metempsychosis, *crassa* superindui corpora humana bruta &c. *hisc in oris* refert, *volatiliū, natatiliūve* corporibus onustas elementa pervagari jubet animas, ac tandem in humanum reducit *carcerem* sine fine *miseras*.

Ea itaque quæ de *Mentis humanæ separatae statu* effatur *Philosophia Pythagorica vel piæ, vel impiæ vel mediæ omnem eliminant Metempsychosin. Q. E. D.*

C A P U T I X.

*Hæc ulterius ex consideratione AUREORUM
VERBORUM confirmari.*

§ I. QUod autem præcedenti Cap. vi. assertionis *Aurea* nostræ jecimus fundamentum : ita vide-
licet dictare *Aurea Verba*, ergoque *sic tenere Phi-*
losophiam Pythagoricam ; ut inconcussum penitus *genuinum*
nemo non animadvertat atque omnis absit exceptio-
ni locus & dubio, attendi velim : Hæc ΧΡΥΣΑ *sapientia*
ΕΠΗ, nullo non fatente, *Pytha-*
næ *gorica* *κειμήλιον*. Hinc Pythagoram τῶν
χρυσῶν ἐπῶν παλῆρα dicere non dubitat Proclus in Ti-
mæum lib. III. Et Clemens Alexandrinus Pædag.
lib. I. c. X. versum XLIV. horum dictorum citans.

Δεῖλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσει &c.

Id præceptum esse Pythagoræ ait : καὶ μοι δοκεῖ
συνεῖς τῷ ὁ Σάμιος παραγγέλλει Πυθαγόρας Δεῖλὰ μὲν
ἐκπρήξας &c. *Atque ut equidem opinor intelligens*
boc Samius ille PYTHAGORAS monet, Malis admis-
sis turbare, vel doleas.

Et ita passim apud Recentiores in hæc *aurea*
Verba commentatores legas *ita dixisse, id voluisse*
&c. *Pythagoram* : ut Theodorum Marcilium,
Stephanum Nigrum, Michaëlem Neandrum, a-
lios.

K 2

§ II.

LIB. I.
CAP.
IX.

Imo dog-
matum
Pythago-
ricorum
compen-
dium.

76 DE PALINGENESIA VETERUM,

§ II. Neque tantum genuinum Pythagoricæ sapientię fetum hæc *Verba* agnoscunt Viri magni; sed & ^{1.} *omnium dogmatum* Samii. Sapientis summam, atque *compendium* renunciant. Ita Hieronymus Epist. adv. Ruffinum: *Cujus enim sunt illa χρυσὰ παρ' ἀγγέλματα nomine Pythagoræ?* IN QUIBUS OMNIA EJUS BREVITER DOGMATA CONTINENTUR; & quæ latissimo opere Philosophus commentatus est Jamblichus imitatus ex parte Moderatum virum eloquentissimum, & Archippum & Lysidem Pythagoræ auditores &c. Et Hierocles comment. in ea p. 317, 318: Ἐπὶ τῷ ὁδὸν ἄλλο τὰ ἔπη ταῦτα, ἢ τελειότατ' ἡ χαρακτὴρ φιλοσοφίας καὶ τῶν κεφαλαιωδῶν αὐτῆς δογμάτων ἐπιτομή, καὶ ὑπὸ τὸν θεῖον νόμον ἀναβεβηκότων ὑπογραφείσα τοῖς μετ' αὐτὰς παιδαγωγικῇ τοιχείῳσι, ἀδὲ καὶ τῷ ὄντι ἑπὶ τῆς ἀνθρωπίνης εὐγενείας εἶναι γνῶρισμα κάλλιστον, καὶ ἔχ' ἐνός τινος τῶν Πυθαγορείων ἀπομνημόνευμα, ὅλα δὲ τὰ ἑξῆς συλλογὰ, καὶ ὡς αὖ αὐτοὶ εἶποιεν τῷ ὁμαχοῦσι πάντος ἀπόφθεγμα κοινόν. *Sunt enim nihil aliud VER-
SUS ISTI quam philosophiæ IMAGO ABSOLUTISSIMA, summorumque in ea dogmatum COMPENDIUM, atque elementaris institutio, posteris relictæ ab iis, qui legem divinam secuti, in cælum sublati sunt: quas certe humanæ etiam ingenuitatis documentum optimum revera queas nominare; nec putare Pythagorici cujusdam commentationem existere; sed TOTIUS SACRI CONVENTUS, atque ut ipsi dixerint ὁμαχοῦσι, id est simul*

1. *Omnium dogmatum Samii Sapientis*] &c. Quæ Scilicet statum hominis præsentem & futurum spectant: in quo unice fere occupata est philosophia Pythagorica; quæ hominem in hac vita Numini ^{ἡμεῖς} reddere, post fata ^{σύνεικον} omni ope adnuitur.

simul audientis cætus UNIVERSI, PRÆCLARAM SENTENTIAM.

Unde & idem Hierocles suam *Aureorum Carminum* explicationem Pythagoricorum dogmatum *Synopsis* continere ait ibid p. 317. Τοιαύτη τῶν χερσῶν ἐπὶ τῇ ἐξηγήσει ἡμῶν γέγονε, περιέχουσα ἐν αὐτῇ Πυθαγορείων δογμάτων μετέωρον σύνολον. *Atque hæc quidem est Aureorum carminum nostra EXPLANATIO, PYTHAGORICORUM IN SE DOGMATUM COMPENDIUM MEDIOCRE CONTINENS.*

§. III. Num autem & *scripturâ* tenuis *Aureorum* dictorum Auctor fit Pythagoras haud ita certum. Nihil enim Philosophum literis consignasse contendunt plurimi. Ita referunt 2. Porphyrius, 3. Lucianus, 4. Plutarchus, 5. Josephus, alii: ut hinc Gentilibus cur non ipse scripserit sua Ser-

K 3

vator

2. Porphyrius] De vitâ Pythag. *licet, nec verbum bene agere, ab ini-* Num. LVII. ἔτι γὰρ τῷ Πυθαγόρῃ τιο, literis suis præmisit, sed ab ὀγμίσ- σύγγραμμα ἔν. Neque enim ultum Py- νειον, quod est valere, exordiri jubebat. *thagoræ scriptum extabat.*

3. Lucianus.] Pro lapsu inter sa- lutandum. tom. III. p. 198. ὁ μὲν p. m. 328. Καὶ τοιγὰρ εἰδὲ Πυθαγόρας γε θεοπίσιος Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐ- ἔγραψεν εἰδὲν, εἰδὲ Σωκράτους, εἰδὲ Ἀρκε- ῖας ἡμῖν ἴδιον καὶ ἀλιπτὴν τῶν αὐτῷ ἡξίωσεν σίλας, εἰδὲ Καρνεάδης οἱ δομιμάταιοι τῶν ὄσων Οἰκέλλω τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύλῳ φιλοσόφῳ. *At neque Pythagoras QUIC-* καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ, τεκμαί- QUAM SCRIPSIT, neque Socrates, ne- ρεσθαι, ἔτε τὸ εὖ πρῶτῃ περὶ γραφῆς, que Arcefilans, neque Carneades, no- ἄλλ' ἀπὸ τῷ ὀβριανῷ ἀρχεσθαι ἐκέλευεν. *bilissimi philosophi.*

Divinus quidem Pythagoras ille tametsi NIHIL PROPRIUM SUORUM I. & contra Apionem lib. I. Clau- SCRIPTORUM NOBIS RELINQUERE dianus Mamertus de statu Animæ post se voluerit, quantum tamen ex lib. II. c. III. Rufinus in Hiero- Ocello Lucano, & Archyta, & ceteris nymum &c.

ipsis ipsius discipulis conjecturam facere

vator noster quærentibus reponat 6. Augustinus, *cur de nobilissimis Philosophis suis v. c. Pythagora eacrediderint illi, quæ de illis eorum discipuli scripta memoriae reliquerunt; licet de se ipsi nihil scripsissent?* Lib. I. de consens. Euang. c. VII.

Et rationem cur nihil literis tradere consueverant Veteres & inter hos Pythagoræos aperturus alibi Plutarchus, (postquam tradiderat Numam mandasse libros sacros, quos conscripserat una cum cadavere suo, humari:) ait ὡς ἔ καλῶς ἐ ἀφύχοις γραμμασι φορεῖσθαι τῶν ἀπορρήτων. ὃ λογισμῷ φασὶ μηδὲ τὰς Πυθαγορικὰς εἰς γραφὴν κατατίτεσθαι τὰ συντάγματα, μήμην δὲ ἔ παιδεύειν αὐτῶν ἀγραφον ἐμποιεῖν τοῖς ἀξίοις. *Censens non tuto ARCANAE MORTUIS COMMITTI LITERIS. Eadem ductos ratione nec PYTHAGORÆOS memorant praecepta sua SCRIPTO MANDARE, sed memoriam & disciplinam earum instillare dignis vivam*, in Numa op. tom. I. p. 74.

Verum enim vero aliter se rem habere et literis quoque mandasse sua Pythagoram certo certius alii rati sunt. 7. Jamblichus *in confesso esse* ait nonnulla

SCRIP-

6. Augustinus] cum quærent quare non tantum de se sed nec de ILLA re ipse (Christus) non scripserit, videntur aliquid SCRIPSISSE perhibetur.

7. Jamblichus.] Εἰ τοῖνοι ὁμολογεῖται τὰ μὲν Πυθαγόρειά εἶναι τῶν συγγραμμάτων τῶν τῶν νυνὶ φερομένων, τὰ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως αὐτῶ συγγεγραῖσθαι (καὶ διὰ τῶτο εἰδὲ ἑαυτῶν ἐπιφύμιζον αὐτὰ, ἀλλὰ εἰς Πυθαγόρειαν ἀνέφερον αὐτὰ, ὡς ἐκείνη ὄντα). Φανερὸν ἐκ πάντων τούτων, ὅτι πάσης σοφίας ἐμπειροὺς ἦν ἀποχρώντως. Cum igitur IN CONFESSO SIT, QUÆDAM INTER EA SCRIPTA, QUÆ NUNC CIRCUMFERUN-

SCRIPTA ex iis, quæ sub PYTHAGORÆ NOMINE circumferebantur, ipsius PYTHAGORÆ esse, quædam vero ex ipsius ore excepta, atque adeo a discipulis consignata. De Vita Pythag. Num. CLVIII. 8. Diogenes Laërtius eos qui tradunt philosophum nostrum nihil scripsisse ait διαπαίξειν nugari: atque initia quædam opusculorum Pythagoræ profert. Lib.

FERUNT PYTHAGORÆ ESSE; quædam autem ex ejus ore excepta fuisse, quibus & hinc nullius nomen præscribitur, quæque propterea ad Pythagoram velut auctorem referuntur; manifestum est quod omni sapientia satis instructus fuerit.

8. Diogenes Laërtius.] Εἰς τοὺς μὲν δὲ Πυθαγόραν μὴ δὲ καὶ Ἀλκιπλὸν συγγραμματα φασί, διαπαίξοντες. Ἡράκλειτος γὰρ ὁ φυσικὸς μονογενεὶ κέραιε, καὶ φησὶ, Πυθαγόρης Μησαρχὴν ἰσορίην ἡσκήσει ἀνδρῶν μάστιγα πάντων. Καὶ ἐκλεξάμενος τὰντας τὰς συγγραφάς, ποιήσαςτο ἰαυτῷ σοφίην, πολυμυδίην κακοτεχνίην. Ἄτω δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ περὶ ἡναρχόμενος ὁ Πυθαγόρας τῷ φυσικῷ συγγραμματος, λέγει ὡδὲ, Οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, ἢ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω, ἢ καλοῖσθα ψόγοι περὶ τῷ λόγῳ τῷδε. Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγραμματα γὰρ, παιδευτικὸν, πολιτικὸν, φυσικόν. - - - Φησὶ δὲ Ἡράκλειδος ὁ τῷ Σαραπίανος ἐν τῇ Σωλίου ἐπιστολῇ, γυνγραφέναι αὐτὸν καὶ περὶ τῷ ὅλῳ ἐν ἑσπερί. δεύτερον τὸν ἑσπερὸν λόγον, ὃ ἡ ἀρχὴ.

Ὡς οὖν ἀλλὰ σέβουσι μετ' ἡσυχίας τὰ δὲ πάντα, τρίτον, περὶ ψυχῆς. &c. Plerique Pythagoram (ex versione Ambrosii) nihil scripsisse tradunt; sed id STOLIDE PUTANT. Nam Heraclitus philosophus apertissime de illo loquitur: Py-

thagoras Mnesarchi filius se historia rerum exercuit supra omnes homines, seligensque hac scripta sue sapientia, multaque peritia, & artis documentum dedit. Sic autem locutus est, quod cum de natura Pythagoras scribere adorsus esset, ita in principio dixerit, Non per aërem quem spiro, non per aquam quam bibo, non admittam hujus sermonis vituperationem.

SCRIPSIT AUTEM PYTHAGORAS TRIA VOLUMINA DE INSTITUTIONE, DE CIVILITATE, DE NATURA. - - - Refert Heraclides Serapionis filius in Sotio nis epitome SCRIPSISSE & illum versibus de TOTO. Secundum item SACRUM SERMONEM cujus est initium.

O juvenes tacita colite hac pia sacra quiete. Tertium de ANIMA &c.

Quæ ad hunc locum excipiat Dodwellus vid. de ætate Pythagoræ Philosophi p. 118. Atque hos tres Pythagoræ libros Dionem Syracusanum Platoni centum minis a Philolao, rerum augustus laborante, emisit ajunt vid. jamblichum de vit. Pythag. Num. cxcix. Tzetzen Chiliad. x. Histor. cccclv. Laërt. in Philolao &c. Quo nomine & Plato Timoni vapulat apud A. Gellium Noct. Attic. lib. III. c. xvii.

Lib. viii. p. m. 215. 9. Lysis Pythagoræus Pytharæ commentarios apud filiam Damo depositos nulli extra familiam Pythagoricam tradendos memorat apud Laërt. ibid. p. 224. 10. Plinius illum librum de *Herbarum* viribus composuisse tradit Hist. Nat. lib. xxv. c. ii. Et de *Herbis Magicis* lib. xxiv. c. xvii. Ni idem volumen intelligendum sit.

Sed

9. Lysis Pythagoræus.] Ἡ δὲ ἀνὴρ καὶ θυγάτηρ Δαμό, ὥς φησι Λύσις ἐν ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Ἰππασίον, περὶ Πυθαγόρου λέγων ἕως; Λέγουσι δὲ πολλοὶ τοὶ καὶ δαμασία φιλοσοφεῖν. ὅπερ ἀπαξίων Πυθαγόρας, ὅς γε τὰ Δαμοῖ ἐαυτῷ θυγατρὶ παρακαταθέμενος τὰ ὑπομνήματα, ἐκέλευσε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τῆς οἰκίας παραδιδόμεν. ἃ δὲ δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδίδονται τὰς λόγους, ἐκ ἐβελήθη. Erat ei quoque filia Damo, quemadmodum ait Lysis in epistola ad Hippasum, de Pythagora ita scribens; Multi te publice quoque philosophari ajunt: quod Pythagoras vetuit; qui cum apud filiam Damo sua COMMENTARIA deposuisset, nemini extra domum (familiam) tradere jussit. Illa autem cum LIBROS grandi posset vendere pecunia, nunquam voluit.

10. Plinius.] Ab eo PYTHAGORAS clarus sapientia primus VOLUMEN de earum (Herbarum) effectū composuit Apollini Æsculapioque, & in totum Diis immortalibus inventionē, & origine assignata. Et lib. xxiv. C. xvii. librum de herbis magicis & quondam quoque alii esse adscriptum; sed perperam ait Plinius: cum pertinax fama, & Antiquitas Pythagoræ vindicent. In premissis (verba sunt) herbarum mirabilium occurrit aliqua dicere & de Magicis. Qua enim mirabiliores sunt? Primi eas

in nostro orbe celebravere PYTHAGORAS & Democritus consecrati Magos. Coriacesca & Callicia PYTHAGORAS aquam glaciari TRADIT, quarum mentionem apud alios non reperio, nec apud EUM alia de his. Idem Menaidem APPELLAT, & nomine alio Corinthadem, cujus decocto in aqua succo protinus sanari ictus serpentium, si foveantur DICIT. - - - Ab eodem PYTHAGORA Aproxis APPELLATUR herba, cujus radix e longinquo concipiat ignes &c. IDEM TRADIT si qui morbi humani corpori acciderint florenti Aproxī, quamvis sanatos, admonitionem eorum sentire quoties florere eam contigeris &c.

NEC ME FALLIT HOC VOLUMEN EJUS A QUIBUSDAM CLEËMPORO MEDICO ADSCRIBI. PYTHAGORÆ PERTINAX FAMA, ANTIQUITASQUE VINDICANT.

Imo & de scillis librum composuisse idem tradit Plinius Hist. Nat. lib. xix. c. v. Unum de iis (scillis) VOLUMEN CONDIDIT Pythagoras Philosophus, colligens medicus vires.

Atque & Pythagoram Aureorum verborum scriptorem esse veterum nonnullos voluisse ex Suida videre est: sic ille. Συνέγραψε δὲ ὁ Πυθαγόρας μόνον τρία βιβλία - - - τινὲς δὲ ἀντιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. CONSCRIPSIT autem Pythagoras tantum TRES libros - - - nonnulli vero ipsi & assignant AUREA VERBA.

Sed eodem recidit an Pythagoras & *scriptione*
 tenuis *χρυσῶν ἐπῶν* habeatur auctor, an solum dog-
 matum, seu *rerum contentarum*; ut scriptura a
 Pythagoræ sit procurata: cum philosophi nostri
doctrinam ea exhibere constet. Theodorus Mar-
 cilius in proæm. ad comment in Aurea dicta: *De*
carminis autem hujusce AUCTORE summam dici
potest, SENTENTIAS quidem ipsas, & DECRETA esse
 PYTHAGORÆ, *VERSIBUS autem ea conscripta & in*
lucem edita fuisse a PYTHAGORÆIS.

§ IV. Neque parvi facta hæcce carmina; sed
 contra ut *perfectissimum* ad purgandum animum,
 id est ad mores rectæ rationi conformandos *Syste-*
ma, & quosvis animi morbos extirpandos medi-
 cinam æstimata esse & usui adhibita testatum facit
 lex & consuetudo eadem *bis de die* recitandi, &
 audiendi: mane scilicet atque vesperi; ut ad de-
 centem vitam componerentur sapientiæ studiosi.
 Ita prodit laudatus Hiërocles comment. in Aur.
 Carm. p. 318. Διὸ καὶ νόμος ἦν ἑωρῆν τε ἀνταμύξας
 αὐλῆς ἀκροᾶσθαι τῶν ἐπῶν, ὥσπερ ἰνῶν Πυθαγορείων
 θεσμῶν, ἐνός ἱνὸς ὑπαναγινώσκοντος. καὶ πρὸς ἑσπέραν εἰς
 ὕπνον μέλλουσας πρέπεισθαι ὅπως ἀντὶ τῆς συνεχείας τῆς μελέ-
 ης τῶν τοιούτων λόγων, ζώοντα ἐν αὐλοῖς ἀποφῆνῃσι τὰ δόγ-
 ματα. Quo factum est, ut mane versus istos tan-
 quam oracula Pythagorica, recitante aliquo audire,
 idemque vesperi, cum se ad somnum converterent,
 facere lex esset; ut assidua ejusmodi sermonum me-
 ditatione, qualia in eis viverent dogmata appa-
 reret.

Quod & suo, qui corporis cachexiæ levandæ
 dexterrimus, exemplo Galenus firmatum dedit:
 L qui

Aurea
 verba ca-
 ra habi-
 ta, &
 ad finem
 Pythago-
 ricum ob-
 tinendum
 continuo
 usurpata.

qui in eum finem eadem *bis* de die *perlegere*, dein & verbotenus *recitare* consueverat. Εγὼ (ait lib. de cognitione & curatione moborum animi.) δὴ ποτε καὶ ταύτας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρας παρανήσεις εἴηισα δις τῆς ἡμέρας ἀναγνώσκων μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ τρίτου ὕστερον. Ego sane illa quæ feruntur Pythagoræ præcepta, consuevi bis de die perlegere, deinde vero etiam verbotenus recitare.

Ex dictis
novum
furgere
argumen-
tum.

§ V. Atque ex eâ *Aureorum verborum* confidence ratione novum nobis argumentum prodit, quo *Metempsychosin* philosophiæ Pythagoricæ peregrinam adferere licet: Si enim Doctrinæ Pythagoricæ *summam*, atque omnium Dogmatum Pythagoricorum compendium contineant *Aurea verba*, uti visum supra est, etiam certe *Animæ post mortem de uno in aliud corpus Transmigrationem* complecti illa oportuisset, si hanc tenuisset Pythagoras: cum nequitiam sit verosimile, imo tantum non impossibile in Systemate celebrium institutorum viri cuiuspiam præclari dogma omnium *celeberrimum*, ip-sique maxime particulare, & sectæ *testeram* fere univ-
nicam transmissum iri.

Cum itaque de isthac opinione fileant *Aurea verba*, Doctrinæ Pythagoricæ eam *peregrinam* concludere decet.

Marcilii
in Aureis
Metem-
psychosin
quærentis
commen-
tatio.

§ VI. Huc fateor a Theod. Marcilio trahuntur Dictorum nostrorum vers. 57, 58, &c.

Τόμη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φέρας. οἱ δὲ κυλίνδροις
Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πῆματ' ἔχοντες
Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς εἰς βλάβησιν λείπει
Σύμφυτος. ἢ ἂν δὲ προσάγειν, εἰκόντα δὲ φεύγει.

Sor-

*Sortem hujusmodi mortalium mentes vexare :
Qui infinita damna patientes cylindris agantur ad
alia atque alia
Exitiosam enim contentionem comitem
Congenitam illis esse, quæ non animadversa dam-
num inferat; quam minime decet provocare,
sed cedentes fugere.*

Vel ut Curterius filo ligato

*Sic miseris fors mentem agitat, variisque Cylin-
driis
Huc illuc rotat, immensis versatque periclis.
Hoc comes improvisa ciet contentio damnum
Insita : cui certare nefas, sed cedere pulcrum.*

Ad quæ inter alia ita commentatur Marcilius :
Οἱ δὲ κυλίνδρους — Sed omnino volutationes po-
tius intelligendæ ANIMORUM IN ALIA ATQUE ALIA
CORPORA MIGRATIONES, quousque ab omni contagi-
one corporis expiatae sint. — κυλίνδρους itaque
intelligit, quem κύκλον ἀνάγκης vocatum a Pythago-
ra inquit Laërtius. Virgilius Temporis Orbem lib. VI.
Æneid. Item Rotam.

— Ubi mille rotam volvere per annos. &c.

Porro ἄλλοι ἐπ' ἄλλα. In aliud atque aliud cor-
pus. Sic Laërtius, περὶ δὲ τὴν Πυθαγόραν
φῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις
ἐνδεύουσαι ζώοις. Primum ferunt Pythagoram fuisse
L 2 qui

qui diceret animum obire necessitatis orbem, & in alia atque alia corpora migrare.

Sed quam late a scopo aberret hæc commentatio frequentia docebunt.

Sed erronea.

§ VII. Loquitur Textus de volutationibus, non quæ *post hanc vitam*, sed *in hac vitâ* tolerantur: De *Morte* enim fati lege subeundâ in antecedentibus jam egerat Pythagoras vers. nempe xv.

Ἀλλὰ γινώσκει μὲν ὡς θανάτῳ πέπεσθαι ἅπαντες.

Sed mortem fato subituros noveris omnes.

Et Statum *post mortem* ultimi versus expediunt:

Ἡ' δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθης,
Ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἀμβροτός, ἔκ' ἔτι θνήσκῃ.

*Sic ubi deposito jam corpore, libera cæli
Templa penetraris, Deus immortalis, & omni
Spretus ab illuvie terrarum, eris integer ævi.*

Sed hi neutiquam *volutationes de corpore in corpus* crassum redolent.

Dein *jactationes* istæ (κύλινδροι) oriuntur ex *exitiosa contentione* comite, quæ *congenita est*, quam homo *provocare*, & *adaugere*, vel *cedendo fugere* & *evitare potest*, vers. LIX, & LX. scilicet irrationalium affectuum partis animæ irrationalis, quam interpretatur Hiërocles δύναμιν κατὰγωγόν, *deorsum agentem potestatem* p. 265. cujus liberatio est τῆς ἀπειρίας τῶν παθῶν τομὴ *infininitatis perturbatio-*
num

num amputatio. Quamque illa *discordia exitiosa* distrahat, varieque jactet graphice dabit ^{11.} Maximus Tyrius differt. xxv. Sed hæc congenita discordia exitiosa a recto tramite transversum agens *vitam præsentem* clamat.

Porro ab hisce malis, jactationibus & volutationibus homo mentem liberare potest medicinâ adhibitâ vers. LXVI. Εξαλέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶν δὲ καλῶν. Remedioque adhibito animum laboribus istis liberabis. Atqui hæc medicina superius tradita solum *purgationem* mentis in hac vitâ spectat. Neque etiam a *fatalibus post hanc vitam*, cum venerint, mortalium quisquam se liberare potest.

Tandem talia sunt mala, quibus ope & auxilio *Dæmonis* eximi possunt : ut sequens indicat oratio

L 3

Zēu

^{11.} Maximus Tyrius differt. xxv.] At equi diversum appetunt cursum Verum hic unus, de quo nunc ago, temereque huc atque illuc rapiunt currum, Hic ad petulantiam, ingluviem, ac contumeliam; ille ad temeritatem, atque ferociam. Alius vero tarditatem, molliem, servitutem, fatalitatem, atque humilitatem sectatur. Cujusmodi seditionibus distractus currus aurigam conturbat. Et si equorum unus impotens vis cæteros vincat, fertur currus pro libidine victoris. Quo fit ut victrice interdum petulantia, una currus & auriga ad contumelias, convitia, impuritates, atque alias nefarias, minimeque sinceras voluptates: interdum vero dominante iracundia in multas variasque calamitates aterque feratur in præcept.

equorum temeritatem contumelia.

Ζεῦ πάτερ ἢ πολλῶν τε κακῶν λύσεως ἅπαντας
Ἡ' πᾶσιν δείξαις οἷο τῷ δαίμονι χρῶνται.

*Jupiter parens aut tantis malis omnes libera.
Aut omnibus ostende, quo DÆMONE utantur.*

Hiërocles p. 277. 278. Εἰς ὑποθέσεως ἐν πρόβειον
ὁ λόγος, ὅτι εἰ πάντες ἴδμεν οἷα εἰσιν, καὶ οἷο τῷ δαίμονι
χρῶνται, πάντες ἀπολύθειν ἀν τῶν κακῶν. *Ex supposi-
tione ergo progreditur oratio fore judicans ut ma-
lis omnes liberentur, si norint quo Dæmone utan-
tur.* Atqui id auxilium quod a Dæmone fertur
homini, quo ab *erroribus*, hisque *malis* liberatur,
hac in vita præstatur. Egregie Maximus Tyrius
Differt xxvii. *At tunc quidem (Dæmon) post-
quam ex terra in aërem, quasi ex civitate seditio-
nibus pressa in aliam regiam ac pacificam deposito
scilicet corpore translatus est, priorem vitam misera-
tus, ob præsentem sibi placet, misericordiaque er-
ga COGNATOS ANIMOS, qui adhuc continentur in
TERRA commovetur. Avert præterea eos ex insitâ
clementiâ PROPRIUM REDUCERE IN GREGEM: quin
ἔ' ERRANTIBUS SUCCURRIT. PRÆCEPTUM enim ac-
cepit a Deo ut TERRAM REVISAT misceaturque u-
niversæ mortalium naturae, fortunae, menti, at-
que arti, BONOS ADJUVANS, oppressos sublevans,
CONTUMELIOSIS judicium statuens ἔ' PÆNAM.*

*Solida
Hiëroclis.*

§ VIII. Rectissime ergo atque nervose hosce Cy-
lindros de variis *Affectuum* turbidarum in vita
terrestri *procellis* huc illuc *rapientibus* interpreta-
tur Hiërocles ita habet p. 261, 263. *Utrique
autem*

*autem tanquam bonorum studio nequaquam excita-
ti, INNUMERA DAMNA PATIUNTUR; facinoribus de-
orsum rapientibus, TANQUAM CYLINDRIS AD ALIA
ATQUE ALIA delati; nec habentes, in quo se ipsis
utantur, qui in omni fortuna se gerant INTEMPE-
RANTER: nunc quidem propter opes CONTUMELIOSI;
nunc vero penuria rerum IMPROBI, & ad LATROCI-
NIA corporis viribus, ad BLASPHEMIAS autem earun-
dem imbecillitate, atque morbis conversi; LIBERO-
RUM praeterea ORBITATEM moleste ferentes, eorum
autem NUMERUM, si copiosus sit, bellorum praetex-
tum atque sordium facientes. Denique ut semel
dicam, nihil est in vita, quod amentibus in damnum
non cedat, qui SPONTANAE malitiae angustiiis pre-
mantur undique, neque ad lucem divinam IN-
TENDANT OCULOS, neque ea AUDIRE velint quae
vere bona sunt; sed ita in MORTALES AFFECTIONES
ruant, ut in VITA tanquam PROCELLA rapiantur.
At istorum una liberatio est reversio ad Deum:
&c.*

Atque sic & ^{12.} Stephanus Niger ad *praesentem
vitam* recte rem refert; quanquam paulo aliter,
scilicet de *humanarum rerum volubilitate* & *incon-
stan-*

12. Stephanus Niger.] Οἱ δὲ κυλιν-
δροῖς ἄλλοι ἐν ἄλλῃ φέρονται ἀπείρονα
πύλας ἔχοντες. Id est nonnulli Cylin-
dri similes modo buc modo illuc ferun-
tur, maximos atque infinitos habentes
dolores. Dii nos quasi PILAS homines
habent inquit Plautus; quod nos in
sublime nunc jacent, nunc ex altissi-
mo dignitatis gradu ad infimum pra-
cipites dent, nec in una sede diutius
consistere permittant, sed aut PILA-
RUM aut ut inquit Pythagoras CY-
LINDRORUM more modo in hanc, mo-
do in illam partem & projiciant &
trahant: ut saepenumero honestissimos
ad summum fastigium sublato vide-
amus &c.

LIB. I. 88 DE PALINGENESIA VETERUM,
CAP.
IX. *stantia* explicet, & fere ad proverbium *Homo pila*
Deorum respici existimet. Scilicet

Ludit in humanis Divina potentia rebus .
Et certam praesens vix habet hora fidem.

Conclu-
sio.

§ IX. Cum itaque *Aurea Verba* genuina sapien-
tiae Pythagoricae *proles*, imo & omnium dogma-
tum *compendium* absolutissimum, ad finem inde
Pythagoricum, Animi scilicet purgationem, Nu-
minique assimilationem obtinendum adhibitum as-
sidue, *Animarum de corpore in corpus Transmigra-*
tionem ignorent penitus; sed contra ea quæ hanc
subvertant immediate doceant aperte, crassam Me-
tempsychosin a Philosophia Pythagorica esse *alie-*
nam tam patet quam quod maxime.

C A P U T X.

Quam de hominum MORTE tradit ideam
Doctrina Pythagorica omnem cras-
sam METEMPSYCHOSIN aspernari.

Sensen-
tiam Py-
thagori-
cam de
Morte
Transa-
nimatio-
nem ab-
nuere.

§ I. Sed & quod de *Morte* philosophatur Pytha-
goræ *Auditorium* non hic auditam crassam
Transmigrationem asseverat Mors, (quod negat
Epicurus.) huic optandum quoddam *bonum*
est, emendationis medium, quo mediante me-
lior evadit homo, seu in conditionem potio-
rem

rem transit : imo alterius *vita melioris* initium.

Scilicet tribus ajunt modis & mediis Pythagoræ in *melio-rem* transire conditionem hominem colloquio nempe cum *Diis*, *Benefaciendo*, *Morte*.

Ita Anonymus de vitâ Pythagoræ apud Photium Cod. cclix. Num. V. Ε'λεγον δὲ τὸν ἀνθρώπον αὐτὸν ἐαυτῷ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι. πρῶτον μὲν ὁμιλία τῇ πρὸς τὰς θεάς. ἀνάγκη γὰρ, προσόντα αὐτοῖς καὶ ἐκεῖνο καιρῷ, χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δυνάμειν ὁμοιῶντα αὐτὸν τῷ θεῷ. δεύτερον, ἐν τῷ εὐποιεῖν. θεῷ γὰρ τῷτο, καὶ θεῶν μιμήσεως. τρίτον ἐν τῷ ἀποθνήσκειν. εἰ γὰρ κατὰ ποσὸν ἢ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον, χωριζομένη βελτίων γίνεσθαι αὐτῆς. ἐν τε τοῖς ὑπνοῖς κατὰ τὰς ὁνείρας, καὶ ἐν ταῖς ἐκτάσεσι τῶν νόσων μαντικὴ γίνεται. πολλῷ μᾶλλον βελτίζεται, ὅταν τέλεον χωριθῇ ἀπὸ τοῦ σώματος. TRIBUS modis hominem SE IPSO MELIOREM evadere affirmabant. (Pythagoræi) Primo quidem COLLOQUIO Deorum. Necesse enim est accedentem ad eos illo tempore ab omni se maleficio abstinere, assimilantem sese Deo pro viribus. Secundo BENEFACIENDO : Hoc enim Dei proprium est, & in eo Deum imitatur. Tertio denique MORIENDO. Si enim Animus dum hæc vita vivitur, PAULUM A CORPORE SEPARATUS, se ipso MELIOR evadit : et in somnis per insomnia, & ecstasibus morborum divinare incipit : multo sane fit PRÆSTANTIOR, UBI PENITUS A CORPORE SEJUNGITUR.

Hic animadvertere licet

I. Per mortem secundum Pythagoræos mentem in statum transire quæ ab omni corpore crasso penitus soluta sit, licque divinæ naturæ propior reddita;

M

sed

fed *Metempsychosis* aliis identidem illigat corporibus.

II. Quod mens moriente homine in MELIOREM TRANSMIGRET CONDITIONEM ; si vero deposito uno corpore fatali necessitate aliud iterum subire animæ incumbit , ut jubet *Metempsychosis* , status augustior longe abest : cum itidem vinculis corporeis vagetur onusta. Contra vero in *deteriora* labi facile est : cum forte ex corpore *Viri* in id quod *mulieris* est, *Brutivæ* cujuscumque , & ex hoc in hujusce speciei *pestimum* revolutura sit.

*Mors sc.
Mentis in
libertatem
pristinam
assertio.*

§ II. *Mors* videlicet, quæ animæ a corpore separatio est, Pythagoræis Partis Divinæ manumissio, his non male audit. Quamdiu enim corpori alligata mens est, ea, hisce auctoribus carceri inclusa, vim patitur ab affectionibus corporeis, quæ incompositæ hanc contemplationi rerum Divinarum, virtutumque praxi ineptam, & ab iis averfam reddunt, atque ad vitia retrahunt, adeoque mentis vitam obruere omni opera adnituntur : hisce *compedibus*, & *hostilibus impressionibus mors* demum plene mentem eruit, et libertati reddit pristinæ ; quam ardentè sitit sapientia Pythagorica. Hinc omnis Philosophiæ scopus Mentem a corpore abstrahere & ex vinculis corporeis in libertatem asserere. Porphyrius de vita Pythag. Num. XLVI. Φιλοσοφίαν δ' ἐφιλοσόφησεν, ἥς ὁ σκοπὸς, ρύσασθαι, καὶ διελυγεῖν τῶν τοιούτων ἀργμάτων τε καὶ συνδέσμων τὸν κατακεχωρισμὸν ἡμῖν νῦν. ὃ χωρὶς ὕγιες ἔδειν ἂν τις ἔδ' ἀληθὲς τὸ παρῆπαν ἐκμάτοι, ἔδ' ἂν κατίδοι δι' ἡττινοσῶν ἐνεργῶν αἰσθήσεως. Νῦν γὰρ, κατ' αὐτὸν, πάντ' ὅσα καὶ πάντ' ἀκρίβει. τὰ δὲ ἄλλα χαλὰ καὶ τυφλά. *Philosophiam autem pro-*

profitebatur, *cujus scopus erat insitam nobis mentem ex hujusmodi impedimentis, vinculisque erueret, atque in libertatem vindicare: sine qua nullus omnino sanum aliquid verumque, cujuscunque tandem sensus ope atque beneficio, discere atque percipere potest. Nam mens ex ipsius sententia, cuncta cernit, cuncta audit: surda autem & cæca cetera.* Vide & Jamblichum de Vita Pythagoræ Num. CCXXVIII. qui latius rem extendit, addens Δεύτερον δὲ τὸ ὑπερσπαράξαι διακαταρτέναι λοιπὸν αὐτῷ καὶ ποικίλως ἐπιτηδευόντι διὰ τῶν μαθηματικῶν ὀργισμάτων, τὸ τηλικαύδε τῶν ὀησιφόρων τι καὶ θείῳ ἐκτιθέσθαι καὶ μεταδιδόναι, ὥς μήτε τῶν σωμάτων ἀφιστάρμενον ἀποδείλαι, μήτε πρὸς τὰ ἀσάματα προσαγόμενον ὑπὸ τῆς λαμπροτάτης αὐτῶν μαρμαρυγῆς ἀποτρέφεσθαι τὰ ὅμματα, μήτε προσηλέντων τῷ σώματι τὴν ψυχὴν παθημάτων, καὶ προσπεριόντων ἐπιτρέφεσθαι &c. *Secundis autem curis id agendum censebant ut mens illa sacris disciplinarum studiis deinceps expurgetur, meliorque reddatur, atque sic demum eidem utilia & divina infundantur, communicenturque: ne vel a corpore recedere timeat, vel ad incorporea accedens, præ splendore illorum fulgentissimo oculos avertat, aut ad passiones, sive affectus, qui animam corpori, veluti quibusdam clavis, fibulisque affixam tenent convertatur &c.*

Inde Philosophiam volebat Pythagoras esse *mortis meditationem* θανάτου μελέτην: tum videlicet *malarum affectionum* ex corpore irruentium; tum, quæ eas debellat penitus, animæ a corpore *separationis plenariæ*. Vide Jamblich. in Symbol. Ἀποδημιῶν τῆς οὐκίας μὴ ὑπὸ τρέφει, *cum domo discesseris, ne revertaris.*

*Animus
Scilicet
per mor-
tem in
potesta-
tem res
pure, &
perfecte
cognos-
cendi
transit.*

§ III. Scilicet Animus e corpore liberatus res
quascunque *pure* cognoscit, & *perfecte*, quod
quamdiu corpori obnoxia est ipsi denegatur. Plu-
tarchus de consolatione ad Apollon. ex principiis
Pythagoricis & Platoniciis. Op. tom. II. p. 108.
Τὸ δ' ἑσχαλέον πάντων ὅτι ἐάν τις ἡμῖν καὶ ὁλοή γενήται ἀπ'
αὐτοῦ καὶ τραπόμενα πρὸς τὸ σκοπεῖν τι, ἐν ταῖς ζητήσεσι
πανταχῶς παραπλήσιον, ἰσοῦσον παρέχει καὶ παραχῇν, καὶ
ἐκπλήττει ὥστε μὴ δύνασθαι ὑπ' αὐτοῦ χαροῦν τ' ἀληθές.
Ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται ὅτι εἰ μέλλομεν ποιεῖν κατὰ
τί ἐισσεσθαι, ἀπαλλακτέον αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ τῇ ψυχῇ φεατέν
αὐτὰ τὰ πρῶτα. καὶ τότε, ἕως ἔσται, ἡμῖν ἔστι ἡ ἐπι-
θυμῶν, καὶ ἡ φανερὰ ἐξῶτα εἶναι φρονήσεως, ἐπειδὴν τελευ-
τήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι δὲ ἔ. εἰ γὰρ οἷόν τε με-
τὰ τῷ σώματι μηδὲν κατὰ φανερὰ γινώσκαι, δοῖν τὸ ἕτερον, ἢ ἡ-
δονὴν ἔστι κλῆσασθαι τὸ εἰδέναι, ἢ τελευτήσασθαι. Τότε γὰρ αὐτὴ
κατ' αὐτὴν ἔστι ἡ ψυχὴ χωρὶς τῷ σώματος, πρότερον δ' ἢ ἡ
ἐν ᾧ αὐτὴ ζῶμεν. ἔτι ὡς εἰσὶν ἐγγυτάτῳ ἰσόμενα τῷ εἰδέναι,
ἐάν ὅπῃ μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι, μηδὲ κοινωνῶμεν,
ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλάμενα τῆς τῆς φύ-
σεως, ἀλλὰ κατὰ φανερὰ ἀπ' αὐτῶν, ἕως αὐτὸ ὁ θεὸς αὐτὸς ἀ-
πολύσει ἡμᾶς. καὶ ἔτι μὲν κατὰ φανερὰ ἀπαλλακτέοιμεν τῆς τῷ
σώματος ἀρεσύνῃς, ὡς τὸ εἶδος, μετὰ τοιαύτων ἰσόμενα,
δ' ἡμῶν αὐτῶν πᾶν τὸ εἰλικρινὲς ὁρῶντες τῷ δὲ ἐστὶ τὸ ἀλη-
θές. μὴ κατὰ φανερὰ γὰρ κατὰ φανερὰ ἐράσασθαι μὴ ἢ θείον ἢ
ὥστε εἰ καὶ προσέοικε μετὰ γινώσκαι εἰς ἕτερον τόπον ὁ θάνατος,
ἐν ἔτι κακόν. μήποτε γὰρ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀναφαίνεται,
κατὰ φανερὰ ἀπέδειξεν ὁ Πλάτων. *Idque extremum est,*
quod etiam nactus aliquid otii, & ad considerandam
veritatem conversos ubique CORPUS INTERPELLAT,
turbasque dat, & percellit, OBSTATQUE QUOMI-
NUS VERITATEM CERNAMUS.

Itaque revera demonstrat (Plato) quod si aliquando volumus pure aliquid cognoscere CORPUS EXUENDUM sit, ipsoque per se animo res, intuentæ: ita demum consequemur quam expetimus, & cujus amatores nos esse profiteamur sapientiam. Eam autem ratio docet NON VIVENTIBUS, SED MORTUIS NOBIS ADFUTURAM. Si enim fieri non potest ut corpore præditi quicquam sincere cognoscamus, alterum horum sit necesse est, ut aut nunquam, aut MORTUI SCIENTIÆ fiamus COMPOTES.

TUNC ENIM IPSE SECUM ERIT ANIMUS A CORPORE SEPARATUS, NON ANTE. Ac dum vivimus quam fieri potest, proxime ad scientiam accedemus, si nihil cum corpore rei habeamus, quatenus omnino licet, neque cum eo quicquam nisi summa urgente necessitate communicemus, neque contagio ejus naturæ nos oppleamus; sed ab ea puros nos conservemus, donec ipse nos Deus eo exsolvet.

Tum demum PURI, & STULTITIÆ CORPOREA EXONERATI CUM DIIS ERIMUS, omnia nobis ipsis sincera cernentes, scilicet ipsam veritatem. NEFAS ENIM EST PURUM AB IMPURO CONTINGI.

Quare etiam si ad alium locum MORS nos traducat, MALUM NON EST, adeoque BONUM potius, sicut Plato demonstravit.

§ IV. Mors hinc Pythagoræis vitæ melioris initium: ut idem tradit Chæronensis lib. ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicuri decreta op. tom. II. p. 1105, 1106. Eos qui idem cum Pythagora, Platone & Homero de Animo sentiunt. Τὸν ὁδύατον ἐν τῇ βίᾳ καὶ ἐν τῇ φύσει ἀγῶνι πολεῖσθαι (πολεῖσθαι.) MORTEM ALTERIUS VITÆ MELIORIS INITIUM existi-

Mors in-
de vitæ
melioris
initium.

mare. Ut hæc *vita* Apollonio, Pythagorico, non morte potior; sed revera *pejor*, in Epist. consol. ad fratrem Apollonium de morte uxoris. Φύσιν ἔχει τῶν τελειωθέντων ἕκαστον ἀπεῖναι, ἢ τὸ πᾶν γνῶσις ἐστὶ μὲν ὃ μὴ κέτι μένει. Μὴ δὲ σέ λυπέτω τῆς γυναικὸς ἡ ἀκριβὴς τῆς ἡλικίας ἀποβολή. μὴ δέ ἐπεὶ θάνατος τί λέγεται κρείττον αὐτῷ τὸ ζῆν ὑπολαμβάνει, χαῖρον δὲ τῷ παντί, τοῖς ὄντιν ἔχουσι. *Naturale est, ut ubi quodque ad perfectionem pervenit, transeat.* Idque omnium senectus est, post quod amplius non manet. Ne autem te offendat uxoris quæ in vigore juventutis fuit jactura, nec postquam MORS aliquid dicitur, tu ejus VITAM POTIOREM fuisse judica, quæ revera PEJOR censetur ab omnibus, quibus mens est. Unde egregie Maximus Tyrius dissert. XXV. Hoc enim quod MORTEM homines vocant, id ipsum est IMMORTALITATIS INITIUM: et FUTURÆ VITÆ PROCREATIO: pereuntibus scilicet sua lege, suoque tempore corporibus: ANIMIS VERO AD PROPRIUM LOCUM, PROPRIAMQUE VITAM ASCENDENTIBUS.

Et Apulejus lib. de Philosophia tom. III. p. m. 91. Idem ille diem MORTIS suæ propitius (Sapiens) nec invitus expectat, quod de Animæ IMMORTALITATE confidat. Nam VINCULIS LIBERATA CORPOREIS SAPIENTIS ANIMA REMIGRAT AD DEOS, & pro merito vitæ purius, castiusve transactæ hoc ipso DEORUM se CONDITIONI conciliat.

Et res
optanda.

§ V. Quæ cuncta confirmat Jamblichus apud August. Steuchum de perenni Philosophia lib. x. cap. XXVIII. At Jamblichus, ait hic, qui vitam dogmataque priscorum PYTHAGOREORUM diligenter, accurateque perscripsit, decerpens ex omnibus illis,
MORS

MORS ait non modo NON EST EXTIMESCENDA PIO,
SED MULTO MAGIS ETIAM OPTANDA.

Aut enim pereunte anima cum corpore fit omnium malorum resolutio: aut ea remanente post discessum, resoluto corpore continget VITA BEATOR. Sed quoniam est hoc postremum (claret enim animam esse IMMORTALEM,) certe nulla est alia via certa salutis quam ut optimam prudentissimamque vitam agamus. Nihil enim fert secum anima tendens ad ALTERAM VITAM, quam probitatem, vel improbitatem, quæ plurimum PRODESSE, aut OBESSE defuncto noscuntur.

Atque Anima quidem melior μετὰ θεῶν ὄνκει, CUM DEO HABITAT, per cæli regiones beatas invecta.

Quæ vero sese factis impiis contaminavit impietate, impuritategue sordescens, proficiscitur ad iudicia subterranea, meritis pænis deputanda. Ob quam causam conandum est in hac vita dum licet, & datur, virtutem ac sapientiam indipisci καλὸν γάρ τὸ ἀγλόν, & ἡ ἐλπίς μεγάλη: pulchrum enim est præmium, spes ingens. Audendumque ei, qui in hac vita moratur, ut omnes voluptates, corporeaque ornamenta tanquam aliena a se abjiciat, non alieno, sed suo cultu animum vestiens, sapientiâ, & justitiâ reliquisve virtutibus: sicque expectet projectionem ad ALTERAM VITAM velut abiturus, cum voluerit fatum. Quod cum ita sit, non magnis pecuniarum acervandarum curis æstuandum, non gloriæ, non ambitionis: sed prudentiæ, veritatis & animi, ut sit quam optimus, studium capeffendum. Neque enim fas est quæ vili æstimari debuissent, plurimi facere, neque rursus quæ magno in
pre-

pretio debuissent haberi, nihili pendere. Non corporum itaque & opum, sed Animi. Non enim ex opibus virtus, sed ex virtute opes.

VIRO ITAQUE PIO NEQUE VIVO, NEQUE MORTUO MALI QUICQUAM EVENIRE POTEST. *Nec vivus vel MORTUUS a Deo negligitur. Hac Jamblichus.*

Conditio-
nem ita-
que hac
vita me-
liorem
post exu-
tum cor-
pus statu-
ere sibi-
que pro-
mittere
Pythago-
raos. Ut
contra iis
qui talem
sibi addi-
cere no-
queunt,
timorum
maximus
letus metus
est.

§ VI. Quibus autem *Mors* res optanda est, vinculorum excussio, augustioris vitæ exordium, eos certa persuasione omnia post eam *potiora, praeclara, & divina* sibi spondere, (uti supra Plutarchus,) certum est.

Ut contra iis, quos illa spes non alit, metu deterioris fortis subeundæ, *terriculamentum* haud leve est. Ut mortalium plerisque, morte jam vicinâ, si eligendi potestatem facerent Superi, vita *hisce* in oris *despectissima* & miserrima magis arrideret, quam quæ apud *Inferos* dici possit *optima*: et cum Achille *Rusticum esse* præoptarent; imo vel *pauper-rimi* heri vile *mancipium*, quod latrantem stomachum vix medium saturare possit, quam in Orco *mortuorum Principem*. Sicuti Thetidis filium umbris licet imperitantem Ulyssi conquerentem haud insecute inducit Homerus, Odyss. A.

Μὴ δὲ μοι θάνατον γε παρέχουσα Φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ
Βυλοίμην κ' ἐπ' αἶετος εἰὼν θητεύεμεν ἄλλω
Ἄνδρ' ἅπαρ ἀκλήτῳ, ὃ μὴ βίοςτος πολὺς ἴη,
"Ἡ πᾶσι νεκρῶσι καταφθιμύνοισιν ἀνάσσειν.

*Ne sane mihi MORTEM commemores inclyte Ulysses
Vellem sane RUSTICUS esse, & MERCEDE SERVIRE
alii*

VIRO

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 97 LIB. I.
 VIRO INOPI, CUI NEC VICTUS SUFFICIENS ESSET, X. CAP.
Quam OMNIBUS MORTUIS *vita defunctis* IMPE-
 RARE.

Mortis itaque Idea Pythagorica Metempsychosin, vinculis corporeis subinde apprehendentem, & ultra hominem ascendere vetantem, sibi inimicam denunciatur.

C A P U T X I.

*Neque FUNERANDI, ritum Pythagoricum
 ferre Metempsychosin.*

S I. **N**EC magis amice cum ea conspirant quæ Mortuos in albis vestibus efferre iussisse Pythagoram. Magos imitatum.
 de Mortuos *funerandi* præcepta dedit Pythagoras. Mortuos nimirum in *albis* vestimentis efferræ voluit Philosophus; isthoc signo significans hominem, seu mentem in *simplicem primigeniamque* naturam, priscamque *perfectionem*, quam obtinuerat antequam in corpus descendisset, jam solutis vinculis corporeis, rediisse. Jamblichus de vitâ Pythag. Num. CLV. Τὰς δὲ τελευτήσαντας ἐν λευκαῖς ἰοῦσιν προπέμπειν ὅσων ἐνόμιζε, τὴν ἀπλὴν καὶ τὴν πρώτην ἀνιτιόμην φύσιν πατὰ τὸν ἀριθμὸν καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν πάντων. *Mortuos in ALBIS DEDUCI VESTIMENTIS fas existimabat; SIMPLICEM PRIMIGENIAMQUE NATURAM juxta numerum (perfectionem) atque rerum omnium PRINCIPIUM* (prout res antequam composita

N

moli

98 DE PALINGENESIA VETERUM,
moli implicarentur exstabant; in Deo videlicet.)
subinuens.

Quod institutum a *Magis* hauserat, quos ut in pluribus, sic præprimis in *τελευταῖς & feralibus* secutus est Pythagoras. Ita innuit Jamblichus in iis quæ immediate præcedunt. *Κατακαίαν δὲ ἐν εἰα τὰ σώματα τῶν τελευτησάντων Μάγοις ἀκολούθως, μηδενὸς τῶν θείων τὸ θνητὸν μεταλαμβάνειν ἐθέλσας. Mortuorum cadavera vetabat igne comburi, MAGOS in hoc SECUTUS; nihil enim quod Divinum esset cum mortali copulari volebat. Sequitur mortuos in albis deduci, &c.*

Cuius rei
rationem
aperit
Plutar-
chus.

§ II. Rem omnem explanabit Plutarchus Quæst. Rom. p. 270. Διὰ τὴν λευκὰ φορέσιν ὡς τοῖς πένθεσιν αἱ γυναῖκες ἱμάτια, καὶ λευκὰς κεκυρφάλας; πότερον ὡς τὰς Μάγας φασὶν πρὸς τὸν ἄδην καὶ τὸ σκότος ἀνταποκρινύσας, τῷ δὲ φωτεινῷ καὶ λαμπρῷ συνεξομοιῶντας ἑαυτῶς, τῷ ποιεῖν, ἢ καθαρότερον τὸ σῶμα τῆς τεθνηκότος ἀμφιενύσσει λευκοῖς, καὶ τὰς προσήκοντας ἀξίαις; τὸ δὲ σῶμα κοσμήσων ἕως, ἵπτι μὴ δύνανται τὴν ψυχὴν. Βέλονται δὲ ἐκείνην λαμπρὰν καὶ καθαράν προπέμπειν, ὡς ἀφαιμένη ἡδὴ καὶ διηγανισμένη μέγαν ἀγάπην καὶ ποικίλον. ἢ τὸ μὲν λιτὸν ἐν τέτοις μάλιστα καὶ τὸ ἀπλὸν πρέπει. τῶν δὲ βαπτῶν τὰ μὲν καὶ πολυτέλειαν ἰμῶνται, τὰ δὲ περὶεργίαν. Ἐγὰρ ἡ πλὴν ἐστὶ πρὸς τὸ μέλαν ἢ τὸ ἀλεργὸν εἶπειν, δουλεῖα μὲν τὰ εἴματα, δουλεῖα τε τὰ χρώματα. τὸ δὲ αὐτόχρουν μέλαν, ἔχ' ὑπὸ τέχνης ἀλλὰ φύσει βαπτὸν ἐστὶ, καὶ μεμιγμένον τῷ σκιώδι κέκεσται. μόνον ἐν τῷ λευκῷ, εἰλικρινές καὶ ἀμιγές καὶ ἀμείαντόν ἐστι βαφὴ καὶ ἀμίμητον. οἰκειότατον ἐν τοῖς θάπτομῶσι. καὶ γὰρ ὁ τεθνηκὼς ἀπλὸν τι γέγονε καὶ ἀμιγές καὶ καθαρόν ἀτεχνῶς, ὅθεν ἄλλ' ἢ φαρμάκῃ δειυσοποιῶ, τῷ σώματος ἀπηλαγμένους. *Cur in luctu mulieres ALBAS gerunt vestes,*

vestes, ALBASQUE vittas? An id faciunt exemplo
 MAGORUM, qui adversus Plutonium & tenebras
 LUCIDO & illustri amictu se muniunt? Aut sicut
 defuncti CADAVER ALBO involvunt tegmine, ita
 etiam amictos volunt esse NECESSARIOS? CORPUS au-
 tem hoc modo ornant, QUIA ANIMAM NON POSSUNT,
 quam volunt, PURAM ILLUSTRREMQUE proficere, ut
 peracto difficili ac vario CERTAMINE jam DIMISSAM.
 Sive luctum maxime decent vilia & simplicia? Quæ
 autem colore infecta sunt partim luxum partim su-
 pervacanearum rerum studium arguunt. Non enim
 minus de nigro quam de cæruleo colore dici potest:
 dolose sunt vestes, dolosus color. Jam nigra ex
 sese quæ sunt, non arte sed natura tincta sunt,
 umbrosoque colore permixta. Solum itaque ALBUM
 SINCERUM est, MIXTURÆQUE EXPERS, PURUM &
 tinctura non imitabile, ac proinde optime convenit
 IIS, QUI SEPELIUNTUR.

MORTUUS enim SIMPLEX QUIDPIAM factus est,
 & IMPERMIXTUM ac PURUM: scilicet nihil aliud
 quam A CORPORE tanquam succo colorem inducente
 LIBERATUS.

En Mentem morte e corpore veluti difficili car-
 cere dimissam, puram, lucidam, simplicem, & im-
 permixtam ex sententiâ Magorum, Pythagoræ
 adoptatâ factam, sicque in primigeniam naturam,
 atque perfectionem reversam, cadaveribus hinc al-
 bis tegminibus involvendis: Nullatenus itaque bru-
 torum, hominumve corporibus de novo illigatam
 terrenaque spatia pervagantem.

§ III. Atque & præter Magos Ægyptiis quoque,
 idem cum Pythagorâ de mente separata adferenti-

Eandem
 et Ægyptiis
 tibi fuisse
 UNIVERSITY OF LONDON
 HARDING INSTITUTE

bus, in *candidis amiculis lineis* deducere cadave-
ra consuetum erat, ut apud Herodotum videre
est: sic ille lib. II. c. LXXXI. *Vestibus amicu-*
tur lineis (Ægyptii) *circa crura fimbriatis,*
quas calasiris appellant, super quas CANDIDA ferunt
AMICULA, lanea superinjecta. LANEÆ tamen vestes
NEQUE in aedes sacras inferuntur, neque una cum
CADAVERE SEPELIUNTUR: PROFANUM enim est. *con-*
sentanea vero haec sunt iis, quæ Orphica appellant-
tur, et PYTHAGORICA, (ὁμολογέσαι δὲ ταῦτα τοῖσι Ὀρ-
φικοῖσι καλεμένοισι καὶ Πυθαγορείοις.) *Nam harum quo-*
que caeremoniarum participem laneis in vestibus
humari religiosum est; de quibus sacra redditur nar-
ratio.

Inde ad
Græcos
transiisse,
Atque
Judæos
et Chris-
tianos
veteres
talem ri-
tum ha-
buisse.

§ IV. Et ab hisce gentibus tandem transiit mos
hic ad vetustissimos Græcos: Homerus de cadavere
Patrocli Iliad. Σ.

Καὶ τότε δὴ λῦσαν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ
Ἐν δ' ὠτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώροιο.
Ἐν λεχέεσσι δὲ γέντες, ἐανῶ λίβη κάλυψαν,
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, κατ' ὑπερθε δὲ φάγει λευκῶ.

*Et tunc quidem lavarunt, & unxerunt pingui
oleo*

Vulnera autem impleverunt unguento novennali.
In feretro vero componentes linteo subtili texe-
runt

Ad pedes a capite, desuper autem VESTE ALBA:

Ita de Messeniis Pausanias in Messen. S. Lib. IV.
Μεσσήνῃσι τὰς ἐκφορὰς ἐκποιεῖν τοὺς τῶν ἐτεφαινομένων, καὶ ἱμά-
τια

τῶν ἐπιβεβλημένων λευκὰ. *Messenii optimates suos co-*
rouatos & CANDIDA VESTE OBVELATOS EFFERUNT.

Imo & apud *Judeos* antiquissimæ esse consuetu-
 dinis mortuos in *albis* vestimentis mandare tumulo
 videas apud Buxtorfium Schol. Jud. c. XLIX. p. m.
 700. Quemadmodum & ita Servator noster σπῶν
 καθαῶ involutus conditus est. Matth. XXVII: 59.

Et Christianis prioribus sic quoque consuetum
 fuisse dabit Prudentius Hymn. X. qui de defuncto-
 rum exsequiis:

CANDORE *nitentia* claro
Prætendere LINTEA mos est,
Aspersaque Myrrha Sabæo
Corpus medicamine servat.

§ V. Hinc & forsan apud *Japonenses* hodiernos *Imo & Japonen-*
 feralis & funebris color *albus* est, uti tradit Froës *ses ho-*
 jesuita apud Carolinum Ethnicism. hodiern. p. 211 *dieruos,*
 & 212. quod *cum cadaver ad comburium efferetur,* *Chinen-*
amici, consanguinei, & consanguineæ cum famulis *ses &*
suis præcedant ALBIS OMNES INDUTI VESTIBUS; *ses, qui*
hic color iis FERALIS sit: mox mortuus sellæ gesta- *mentis*
torie insidens ALBOQUE VESTIMENTO *amictus per* *ad Deum*
quatuor viros apportetur &c. Hi autem *mentis* *reditum*
immortalitatem, quod nec initium habuerit, nec
 finem habitura sit ibid. & ad *Deos* *reditum,* seu
 in Paradisum post mortem transitum asserunt id.
 ibid.

Ut & apud *Chinenses,* referente Trigautio, Ca-
 rolin. p. 214. vestes lugubres *albæ* sunt; qui iti-
 dem mentis *immortalitatem* (saltem pars potior quæ

Lanzu vocatur,) & illius ad Deum reditum tenent: bonos agentes post mortem in COELUM, UNDE ORIGINEM TRAXERAT ANIMA, transferendos esse, atque in Angelorum conditionem transmutandos, & in æternum beate victuros; malos contra in carcerem tenebrorum remittendos æternas paenas cum malis genis duros: ut ex Gonzale de Mendoza Carolinus p. 289.

Tandem & *Siamenses*, auctore Le Blank, apud eund. p. 222. colorem funebrem *album* habent: qui & *mentem immortalem* esse volunt, & *bonos post fata apud Deos summis frui gaudiis*, ut ex Schoutenio idem p. 243.

Conclu-
sio.

§ VI. Quum itaque Pythagoras mentem puram, quam primum morte a corpore separari contigerit, in *simplicem, incompressam, primigeniamque naturam* reverti designaverit, crassam Animarum humanarum revolutionem *Pythagoricè falsam* esse constat.

C A P U T XII.

*Mentis humane post mortem QUALITATEM
NATURALEM secundum doctrinam Pythagoricam, crassam de corpore in corpus
TRANSMIGRATIONEM refellere.*

Denatos
non um-
bram
projicere.

§ I. **N**ON etiam post mortem Animam aliud iterum assumere, vel subire corpus crassum, com.

commune Pythagoræorum effatum, quo *Mortuorum Animas Umbra facere negant*, patitur, quod nobis conservavit Plutarchus Quæst. Græc. op. tom. 2. p. 300. Τῶν δὲ ἀποθανόντων οἱ Πυθαγορεῖοι λέγουσι τὰς ψυχὰς μὴ ποιεῖν σκιάν μηδὲ σκαεδαμύθειαν. *Mortuorum autem ANIMAS ajunt Pythagorici neque UMBRAM JACERE, neque connivere.* Id est omni corpore crasso, unde umbra projicitur, cujusque comes indivulsa est, carere, hincque nec oculis crebro salientibus connivere, quod crassorum membrorum est, utpote quibus destituntur. Hinc Maximus Tyrius Dissert. XXVII. *Sane nec CARNEM DÆMONUM GENUS, ita enim Daemon respondere me jubet, nec OSSA nec SANGUINEM recipit. Nihil præterea quicquam quod TRAHI, SOLVI aut LIQUARI possit, aut suapte mollitie EFFLUERE.*

Anticlea ad Ulysses Matris suæ defunctæ animam amplecti ter frustra conantem, utpote intactilem, apud Homerum Odyss. Α.

Ἄλλ' αὐτὴ δῖχῃ ἐπὶ βροτῶν, ὅτε κέντε θάνωσιν.
Οὐ γὰρ ἔτι σάρκα τέ καὶ ὅτ' ἐὰν ἴνῃς ἔχῃσιν.

Sed ipsa lex est mortalium, cum MORTUI fuerint.

Non enim amplius CARNESQUE, & OSSA Nervi sustentant.

§ II. Ut hac ratione Apollonius Tyaneus, Samii nostri sectator, Demetrio & Damidi amicis se necdum e vivis excessisse probabat, quod *tactilia* Quum crassis & tactilibus careant membris. gestaret membra; cum mortuorum animæ, seu idola

idola manus effugiant. apud Philostratum de vita Apollon. lib. VIII. c. V. Λαβῶ μὲν ἔφη, κ' αὖ μὲν δι-
αφύγω σε, εἰδωλὸν εἰμί σοι ἐκ Φερρεφάτης ἦκον, οἷα Φάη-
σιν οἱ χθόνιοι θεοί. εἰ δὲ ὑπομείναιμι ἀπὸ μὲν, πείθε καὶ
Δάμιν. ζῆν τέ με, καὶ μὴ ἀποβεβληκέναι τὸ σῶμα. TAN-
GE *me inquit, quod si manus tuas EFFUGERO IDO-*
LUM me esse arbitrator a Proserpina, seu ab Infe-
ris hic advenientem, quale interdum mittunt qui
sub terram degunt Dii: Sin vero TANGENTI RE-
SISTAM, persuade atque hinc etiam Damidi me ad-
hic VIVERE, neque CORPUS deposuisse.

*Inde nec
amplius
alimento
indigere,
neque
morti al-
teri ob-
noxios
esse.*

§ III. Atque hinc Theopompus Magorum disci-
plinæ (unde sua, ut dictum supra est, magnam
partem Pythagoras,) initiatus illud μὴ ποιεῖν σκιά
conjungit cum τροφῆς μὴ δεῖσθαι, *alimento non indi-*
gere, & partem facit ευδαιμονίας futurae. Sic ille a-
pud Plutarchum de Iside & Osiride p. 370. tom. 2.
Θεόπομπος δὲ φησὶ κατὰ τὰς Μάγας ἀνὰ μέρος τροσχί-
λια ἔτι τὸν μὲν κρατεῖν, τὸν δὲ κρατεῖσθαι τῶν θεῶν, ἄλλα
δὲ τροσχίλια μάχεσθαι καὶ πολεμεῖν, καὶ ἀναλύνειν τὰ τῶ
ἐτέρου τὸν ἕτερον. τέλος δὲ ἀπολείπεσθαι τὸν ἄδην, καὶ τὸ
μὲν ἀνθρώπου ευδαιμόνας ἔσεσθαι, μήτε τροφῆς δεομένης μήτε
σκιάν ποιῶντας. *Theopompus ait de sententia MAGO-*
RUM vicibus ter mille annorum alterum Deorum
superare, alterum succumbere: & per alia tria
annorum millia bellum eos inter se gerere, pugna-
re, & alterum alterius opera demoliri: tandem
Plutonium (ἄδην Infernum,) descere, & TUNC HO-
MINES FORE BEATOS NEQUE ALIMENTO UTENTES,
NEQUE UMBRAM EDENTES.

Homerus Iliad. E.

Cv

Οὐ γὰρ σίλον ἴδουσ', ἔ πίουσ' αἰθοπα ὄνον
Τούτεκ' ἀναίμονές ἐσι, καὶ ἀθάνατοι καλέωνται.

*Non enim frumentum edunt (beati Dii) neque
bibunt ardens vinum :
Quapropter exangues sunt, & immortales appel-
lantur.*

Scilicet τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώ-
μασιν. ὁ δὲ θεὸς καὶ ταύτην, καὶ τὰντα καταργήσει
*Esca ventri (destinata) & venter escis : sed
Deus & hunc, & illas abolebit. 1 Corinth. vi. XIII.*

§ IV. Animæ itaque mortuorum cum ab omni *conclu-*
crasso tactilique corpore Pythagoræis habeantur *sis.*
secretæ : unde iisdem quod necdum quispiam de-
cesserit *tactilia* circumferre membra certum fit in-
dicium, continuum in *corpora* humana, brutave
earum *illapsum* horum doctrina refutat.

C A P U T XIII.

REVERENTIAM, CULTUM, & HONOREM *ex*
instituto Philosophiæ Pythagoricæ DENATO-
RUM ANIMIS *deferendos nullam pati A-*
nimarum in alia corpora terrestria
TRANSMIGRATIONEM.

§ I. **E**os qui humanâ sorte maiores, Divorum *Animas*
numerum complent, miserâ servilique de *humanas*
O *post mor-*
COR-

corpore in corpus traiectione, carcerumque terrestrium obambulatione penitus exemptos esse luce meridianâ clarius est; sed tales habentur Mortuorum animæ. Qui enim post immortales Deos honorandi sunt; de quibus non nisi cum reverentia loquendum est, ac non nisi bene sentiendum: Qui libaminibus & sacrificiis colendi & honorandi, eos Divis adscriptos haberi omni caret dubio; sed Animæ hominum separatæ tali honore maclandæ sunt. Sic jubent *Aurea verba*:

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεὸς νόμῳ ὡς διάκεινται
τίμα, καὶ σέβει ὄρκον. ἔπειτ' Ἡρώας ἀγαυούς.
Τῆς τε καταχθονίης σέβει Δαίμονας, ἔννομα ἑῶν.

Immortales primum Deos, sicuti lege dispositi sunt, honora.

Cole deinde jusjurandum. Deinde HEROAS ILLUSTRES.

Cole etiam TERRENOS DÆMONAS legitima faciens.

Vel ut Marcilius:

Præcipuo dignare Deos cultu, ordine legis

Æternos. Jurata pie servato: secundi

HEROUM generi claro debentur honores,

Postea TERRESTRES GENIOS cole, rite litatis

Sacris.

Utpote
cultu pro-
sequen-
das. § II. Porphyrius de Pythagorâ Num. XXXVIII.
Παγίην δὲ περὶ μὲν τῶ θεῶ, καὶ δαιμονίης, καὶ ἡρώων γένους
εὐφημοὺς εἶναι, καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν. *Præcipiebat au-*
tem

tem de Deorum quidem, DÆMONUMQUE, atque
HEROUM genere summa cum REVERENTIA LOQUEN-
DUM, & quam OPTIME SENTIENDUM. Eadem Jam-
blichus de vitâ Pythag. Num. c. Et hic Num.
CLV. Ἐπένδει δὲ πρὸς τεραπέζης παρὰ καλῇ Διὸς Σώτηρος,
& Ἡρακλέους, & Διοσκύρου. *Ante mensam jovi Ser-
vatori, & HERCULI, & CASTORIBUS LIBANDUM
esse statuit. Vide & Num. CLII. Et Num. CXLIX.*
ubi Ἐχέοντο δὲ καὶ εὐφημία πρὸς τὰς κρείττους, καὶ ἐν
παντὶ καὶ ὅμῳ μῦθῳ ἐποιεῖτο, καὶ τιμὴν τῶν θεῶν. ὥστε καὶ
πρὸς τὸ δείπνον σκοποῦν ἐποιεῖτο τοῖς θεοῖς, καὶ παρὰ γυναικας
ἐφ' ἡμέραν ἐκάστη ὑμνεῖν τὰς κρείττους. *Usus est celebra-
tione erga DÆMONES & omni tempore mentionem,
& cultum peregit Deorum, ita ut etiam inter cœ-
nandum Diis libaret, & praeceperet quotidie HYMNIS
celebrare DÆMONES.*

§ III. Scilicet Dæmones, Heroës, Genii, at-
que omne id quod mortalem transcendit sortem,
Pythagoræis, imo & aliis, generaliori voce κρείτ-
τους audiunt; dum in conditionem ea quam homi-
nes in terrâ tenent *potiorem* transierint. Sic apud
Ælianum Var. Histor. lib. iv. cap. xvii. de quibusdam
Pythagoræ mirabilibus & opinionibus. Καὶ ὁ πολ-
λάκις ἐμπιπὼν τοῖς ὄσιν ἡχοῦ φωνὴν τῶν κρείττων. *Et so-
num qui persæpe accidit auribus esse vocem DÆ-
MONUM. Et idem lib. iii. cap. xviii. de Sileno.*
Νύμφης δὲ παῖς ὁ Σιληνὸς ἔτος, θεὸς μὲν ἀφαιέστερος τῆς
φύσεως, ἀνθρώπου δὲ κρείττων καὶ γανότερος ἦν. *Hic Silenus
erat Nymphæ filius Deo quidem quoad naturam in-
ferior, homine vero & morte conditione superior:*
id est ex Dæmonum genere. Ita de Pyrrho, Bar-
baro unico ictu ab eo in duas partes dissecto, Plu-
tar-

tarchus in Pyrrho op. tom. i. pap. 399. b. τὸ
τὰς βαρβάρους ἐπέσχε τὴν πρόσω χωρεῖν, ὥς τινα τῶν κρείτ-
τόνων θαυμάσαντας καὶ καταπλαγέντας τὸν Πύρρον. *Id*
progressum Barbarorum tardavit Pyrrhum miran-
tium, stupentiumque ut virum HOMINEM MAJOREM :
Seu Heroum immortalium quempiam.

Post Deos
tamen
veneran-
das.

§ IV. Hisce κρείττοσι honores constituit Pythago-
ras unicuique autem Divorum generi congruos;
non omnibus eisdem: Laërtius lib. viii. p. m.
221, 222. Τιμὰς θεοῖς δὲν νομίζεν καὶ ἥρωσιν, μὴ τὰς
ἰσας. ἀλλὰ θεοῖς αἰεὶ μετ' ἐν Φημίᾳ λευχειμονέῃας καὶ
ἀγνεύοντας. ἥρωσι δὲ ἀπὸ μέσας ἡμέρας. *Honores Diis*
exhibendos, HEROAS tamen HAUD ÆQUO HONORE
ducendos. Caeterum Diis semper quidem cum lau-
dibus, amictuque candido, & casto corpore honores
adhibendos: HEROIBUS vero ex DIMIDIO DIEI. Alii
scilicet apud Veteres honores erant Divini, alii
Heroici. sic. Callisthenes apud Arrianum in IV.
ubi cum diceret Anaxarchus Alexandrum esse ado-
randum, contra eum contendit ALIOS ESSE HONO-
RES DIVINOS ALIOS HEROICOS, Diis templa exstrui,
eosque adorari: Heroës laudari, & statuis ornari.
Vossius de Idol. lib. i. c. xli. p. 149. Idem Vos-
sius ibid. c. xii. p. 50. *Interea agnoscimus HE-*
ROES magnis dignatos honoribus, at non DIVINIS.
*Quæ distinxere etiam Graeci, quippe aliud iis ἡ-
γιζεν, aliud ἀποθεῖν. Prius conveniebat HEROIBUS:*
alterum notat in DEOS referre. Sed apud hos fere
usu veniebat, ut qui PRIUS HEROICIS essent honori-
bus affecti, iisdem postea praestarentur DIVINI.
Quod & Lampsacae contigit: unde Plutarchus in
praeclaris mulierum factis. Τῇ Λαμψακῇ πρῶτον
ἡρώα

ἡρωϊκὰς πρὶν ἀποδίδόντες, ὕστερον ὡς θεῶν ἀνιψίσσαντε. *Cum Lampfacæ prius herōicos tribuissent honores, postea ut ei, velut Numini, sacrificaretur, decretum. Ex quibus cognoscimus, SACRIFICIUM non fuisse in honoribus HEROÏCIS, sed DIVINIS, &c.* Feithius Antiq Homer. lib. i. cap. XII. Heroës ut Inferiores divinitate sunt habiti, ita quoque Inferiores honores sortiti, qui ἡρωϊκοὶ dicti. Ac Majoribus quidem Diis dicebatur θύειν; Heröibus ἱεργίζειν. Herodotus Euterpe Δοκέει δέ μοι ἔσθι ορθώτατα Ἑλλήνων ποίειν, οἱ δὲ δὴ Ἡράκλεια ἱδρυσάμενοι ἐκτείναι. καὶ τῷ μὲν ὡς ἀθανάτῳ Ὀλυμπίῳ, δὲ ἐπανυμνήν, θύσει. τῷ δὲ ἐτέρῳ, ὡς ἡρώϊ ἱεργίσει. *Videntur hi rectissime facere e Græcis, qui bisariam HERCULI templa ædificanda colendaque censuerunt: uni quidem, ut IMMORTALI, cognomine OLYMPIO, IMMOLANTES: alteri vero, ut HEROI, PARENTANTES.*

Atque ita & Herculi qui ex *Heroum* ordine, ex instituto Pythagoræ sacrificatum est, Jamblich. de vita Pythag. Num. CLII. Ἡράκλει δὲ δῆν θυσίαζεν ὀγδόῃ τῆς μηνὸς Ἰταμνίου. *Herculi denique sacrificandum esse die octavo mensis ineuntis. Quod lapsu temporis ei honores divini sint decreti; cum antea Heröici tantum contingerent: vel Olympio, seu qua immortalis Deo.*

§ V. *Heroum* autem ac *Dæmonum* cultus parum discrepasse videtur; cum eorum ordo non multum differat, ut qui utrique habentur Animæ præstantes corporibus solutæ. Videantur Hiërocles, & Marcilius in Aur. carm. Ut Platoni *Vir bonus & heros* post mortem sit *Dæmon*: de Repub. dial. 5. *Etenim nos in sacris cæterisque hujusmodi VIROS BO-*

*Heroum
ac Dæmo-
num ho-
nores fere
eosdem.*

NOS quo magis excellent, eo magis Ἑ HYMNIS, et his quae modo diximus, HONESTABIMUS, SEDIBUS item Ἑ CARNIBUS plenisque PATERIS ut Ἑ HONOREMUS una VIROS PRÆSTANTES MULIERESQUE Ἑ exerceamus. *Bellissime loqueris.* Τῶν δὲ ἀποθανόντων ἐπὶ τρατίας, ὅς ἀν' εὐδοκίμῃσας τελευτήσῃ ἂν ἔ' πρῶτον μὲν φήσομεν τῷ χρυσῷ γένος εἶναι; πάντων γε μάλιστα. Ἄλλ' ἔ' πεισόμεθα Ἡσιόδῳ; ἐπειδὴν πινὲς τῷ τοιούτῳ γένος τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα. οἱ μὲν δαίμονες ἄγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν. Ἑσθλοὶ ἀλεξίχατοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων. *Eum vero qui in MILITIA cum se strenue gesserit, obiit primum AUREI generis esse dicemus. Maxime omnium. Deinde Hesiodo fide adhibita, asseremus, quicumque hoc ex genere DECEDUNT e vita DÆMONES EFFICI SANCTOS TERRESTRES, optimos expulsores malorum, custodesque mortalium. Ita certe credemus. Consulemus ergo Oraculum, quo pacto beatos Divinosque viros condere deceat, Ἑ quibus insignibus praecipue decorare, atque ita condemus ut iusserit. Procul dubio. Reliquum itaque tempus sepulcra eorum veluti DÆMONUM colimus, atque adorabimus.*

Eadem quoque servabimus erga illos, qui cum praecipua PROBITATE pollere in vita iudicati fuerint, senio aut alio quodam modo e vita cesserunt. Decet sane.

Herōes Ἑ
Dæmo-
nes ani-
mas esse
separatas
ex mente
Pytha-
gorae.

§ VI. Atque Ἡρώας Pythagoræ esse Animas humanas a corpore separatas, testem do Plutarchum, qui lib. I. de Plac. Phil. c. VIII. de Geniis & Heroibus. Θάλης, Πυθαγόρας, Πλάτων οἱ Στωικοὶ εἶναι δὲ καὶ Ἡρώας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων. καὶ ἀγαθὰς μὲν ταῖς ἀγαθὰς κακὰς δὲ ταῖς φαύλας. *Thales, Py-*

Pythagoras, Plato Stoici ajunt HEROES esse quo- CAP. XIII.
que ANIMAS A CORPORIBUS SEPARATAS. Bonos si
bonae: malos si malae.

Per Δαίμονας autem itidem in Aureis intelligi ho-
minum Animos divinorum generum ordini insitos
docebit Hiërocles in Aur. carm. p. 45. τὰς ἀνθρώ-
πινὰς ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας Δαίμονας κα-
λεῖ, ὡς δαίμονας, καὶ ἐπιστήμονας. DÆMONUM appella-
tione HOMINUM ANIMOS veritate & virtute tanquam
doctrina atque scientia praeditos intelligit. Et
pag. 46. τὰς ἐν τοῖς θείοις γένεσι συνεπαγμένας ἀνθρώ-
πινὰς σέβειν ὁ λόγος παραινῶ, τὰς ἰσοδαίμονας, καὶ ἰσουργέ-
λας, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἥσων ὁμοίως. EOS igitur HOMI-
NES, qui in DIVORUM generum ORDINIBUS locum in-
venerunt, Daemonibus nempe & Angelis atque il-
lustribus etiam herōibus similes colere versus adhor-
tatur. Et pag. 49. τὰς μὲν ἀγαθὰς ἀνθρώπους, ὡς δαι-
μονίως, καὶ θείως σέβειν ὁ λόγος ὑπέθετο. PROBOS qui-
dem VIROS tanquam BEATOS & DIVINOS colere prae-
cipit superius sermo. Audiamus & Marcilium com-
ment. in aur. carm. τὴν δὲ δαίμονας. PRÆSTANTI
VIRTUTE VIROS ut recte intelligit Hiërocles. Ita-
que non dixit Pythagoras praecise δαίμονας, sed cum
adjunctione δαίμονας καταχθονίως, id est DÆMONES
TERRESTRES. Daemones itaque terrestres ii, quos
Aristoteles θείως ἀνδρας vocari ait, hoc est viros di-
vinos ut posuit M. Cicero, &c. Καταχθονίως. τὰς
ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι δυνάμεις, καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν. EOS
qui rempublicam habere possunt, ac domicilium su-
pra terram, ut exposuit Hiërocles. Itaque καταχ-
θονίως positum est pro ἐπιχθονίως. Daemones enim hoc
est viri sapientes, quamdiu spirant terram inco-
lunt,

lunt, cum autem e vita excefferint AEREM TERRE PROXIMUM tenent. &c.

Dæmones itaque supra terram, viri sapientes sive boni: sub terra vero Animi impiorum. Itaque hi proprie Inferi ὁ υποχθόνιος dicti sunt ab Hesiodo lib. i. Atque horum suppliciis praesunt Dii Inferi quorum descriptio apud Virgilium in Tartaro est. lib. vi. Æneid.

Omniem
aërem
animo-
rum ple-
num, ho-
rumque
ordines
varios, ac
recepta-
cula va-
ria.

§ VII. Omnem videlicet aërem Animorum plenum voluit Pythagoras. Diogenes Laërtius in Vitâ. Ἐἶναι δὲ πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεον, καὶ τῶν δαίμονας τε καὶ ἡρώας νομίζεσθαι. AEREM totum PLENUM esse Animorum eosque ὁ DÆMONES ὁ HEROAS existimari. p. m. 221.

Scilicet ut Varii Dæmonum ordines & genera, ita & varia iis mansionum loca: Isis ad Horum, Mercurii libro sacro apud Stobæum Eclog. Phys. lib. i. pag. 146, 147. Ὅσα γὰρ ἐκείτη τῶν χάρων ἀπὸ γῆς ὑπερβέβηκε τῆς ἐρείας ποσὶ τῷ καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐτέρεα τὴν ἐτέραν κατ' ὑπεροχὴν λείπειν, ὧ τέκνον, χάρα καὶ ψυχὴ. τίνες μὲν ἐν εἰς ἐκάτερα τῶν ἀναλύσει ψυχῇ, ἐντεῦθεν σοὶ πάλιν, ὧ μεγαλόδοξε ὦρε, καταλέγειν ἄρξομαι, ἀναθὲν ἐπὶ τὰ πρόσγεια τὴν τάξιν ποίει μὲν. Τὸ μεταξὺ γῆς καὶ ἔρανος, κεχάριται, τέκνον ὦρε, πρὸς μέτρον καὶ ἀρμονίαν. αἱ δὲ χάρα αὗται ὑπὸ τῶν προγόνων καλῆσαι, ὑφ' ὧν μὲν ζῶναι, ὑφ' ὧν δὲ τερεώματα, ὑπὸ δὲ ἐτέρων πύχαι, ἐν δὲ ταύτῃ ἀφοίωσιν αἶγαι ἀπολυμνῆσαι τῶν σωμάτων ψυχῇ αἵτε μὴ δέπω ἐσωμαποθῆναι. ἐκείτη δὲ τῶν, ὧ τέκνον κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ χάρον ἔχει. ὥσγε τὰς μὲν θείας καὶ βασιλικὰς ἐν τῇ ὑπερίῳ πάντων κατοικεῖν. ταῖς δὲ ἐλαχίστας κα-
τατεμεῖν, καὶ τὰς ἄλλας ὅσαι εἰσὶ χαμαιτελεῖς, ἐν τῇ ὑπο-
κάτῳ πάντων. τὰς δὲ μέσας, τῇ μέσῃ. αἱ μὲν ἐν εἰς τὸ
ἄσχυ-

ἀρχῇ καταπεμπόμεναι, ὡς τέκνον ἄρε, ἐκ τῶν ὑπεράνω ζώων καταπέμπονται. αἱ καὶ λυθεῖσθαι εἰς ταῖς αὐτάς, ἢ καὶ ἐπὶ ὑπεράνω ἀνέχονται, πλὴν ἡμῖν τίνας ἐπέειν τὴν ἀξίαν. τῆς αὐτῶν φύσεως, καὶ τὴν τῷ θεῷ νόμῳ παραγγελίαν πεπραχῆναι. ὥσπερ ἡ αἰὼν πρόνοια, πρὸς μέτρον τῶν ἀμαρτυρίων, εἰς ταῖς ὑποκάτω χώρας ἐξορίζει. ὥσπερ καὶ τὰς ὑποδεστέρας δυνάμει τε καὶ ἀξίᾳ. ἐκ γὰρ κατωτέρων ἐπὶ μείζονας καὶ ὑψηλότερας ἀνάγει. *Quanto enim unaquæque regio LONGIUS A TERRA distat, tanto eam incolentes ANIMÆ reliquis ANTECELLUNT. Quæ porro in quemque locum Animæ tendant, deinceps tibi Hore magnifice, declarare incipiam sumto a superioribus initio. Quod inter Cælum Terramque interjectum est spatium, Hore fili CERTIS DISTINCTUM EST REGIONIBUS, quæ a Majoribus nunc ZONÆ, nunc fundamenta, nunc volumina nominantur. In his ANIMÆ VERSANTUR cum corporibus liberatæ, tum nondum in corpora translatae. SINGULIS PRO DIGNITATE LOCO TRIBUTO; sic ut DIVINÆ quidem ac REGIÆ SUPREMUM occupent, MINIMÆ autem DIGNITATIS, ac reliquæ viliores, INFIMUM, MEDIÆ vero MEDIUM. Itaque quæ ad PRINCIPATUM demittuntur, Hore fili, de SUPREMIS ZONIS proficiscuntur, easdemque vel etiam ALTIORES liberatæ repetunt; nisi forte naturam suam fuerint, ac divinam legem TRANSGRESSÆ, quas quidem superna providentia in INFERIORA loca pro delictis relegat; quemadmodum contra minores dignitate de inferioribus ad SUBLIMIORA subducit.*

§ VIII. Et tandem ut Hesiodus (quod supra indicavit Plato) Homines bonos hac vitâ functos ait fieri *Daemones suspiciendos*: utpote mortalium

P

custo-

Hesiodi
& Py-
thagora
in hisce
consen-
sus.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κεν τῷτο γένῳ καλὰ γαῖα κέλυφεν,
Τοὶ μὲν Δαίμονες εἰσι Διὸς μεγάλῃ διὰ βελὰς
Ἔσθλοι, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.
Οἱ γὰρ φυλάσσουσιν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἡἶρα ἑσσάμυροι, πάντα φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλετοδότηι. καὶ τῷτο γένος βασιλῆϊον ἔσχον.

*Verum postquam hoc genus terra abscondit,
Ii quidem DÆMONES facti sunt jovis magni con-
silio
Boni, in terris versantes, CUSTODES mortalium
hominum :
Qui quidem OBSERVANT & justa & prava OPERA,
Aëre induti, passim oberrantes per terram,
Opum datores. Atque hanc Regiam dignitatem con-
secuti sunt.*

Ita Pythagoras eos generice ἀθανάτους θεὸς decla-
rat, pia mente colendos

Ἔσσεαι ἀθάνατοι θεός, ἀμβροστοί, ἔκ' ἐτι θνητοί.

ERIS IMMORTALIS DEUS, INCORRUPTIBILIS, NEC
AMPLIUS MORTI OBNOXIUS.

Neque sanum quempiam hic excepturum puto :
mentes forsan postquam aliquamdiu vitam egerint
Dæmonicam, hujusque honoribus fuerint usæ in
mortalia tandem relabi corpora, ut humanis ite-
rum,

rum, imo & brutis fungantur vicibus: Cum nihil ab Ἀυβρότης conditione, quam iis assignat Pythagoras, magis abhorreat: ἀυβρότης enim ἔσονται ἔχ' ἀθανάτοι, status *cujus morti obnoxii, fluxique nunquam sunt participes.* Unde amplius Senex Samius eos ait ἐκ τῆς θνητῆς nullatenus amplius mortales, sicque ἀθάνατοι. Et ex Homeri definitione ἀθάνατοι ἀναιμόνες ἵσσι *immortales exangues sunt*, seu crasso carent corpore; hoc scilicet demum nomine immortales: cum corpus crassum *mortem* semper trahat.

De *Malis* autem hicce quærendum non est: nisi quis voluerit movere *Acheronta*; cum in *superos* non valeat.

§ IX. Quum ergo Animas humanas a corporibus consuetis separatas conditionem, fortemque *Conclusio.* humanam transcendisse, Divinamque affecutas; indeque honore & cultu prosequendas profiteatur Philosophus noster, eas miseris carceribus inclusas esse noluit, nec intra homines, vel bruta, vel stirpes latitare credidit.

C A P U T XIV.

*Omniem tandem Philosophiæ Pythagoricæ
FINEM, RATIONEMQUE FUNDAMENTALEM
crassam Μέλμψυχων abnegare.*

§ I. *Omnis tandem ratio formalis, & fundamentalis, omnis Doctrinæ Pythagoricæ* *Finis Philosophiæ Pythagoricæ*

LIB. I.
CAP.
XIV
Pythagoricae hominem
Deo similem reddere, ut
posito corpore
ad hunc reverteretur.

Palingenesiam crassam inficiatur. Hic enim in cursu mortalis vitae mentem purgare, mores qualitatesque belluinos extirpare, alas sapientiae virtutumque restituere, & in universum ad consensionem cum Deo, ejusque imitationem & similitudinem perducere, ut mortali vita perfecta corpore tereno posito, omnique mortali natura exuta iter caeleste auspicari detur, in pristinum redire statum, atque vitam agere beatam divinamque contingat. Plene Hierocles comment. in Aur. verba pag 309, 210. Τὸ τοῦ Πυθαγορείου ἀγωγῆς τὸ πέρας, ὅλας δὲ ὅλων ὑποπύεσθαι γενέσθαι πρὸς τὴν τῶν θεῶν ἀγαθῶν μεταλήψιν, ἵν' ὅταν ὁ τῷ θανάτῳ χαρὸς ἐνσῇ, καταλιπόντες ἐπὶ γῆς τὸ θνητὸν σῶμα, καὶ τὴν τέττα φύσιν ἀποδυσαμένοι, πρὸς τὴν ὕψιστην πορείαν ὥσιν ἑυζῶνοι οἱ τῶν φιλοσοφίας ἀγόνων ἀθληταί. τότε γὰρ καὶ τὴν ἀρχαίαν αὐτοῖς ἀποδίδωσθαι χάσιν, καὶ θεοποιεῖσθαι, ὅσον οἷόν τε ἀνθρώποις θεὸς γενέσθαι, μὴνύει ὁ λόγος διὰ τῶν ἐξῆς.

Ἡ δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃ. &c.
Atque hic quidem FINIS est Pythagoricae disciplinae; ut toti penitus ALATI fiamus ad bonorum Divinorum perceptionem. Ut cum MORTIS TEMPUS instabit, RELICTO in TERRA MORTALI CORPORE, ejusque NATURA EXUTA, ad CAELESTE ITER, expeditiores fiant philosophicorum certaminum athletae. Tum enim in PRIMUM STATUM illos RESTITUTUM iri, & DEOS fore, quantum licet hominibus, verbis indicatur qui sequuntur:

Sin autem relicto corpore commigres ad liberum aetherem &c.

Jamblichus de vitâ Pythag. Num. cxxxvii.
Βέλομαι δὲ ἄνωθεν τὰς ἀρχὰς ὑποδεῖξαι τῆς τῶν θεῶν ἰεροκείας,

χίας, ἀς προετίσατο Πυθαγόρας τε, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν ἄνδρες. ἀπαντα ὅσα περὶ τῆς πράξεως, ἢ μὴ πράττειν διορίζουσιν, ἐτέ-
χασαι τῆς πρὸς τὸ θεῖον ὁμολογίας. καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ,
καὶ βίος ἅπας συντέλειαι πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ &c.
*Lubet autem etiam cultus divini repetita altius
principia ostendere, quae a Pythagora, et ejus sec-
tatoribus proposita sunt: quod scilicet omnia quae
de agendis, vel fugiendis definiunt, tendant ad
CONSENSIONEM cum DEO: estque principium ad
quod omnis eorum vita ordinatur DEUM SEQUI. &c.*
Atque iterum Hiërocles ibid. pag. 8 de Verbis
Aureis philosophiae Pythagoricae compendium con-
tinentibus: Ἀλλὰ πάντα ὁμοίως τὸ καθαρόν ἦθος ἐμφά-
νει, καὶ πρὸς τὴν θεῖαν ὁμοίωσιν ἀνάγει, καὶ τῆς Πυθαγορικῆς
Φιλοσοφίας τὸν τελειότατον σκοπὸν ἐκκαλύπτει. *Sed omnes
similiter morum puritatem explicant, & ad DIVI-
NAM SIMILITUDINEM deducunt, Pythagoricaeque
philosophiae FINEM perfectissimum ostendunt.* Verum
enim vero in omnia alia abijt Metempsychosis.

§ II. Imo & Deorum similitudine inducta cum
iis versari, familiarique uti consuetudine facit sco-
pus Pythagoricus. Hiërocles in Aur. Carm. pag.
305, 306. Ὡς περ ἐν τὴν ψυχὴν ἐπιστήμη καὶ ἀρετῇ δεῖ
κοσμεῖσθαι, ὅπως τοῖς αἰ τοῖς τοῖς συνεῖναι δύνηται. ἔτω καὶ
τὸ ἀνγοειδὲς καθαρόν καὶ αἶλον δεῖ παρασκευᾶσαι, ἵνα τὴν τῶν
ἀθερίων σωμάτων ἀνάσχηται κοινωνίαν. δι' ὁμοιότητος γὰρ πάντα
φιλεῖ πρὸς ἄλληλα συνάπτεσθαι. τῇδε ἀνομοιότητι καὶ τὰ ἐγ-
γύς ὅλα τοῖς τόποις χωρίζεται. τῷτο τῆς τελειότητος Φι-
λοσοφίας τὸ μέτρον οἱ Πυθαγόρειοι παρέδωκαν, πρὸς τὴν ὅλα
τῆς ἀφρότης τελειότητα οἰκεῖον καὶ συμμετρον. *Quemad-
modum igitur animum scientia atque virtute ornari
debet, ut cum TALIBUS (καθαροῖς πνεύμασι) MUNDIS*
P 3 SPI-

Et fami-
liarem
cum Diis
consue-
tudinem
inducere.

SPIRITIBUS) VERSARI *queat* : sic & *lucidum corpus purum existere, materiaque carere, ut ÆTHEREO-
RUM COMMUNICATIONEM queat tolerare. Solent enim SIMILITUDINE cuncta inter se conjungi : dissimilitudine autem, etiam quæ vicina sunt loco moveri, atque separari. Hunc præstantissimæ philosophiæ MODUM, ad cumulatum hominis PERFECTI-
ONEM aptum & convenientem tradiderunt PYTHAGORÆI.*

Atque ita vel ex ipsa crassæ Transanimationis definitione, quæ pro morum *similitudine* in alias atque alias transmittit species, Pythagoræos hac vita functos non homines, non bruta, neque fungos sed *Deos* renunciamus.

Hæc
dicta con-
firmari
ex eo
quod
animalia
caedere
consueve-
rint Py-
thagoræi.

§ III. Hisce omnibus certitudinem amplius conciliat praxis Pythagorica *Animalia caedendi*, atque utendi & *ad cibum*, & ad rem *sacram* : ita ratione in oppositum ducta contra Metempsychosin quasi a Pythagora assertam concludimus.

Cum enim passim assertum offendamus : *quia credidit Pythagoras Animas humanas etiam in brutorum transmigrare corpora, ab omni animalium cæde, carnisque esu abstinere jussit, & non nisi sacrificiis incruentis rem fieri sacram voluit : ne scilicet Animæ humanæ suo exturbarentur domicilio, atque perpetuum patraretur homicidium : sic ex adverso pari jure argumentari licitum erit : quia nec cæde, nec esu brutorum abstinuit Pythagoras neque Animarum in eorum corpora transmeatum credidit. Id quod sequenti disquisitione demonstrare adnitemur.*

C A P U T XV.

*An Pythagoras abstinuerit ab omni CARNIUM
ESU, & ANIMALIUM OBLATIONE, ut solum
frugibus rem Sacram fecerit, ob asser-
tam videlicet Animarum de corpore
in corpus etiam brutorum TRANS-
MIGRATIONEM.*

§ I. Ita ajunt qui de Pythagora mentionem inji-
ciunt haud pauci. Paganinus Gaudentius
de Pythag. transmigr. exercit. I. c. VI. *Dogmata*
hoc habent plerumque ut non solum imbuant men-
tem opinione, verum & ad mores hominum dirigen-
dos se porrigant. Quod evenisse in sententia Pytha-
goraea de animarum transmigratione videmus.
Quandoquidem enim Pythagoras Animas esse im-
mortales, & MIGRARE A CORPORIBUS IN CORPORA
docuit, eo deinceps rem deduxit, ut juberet mor-
tales ab ESU CARNIUM abstinere, ANIMALIA NON OC-
CIDERE, VICTIMAS Diis immortalibus NON MACTA-
RE, sed vefci oleribus, ejusmodique aliis, fructi-
busque rem divinam facere.

Diogenes Laërtius lib. VIII. pag. 217. Τῶτον γὰρ
καὶ τὰ πορεύειν ἀπαγορεύειν, μὴ ὅτι γε ἀνίσταται τῶν ζώων,
καὶ τὸν δίκαιον ἡμῶν ἐχόντων ψυχῆς. Quippe hunc (Pytha-
goram Philosophum) vel occidi, vetuisse, (tra-
dunt)

*Omnem
anima-
lium cae-
dem pro-
hibuisse
Pytha-
goram se-
cundum
multos.*

dunt) *tantum abest ut animantia GUSTARI vellet, communi nobiscum animae jure sociata.* Ad quæ Aldobrândinus : *quod quidem dogma in eum recte conveniebat, qui $\mu\sigma\kappa\epsilon\iota\sigma\iota\chi\omega\sigma\iota\omega$ poneret, animamque humanam varia animantium induere genera putaret, quod Pythagoræ uno omnium scriptorum ore tribuitur.*

Ne videlicet animae parentum, fratrum, amicorum, imo generatim hominum suis exturbarentur habitaculis.

§ II. Ne videlicet carnibus Parentum, Fratrum, Agnatorum, amicorum, hominumve aliorum vesceretur sæva mortalitas : Animasque ut innocuas justis exturbare sedibus continuo desuesceret. Ovidius Metamorph. XV. Fab. XLIII.

Nos quoque pars mundi (quoniam non corpora solum,

Verum etiam volucres animae sumus inque FER-
NAS

Possumus ire domos, PECUDUMQUE IN PECTORA condi)

CORPORA quae possunt ANIMAS HABUISSE PARENTUM,

Aut FRATRUM, aut aliquo JUNCTORUM FOEDERE nobis,

Aut HOMINUM certe tuta esse, & honesta sinamus

Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.

Et lib. eod. Fab. III.

Ergo ne pietas sit victa cupidine ventris

Parcite (vaticinor) COGNATAS CÆDE NEFANDA

EXTURBARE animas, ne sanguine sanguis alatur.

Hen-

Heurnius Philosophiâ Barbaricâ p. m. 74. *Animum humanum per corpora hujus mundi circulare dicebat — hinc PARRICIDIUM esse ANIMALIA NECARE asseribat, (Pythagoras) scelusque scelerratam ingluviem sanguinolentis animalium visceribus saturare.* Sicque ut Animæ pro vario vitæ genere in varia immittendæ erant animalia, vel bona, vel mala, vel mansueta, vel fera, ab omni animalium specie abstinendum erat; ne ulla destruantur animarum habitacula. Ita passim.

§ III. Verum enim vero neque sic voluisse Pythagoram, atque & hanc a Pythagoricis decretis thesin esse alienam, quantum hactenus videre licuit, dictant sequentia.

Primo quidem quod a carnium esu neutiquam abstinuerit ipse Pythagoras; contra vero juxta ac Discipuli eas in cibum receperit. Id auctoritate Aristoxemi, Alexidis, & Plutarchi ex Aristotele testatum facit A. Gellius Noct. Attic. lib. iv. c. xi. quem audiamus: *Opinio vetus FALSA, ait, occupavit & invaluit PYTHAGORAM philosophum NON ESTAVISSE EX ANIMALIBUS &c. PORCULIS quoque minusculis, & HOEDIS TENERIORIBUS victitasse, idem ARISTOXENUS (vir literarum veterum diligentissimus) refert. Ac de ANIMALIBUS ALEXIS etiam Poëta in comoedia, quæ Pythagoræ vita inscribitur, docet. PLUTARCHUS quoque, homo in disciplinis gravi auctoritate, in primo librorum quos de Homero composuit, ARISTOTELEM philosophum scripsit eadem ipsa de PYTHAGORICIS scripsisse, quod NON ABSTINUERINT EDUNDIS ANIMALIBUS, NISI PAUCA CARNE QUADAM.*

Non autem sic opinatum esse Pythagoram; cum ipse, ut & discipuli carnem in cibum adhibuerint.

Q

quo-

quoniam res inopinata est subscripsi: Αἰσιότης δὲ μήτερος, καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαι φησι τὰς Πυθαγορείους. Χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. Αἰκαλύφη autem est animal marinum quod urtica appellatur. Sed et piscibus NONNULLIS abstinere Pythagoricos Plutarchus in Symposiasticis dicit.

Idem ex Aristoxeno tradit Laërtius lib. viii. de vita Pythag. pag. 219. Οὐ γὰρ Αἰσιόξενος πάντα μὲν τὰ ἄλλα συγχωρεῖν αὐτὸν ἐσθλεῖν ἐμψύχα, μόνων δὲ αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀγοτῆρος βοῶς καὶ κελῦ. *Sed tamen Aristoxenus OMNIBUS EUM ANIMANTIBUS VESCI PERMISISSE, bove tantum aratore atque ariete abstinuisse tradit. Quæ eadem legas apud Suidam. Atque pariter Athenæus lib. X. Καὶ Πυθαγόρεος ὁ Σάμιος μετρίως τροφῇ ἐχρήτο, ὡς ἴσoreῖ Μίκων ὁ Γάσευς ἐν τῷ περὶ Πυθαγορείων. ἐκ ἀπέχετο δὲ ἐμψύχων ὡς Αἰσιόξενος εἴρηκεν. Et Pythagoras Samius modico cibo usus est uti tradit Micon in lib. de Pythagora. NON ABSTINUIT AB ANIMALIBUS vivis uti dixit Aristoxenus.*

Quod
confer-
mat ex
Plutar-
cho.

§ IV. Ita apud Plutarchum Empedocles de Pythagoricis testatur, quod quidem ex animalibus omnium maxime a piscibus abstinere soliti fuerant; veruntamen aliis animalibus mediocriter vesci, & iis rem sacram peragere. Sympos. lib. viii. quæst. viii. pag. 728. Ἀλλ' ἐκεῖνό γε δοκῶ μήτε ἀρρήτων εἶναι μήτε ἀνέξοιτον πρὸς ἐτέρας ὅτι δὴ μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀπέχεοντο. καὶ γὰρ ἴσoreῖται τὸ πρὸς τῶν παλαιῶν Πυθαγορείων. καὶ τοῖς κατ' ἡμᾶς Ἀλεξικράτης ἐνέτυχον μαθηταῖς, ἄλλα μὲν ἔστιν ὅτε μετρίως προσφερομένοις, καὶ νῦν Διὰ θύκων, ἰχθύος δὲ μὴ γένεσθαι τὸ παρῆπαν ὑποδράσκον. *Id solum arbitror non esse dictu nefas, aut vetitum aliis explicari, cur piscibus maxime abstineant Pythagorici.*

rici. Hoc enim & de antiquis narratur : et in
discipulos incidi Alexicratis qui nostro tempore vixit
RELIQUIS MEDIOCRITER VESCENTES, atque etiam
MACTANTES, piscem autem gustare omnino recu-
santes.

§ V. Utique carnem Animalium, quæ Diis im-
molare fas erat, comedere Pythagoræis erat lici-
tum, & consuetum. Jamblichus de vitâ Pythag.
Num. xcviii. Ἐπειτα ἐπὶ τὸ δεῖπνον χωρεῖν, ὡς πρὸ ἡ-
λίου δύσεως ἀποδεδειπνημένοι. χρῆσθαι δὲ καὶ οἴνῳ, καὶ μάλῃ,
καὶ ἄλσιν, καὶ ὄψιν, καὶ λαχανοῖς ἐφθόϊς τε καὶ ὠμοῖς. παρ-
ήτερος δὲ κρέα ζῶων θυσίμων ἱερέων. *Hinc ad Cœnam*
ibant; cui ante Solis occasum finis imponebatur.
Sumebant vero & vinum, & mazam, & panem,
& opsonium, & cruda pariter coctaque olera. Ap-
ponebatur iis etiam CARO DE ANIMALIBUS QUÆ IM-
MOLARE FAS ERAT. Ut ipse Pythagoras hac, licet
rarius, vesceretur. Porphyrius de Vita Pythag.
Num. xxxiv. Τῆς δὲ διαίτης τὸ μὲν ἄριστον ἦν κηρίον ἢ
μέλι. δεῖπνον δ' ἄρτον ἐκ κέγχρων, ἢ μάλῃ, καὶ λάχανα
ἐφθὰ καὶ ὠμά. σπανίως δὲ κρέας ἱερέων θυσίμων. *Quod*
ad victum pertinet, prandium quidem ejus favo aut
melle constabat : Cœna vero pane ex milio, & pul-
te, & coctis crudisque oleribus, RARO AUTEM CAR-
NE EX VICTIMIS SACRIFICIORUM. Et ita Sylla apud
Plutarchum rationem redditurus cur Pythagorici a
piscibus potissimum abstinuerint, ait eos plurimum
vesci solitos iis quæ Diis erant immolata; sed nul-
lo pisce rem sacram fieri Sympof. lib. viii. pag.
729. Ταῦτα ἐπαινέσας ὁ Σύλλας προσεῖπε περὶ τῶν Πυθα-
γορεῶν, ὡς μάλιστα μὲν ἐγεύοντο τῶν ἱεροθύτων ἀπαρχομένοι
τοῖς θεοῖς. ἰχθύων δὲ θυσίμος ἔδειξ, ἔδὲ ἱερέσιμος ἔτι.

Histe collaudatis Sylla addidit Pythagoricis eos maxime SACRIFICIA GUSTASSE, Deoque libasse, (seu maxime comedisse ea, que Diis immolata erant rem sacram facientes,) piscium vero nullum immolari, nullo rem sacram fieri.

Absti-
nenti-
am
Pytha-
goricam
certas
tantum
animali-
um spe-
cies re-
spexisse.

§ VI. Quod itaque secundo Abstinencia qualif-
cunque Pythagorica *certas tantum* animalium *spe-*
cies respexerit: uti supra audivimus ex Gellio non
abstinuisse Pythagoricos edundis animalibus nisi
pauca carne quadam: v. c. Bove aratore, Ariete,
alba Gallina, Mullo, Erythino, Melanuro, Urti-
câ, vel generatim Piscibus, atque omnibus Morti-
cinis; quemadmodum vegetativorum nonnulla *usui*
vulgari eximebat, uti Malvam, Fabas &c. reliquis
autem vesci non refragabatur. vid. Laërt. p. m. 218.
Ælian. Var. Histor. lib. iv. c. xvii. Jamblich. de
Vit. Pythag. Num. LXXXIV. cix. &c. Sed *omne*
genus animantium pro morum varietate pervagari
mentem humanam jubet Metempsychosis, uti su-
pra cap. i. visum est: *nulla* itaque erant cædenda
animalia; sed cæsa: ergo non credita Metempsy-
chosis.

Quid hic.
Jambli-
chus.

§ VII. Unde rem male sanant ea quæ apud
Jamblichum de vitâ Pythag. Num. LXXXV. habentur. Εἰς μὲν τῶν ζώων ἐκ ἐσέρχεται ἀνθρώπου ψυχὴ, ἀ-
φ' ἧς ἐστὶ τυφῆναι. διὰ τὸ τοῦ ζώου ψυχῆς καὶ ἐσθλῆς μόνου,
οἷς δὲ τὸ ἐσθλὸν καὶ ψυχῆ. ἄλλὰ δὲ μηδενὸς ζώου. ANIMAM
humanam in ea saltem animalia NON INGREDI,
quæ MACTARE FAS EST; ideoque ex immolabilibus
illa sola comedenda, quæ pro victimis cædere licet;
a cæteris omnibus abstinendum. Nam I. ergo ani-
malia cædere, iisque rem sacram facere licuit. Li-
cuit

euit quoque II. dapibus cruentis ventrem Saturare. III. Docendum erat quænam animalia cædere fas sit, quæque animarum receptacula, quæ non item. Verum IV. omne terrestrium, volatiliū, & aquatiliū genus subintrare humanam mentem audimus. Hinc, si Luciano fides, Pythagoras quondam *Equus*, *Graculus*, *Rana*. In Gallo. Atque ipsum Pythagoram, cum suis, extraordinario in casu vel *Boves* immolasse, *Gallos*, (quos ipsam tamen informasse sæpius mentem Pythagoricam nobis testis est Mycilli gallinaceus,) *Hædos* lactentes, *Agnos*, *Porcellos*, &c. haud inepta sane animorum hospitia, sequentia docebunt. Et tandem animas humanas in Leones ingredi, Serpentes, Lupos, vulpes relatum nobis est; atqui animantia *noxia* interficere Pythagorice fuisse licitum patebit: Imo vero nec id accurate dicitur, illa sola comedita esse quæ pro victimis offerre fas esset, cætera omnia vetita, cum & *Marinis* nonnunquam, quanquam rarius, usus sit Pythagoras, pariter ac quidam qui eum sequebantur. Laërtius lib. VIII. p. 218. ὅψα τε τὰ πολλὰ λαχάνοις ἐφθῆς τε καὶ ὀμῶις, τοῖς δὲ θαλασσίοις σπανίως. *Ac plerumque olera tum elixa, tum cruda obsonavisse* (tradunt) MARITIMA RARO ADHIBUISSE. Jamblichus de vitâ Pythag. Num. XCVIII. τῶν δὲ θαλασσίων ὅψων σπανίως χρῆσθαι. *Raro autem vescebantur* (Pythagorei) OPSONIO A MARI PETITO. Atqui nullo pisce rem facram fieri, nullum immolabilem esse, supra ex Plutarcho didicimus.

§ VIII. Quod ita porro præscriptam abstinentiam Pythagoricam offendamus, ut aperte & animalium,

Præscriptam abstinentiam

Q 3.

lium,

CAP.

XV.

tiam Py-
thagori-
cam ani-
malium
cædem
carnium
esum in-
ferre:
cum has
& illas
partes
vetet.

lium *cædem*, & carniū *esum* inferat: 1. cum par-
tibus animalium distincte his & illis vesci vetet, ut
corde, *cerebro vulvâ*, victimarum lumbis, medullâ,
pedibus, capite, testiculis, vid. Symbol. Pythag.
Laërt. lib. VIII. pag. 218. Porphy. de vitâ Pythag.
Num. XLIII. prohibet lex Pythagorica; verum e-
nim vero si animalium cædes interdicta penitus,
carnes ulla gustare nefas, quâ, amabo, necessita-
te *cor*, *cerebrum vulva* esui exemptæ? Id Sane, si
ullus Verbis subest sensus, significat alias partes
comedi licitas esse, interdictas alias. Ut hinc Py-
thagoras, si quando carne ex victimis oblati ves-
ceretur, (quod tamen raro faciebat,) non quasunque
promiscue partes assumebat; sed nonnullas cave-
bat religiose. Porphy. de vitâ Pythag. Num.
XXXIV. *Quod ad victum pertinet, prandium qui-*
dem ejus favo aut melle constabat: coena vero pane
ex milio, & pulte, & coctis crudisque oleribus.
σπανίως δὲ κρέας ἱερέων ἡνσιμῶν, καὶ τὸτο ὅδ' ἐκ παντὸς
μέγας. *Rarissime autem CARNE EX VICTIMIS SACRI-*
FICIORUM: NEQUE EA PROMISCUE EX QUAVIS PARTE.
Idem Porphyrius de Pythagoreis de Abstin. lib. II.
§ XXVIII Ὅτε δὲ εἰς ἀπαρχὴν πὶ τῶν ζώων αὐτ' ἐαυτῶν
μερίσκειαν τοῖς θεοῖς, τέττε γευσσάμενοι μόνον, πρὸς ἀλήθειαν
ἀθικτοὶ τῶν λοιπῶν ὄντες ἔζων. *Quando vero aliquas ex*
ANIMALIBUS PRIMITIAS pro se ipsis Diis distribue-
rent (Pythagorei) ex iis PAULULUM tantum DE-
GUSTA-

1. Cum partibus animalium distinc-
te his & illis vesci vetet.] Quod &
ab Aegyptiis hausisse videtur, queis
a nonnullis partibus abstinere con-
fuetum erat, aliis autem vesci; u-
ti est apud Sextum Empiricum, qui
ait alios caput animalis edere pro-
fanum arbitrari, alii scapulam, alii
pedem, alios quid aliud Pyrrh. Hy-
pot. lib. III.

GUSTARUNT, *revera* CÆTERIS PARTIBUS INTACTIS *viventes*. (ni malis reliquis, *animalibus*, scilicet non oblati.)

§ IX. Imo & ipsum Pythagoram *Animalia* Diis immortalibus *maçtasse* auctores haud contemnendos habeamus testes: Εἰσπόμεβην etenim, cum reperisset latus subtensum trianguli rectanguli lateribus continentibus æquivalere obtulisse adferunt: Laërtius in vitâ Pyth. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος ὁ λογιστικὸς εἰσπόμεβην θῦσαι αὐτὸν, εὐρόντα ὅτι τῷ ὀρθογωνίῳ τριγώνῳ ἡ ὑποτείνουσα πλευρὰ ἴσον δύνανται ταῖς περιεχόμεναις καὶ εἶναι ἐπίγεγραμμενὰ ἕως ἔχον

Pythagoram
sacrificium C.
Bovum fecisse Diis.

Ἡΐνυκε Πυθαγόρου τὸ περιεχόμενον εὐραλο γεγέμεμα
Κεῖν' ἐφ' ὅτῳ κλεινὴν ἤγαγε βεβηυσίην.

Apollodorus qui λογιστικὸς appellatur scribit eum, cum Trianguli rectis angulis præditi inferius latus continentibus lateribus equiparari invenisset, CENTUM BOVES IMMOLAVISSE: qua de re est ejusmodi epigramma

*Pythagoras quondam Dīs fecit NOBILE SACRUM
Inventa est illi littera quod celebris.*

Idem Athenæus Deipnosoph. x. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ λειψμητικὸς καὶ θῦσαι φησὶν αὐτὸν εἰσπόμεβην, ἐπὶ τῷ εὐρηκέναι ὅτι τριγώνῳ ὀρθογωνίῳ ἡ τὴν ὀρθὴν γωνίαν ὑποτείνουσα ἴσον δύνανται ταῖς περιεχόμεναις: Ἡΐνυκα (Ἡΐνυκε) Πυθαγόρου &c. Vitruvius cum *hostias* immolavisse generaliter ait, de Architect. Lib. ix. c. ii. *Id Pythagoras eum invenisset non dubitans a Musis se in eâ inventio-*

ventione monitum, MAXIMAS GRATIAS *agens*, HOSTIAS *dicitur iis* IMMOLAVISSE. Plutarchus *Bovem*, lib. non posse suaviter vivi secundum Epicur. op. tom. II. pag. 1094. Καὶ Πυθαγόρας ἐπὶ τῷ διαγεύματι βῆν ἔθυσεν ὡς φησὶν Ἀπολλόδιωτος (Ἀπολλόδορος)

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλαῆς ἔνετο γεῦμα
Καὶνο ἐφ' ᾧ λαμπρὴν ἦετο βαθυσίην.

*Id non de
farinaceo
quopiam
capien-
dum esse.*

§ X. Porphyrius, fateor, ut vulgo legitur, hunc *Bovem* facit *σάτινον* ex *farina triceā aquā subactā* confectum, ita ut nihil præter bovis figuram habuisset: de vitā Pythag. Num. XXXVI. Ἐβαθύτησε δέποτε *σάτινον*, ὡς φασὶ βῆν οἱ ἀκειβέτεροι, ἔξυρᾶν τῷ ὀρθογωνίᾳ τὴν ὑποτάσσαν ἴσον δυναμένη ταῖς περὶ ἑξέσας. *Quin* ὁ *BOVEM EX FARINA CONFECTUM* ut *accuratiores affirmant immolavit, cum reperisset latus subtensum trianguli, rectanguli lateribus continentibus aequivalere.* Verum enim vero non *σάτινον* legendum autumem; sed uti recte me iudice conjectabat Rittershusius in loc. *σάτινον* hoc est *pinguem*: *τέαρ* enim *τέατος* τὸ *adipem*, *pinguedinem* dicit. Atque Pythagoras ob insigne illud *εὔρημα pinguem* id est insignem, splendidum bovem (vel boves) Diis immolavit: Scilicet ex Bobus, Taurisque victimæ erant *opimæ, et lautissima Deorum placatio* teste Plinio Hist. Nat. lib. VIII. c. XLV. Uti Laërtius & Athenæus *βαθυσίην* Pythagoricam ajunt *κλεινὴν inclutam*, Plutarchus *λαμπρὴν splendidam*; quæ pinguium & splendorum hostiarum est. Convenit materia τῶν *ἑξατομβῶν*, quæ ἐξ ἑξατῶν δηλονότι κυρίαν βοῶν centum PRÆSTANTIBUS bo-

bus

bus constabat, definiente Eustathio Iliad. I. Atque
ita Virgilius de sacrificio Aristæi *eximios* Tauros
memorat, lib. IV. Georg.

*Quattuor EXIMIOS PRÆSTANTI corpore Tauros
Ducit, & intactas totidem cervice juvencas.*

Imo & hac ratione textus Porphyrii bene cohæret, sibi que constat : scilicet dixerat Porphyrius communem & *ordinarium* Pythagoræ morem fuisse *farre, libo, thure, ac myrrha Deos placare, non animalibus* : Sed tamen & quandoque *gallis gallinaceis, & porcellis* teneris rem sacram fecisse, quam rarius : imo & aliquando *bovem pinguem* immolasse ; sed præsigni in casu, cum videlicet problema illud Mathematicum adinvenerat. Verba sunt Θύων τε θεῶς ἀνεπαχθῆς ἦν, ἀλφίτοις τε καὶ ποπᾶν καὶ λιβανωτῶ καὶ μύρρα τὰς θεὰς ἐξίλασκόμεν, ἐμψύχοις δ' ἦναι, πλὴν εἰ μήποτε ἀλεκτορίσιν, καὶ τῶν χοίρων τοῖς ἀπαλωτάτοις. ἐβελύτευσεν δέ ποτε γεατῶν, ὡς φασὶ βῆν, οἱ ἀκριβετέροι, ἐξευγὼν ἔορτογωνίαν τὴν ὑποτείχσαν ἴσον δυναμένην ταῖς περιέχουσιν. Cumque Diis sacrificaret non molesta & invidiosa profusione, sed farre & libo, item thure atque myrrhâ Deos placabat, minime vero animalibus : nisi forte GALLIS GALLINACEIS, & PORCELLIS tenellulis. Quin & BOVEM PINGUEM, ut accuratiores affirmant immolavit cum reperisset latus subtensum trianguli rectanguli lateribus continentibus equivalere. Et hæc concinunt cum Jamblichio qui ait Acusmaticis præceptum esse σπανίως ἐμψύχα θύειν &c. NON NISI RARO IMMOLARE ANIMALIA. de Vitâ Pyth. Num. CL.

R

§ XI.

τογόνων &c. Imo & aliquos numerum centenarium quælivisse in victimarum *pedibus* non *totis indivi-*
duis, quasi ἐκατόμβη dicat ἐκὰς τὸν βᾶσις ἢ πόδας *cen-*
tum pedes, atque adeo *viginti quinque quadripe-*
dibus confutit. Quos tamen audiendos negant
 Vossius, & Fungerus in Etymologicis aliique. Uti
 & eos qui nonnunquam *indeterminate* pro *grandi*,
 inclytoque sacrificio, seu *multarum victimarum*
oblatione sumtam vocem ajunt; Veruntamen pro-
 prie numerum hostiarum *centenarium* indicari & o-
 rigo Laconica, & exempla testantur abunde. Vid.
 Feith. Antiq. Homer. lib. I. c. IX. Potter. Arch. Græc.
 lib. II. c. XX. &c. Atque ullibi ἐκατόμβην signifi-
 care sacrificium non mactativum seu *incruentum*,
 vel *frugum oblationem* nullus credo.

§ XII. Neque juvat, quod huc referunt vulgo, *Neque*
 Empedoclis Pythagorei factum, qui, cum in cer- *Empedo-*
 tamine Olympico victor extitisset, *bovem* finxerat *clis fac-*
e myrrhâ, thure, pretiosisque *aromatibus* aliis, eum- *tum ad*
 que inter eos, qui ad illum conventum confluxe- *extraor-*
 rant, distribuerat. Athenæus Deipnos. lib. I. c. III. *dinarium*
 Ἐμπεδοκλῆς δ' ὁ Ἀκραγαντῖν ἱπποῖς Ὀλύμπια νικήσας *Pythago-*
 Πυθαγορικὸς ὦν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύνης, καὶ *re sacrifi-*
 λιβανωτῶ, καὶ τῶ πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βῆν ἀναπλάσας, *cium*
 διένειμε τοῖς ἐν τῇ πανήγυρι ἀπαντήσασιν. Vide & Laërt. *quicquam*
 in Vitâ Empedoclis. Cum Pythagoræος ἄψυχα of- *facere.*
 ferre *communiter* seu *ordinario* solitos nullus neget:
 imo nonnisi raro (σπανίως) ἐμψύχοις uti iis fas fuisse
 constet: Empedocles hinc pro communiore suorum
 consuetudine *incruenta* obtulerit (quod & sexcen-
 ties alias fecerit Pythagoras,) id autem nullâ Se-
 quelâ vi oblationem Pythagoræ *extraordinariam*,

Hecatombes videlicet, ejusdem fuisse qualitatis infert. Interim, ut hoc in transitu notem, non obtulit ἄψυχα Empedocles, & ab animalibus abstinuit ob creditum quendam animarum *transmeatum*: oportuisset enim aliter & *plantis* abstinuisset: nam & in eas transmigrare mentes, æque ac viva brutorum corpora, secundum illum, famam adferentem habemus.

Ex farre
quid m
confictas
hostias;
sed ex
pauperie
ex ima
necessita-
te.

§ XIII. Ex *farre* sæpius confictas hostias & oblatas legimus; sed aliam longe ob causam quam creditam Metempsychosin: illam scilicet, quæ *jubet quidvis facere pauperiem & egestatem*. Sic apud Ægyptios *pauperes* inopiæ causâ victima ex *farre* formatas sacrificare consueverant. Herodotus lib.

II. §. XLVIII. Οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βίης, ταίνας πλάσαντες ὥς καὶ ὀπτήσαντες τὰυτας θύουσι. *Qui sunt ex iis (Ægyptiis) INOPES propter TENUITATEM facultatum sues FARINACEAS fingunt, quas coctas immolant*. Uti Cyziceni Proserpinæ quotannis bovem nigram immolare consueti, cum a Mithridate obsessi erant, hincque sibi bovem parare haud poterant, ex *farinâ confictam* aræ adhibuerunt. Plutarchus in Lucullo p. 497. Οἱ μὲν ὑπόβην βοὸς μελαίνης πρὸς τὴν θυσίαν καὶ ταίτην πλάσαντες τῷ βωμῷ παρέστησαν. *Qui cum nigrâ bove ad immolandum 4. deficerentur, farinaceam fictam admoverunt aræ.*

4. Deficerentur.] Quemadmodum. & omnis abstinentiæ Pythagoricæ rationem unicam sarcastice *Pauperiem* enarrat Aristophanes in πυθαγορίοις apud Athen. Deipnos. I. IV.

Τὴν πρὸς θεῶν εἰόμεθα τὰς πάλαι ποτὶ

§ XIV.
Πυθαγορίως γνωμένους ὄντας βυτῶν
ἔκοντας, ἢ φορεῖν τρίβαντας ἡδέως;
Ὅτε ἔστι τῶτων εἶδὲν αἷς ἐμοὶ δοκεῖ,
Ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης καὶ ἔχοντες εἶδὲν ὅν;
Τῆς ἐντελείας πρόφασιν εὐρόντες καλὴν;
Ὅπως ἐπηξεν τοῖς πίνησι χρησίμως
Ἐπεὶ παράδες αὐτοῖς ἔχθους, ἢ κρείας;
Καὶς

§ XIV. Tandem cum Pythagoram *animalibus* rem sacram fecisse, ut *gallis gallinaceis, & porcellis tenellulis* supra ajentem audiverimus Porphyrium; quibus addit Laërtius ἱεῖρας γαλαθῆρας, *hædos lactentes*, lib. viii. p. 219. Vid. & Suidas in Πυθαγόρας: & discipulis quibusdam, nonnulla permisisse *immolare*, quanquam parce, animalia, & quidem specificè ἀλεκτρυόνα, ἢ ἄρνα ἢ ἄλλο τι τῶν νεογνῶν *gallum, agnum, & alia recens nata*, prodat jamblichus, Num. cl. Atque Pythagoram, & Pythagoreos iis *vesci carnibus*, quæ Divis *oblata* erant, fuisse solitos cap. hujus § v. viderimus: imo & *Marinis* usos § vii. monstraverit; atque ex *animalibus* primitias Diis pro se distribuisse dederit § viii. hosce ἐμψυχα mactasse indubium opinamur.

§ XV. *Omnem animalium occidionem* Pythagorice damnatam esse id evertit ulterius, quod generi humano *noxia* saltem cædi voluerit Sapiens noster. Ovidius Metam. xv. Fab. xliii.

Noxia
animalia
per Py-
thagoram
licuisse
interne-
cioni da-
re.

Perdite si qua nocent, verum hæc quoque perditæ tantum.

Laërtius lib. viii. p. 219. Φυτὸν ἡμερὸν μήτε Φθεί-

R 3

peiv,

Κἂν μὴ κατεσθίωσι καὶ τῶς δακτύλους,
Ἐθίλω κρέμμεσθαι δεκάκις.

*Quid per Deos censemus, eosque olim
Pythagorici fuere sponte revera
sordibus squaluisse, vestesque laceras
Gestasse libenter: horum mihi vide-
tur nihil:*

Sed adductos necessitate, cum

ILLIS DEESSENT OMNIA,
FRUGALITATIS PULCRA QUADAM
INVENTA SPECIE,

*Sumptus utilem finem præfixisse PAU-
PERIBUS:*

*Nam opposita illis vel carne, vel
piste,*

*Nisi suos etiam digitos abliguriant,
E cruce volo pendere decies.*

πειν, μήτε σίνεσθαι. ἀλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώ-
πους. *Mitem arborem non violandam nec laedendam*
(statuebat,) *Animal itidem quod hominibus NON*
NOCEAT. Porphyrius de vitâ Pythag. Num. XXXIX.
Παρήνειδὲ καὶ τοιαύτῃ ζῶον ὃ μηδὲ βλαβερόν εἶναι πέφυκε τῷ
ἀνθρώπῳ μένει μήτε φθεῖρειν, μήτε βλάπτειν. *Præterea*
Et hæc præcipiebat animal humano generi innoxium
nec perdere, nec lædere. Eadem videas apud Jam-
blichum Num. XCVIII, & XCVIII. Plutarchus de
cap. ex inimic. utilitate : *Quod si recte Pythago-*
ras in brutis animalibus assuesecit suos, ad vitan-
dam crudelitatem, Et injurias, ideoque Et aucu-
pes improbavit, Et piscium redemptis capturis, di-
mitti eos jussit, καὶ πάντος ἡμέρας ζῶα φόνον ἀπηγόρευε,
omnisque NON FERI ANIMALIS caede interdixit. Ut iis
quæ noceant hac lege non sit cautum; e contrario
Διχαίς δ' ὄντι τῷ πρὸς τὰ θηρία πολέμῳ πολλὰν ἀπὸ χόμης
τῶν συναρῶν πόντων. *Cum JUSTE CONTRA FERAS BEL-*
LUM GERIMUS, a multis abstinemus quæ apud ho-
mines PLACIDE AGUNT. Ut est apud Porphyrium de
Abstinent. lib. I. XIV. Scilicet *aliae ex iis sponte ho-*
mines adoriuntur, ut Lupi Et Leones; aliae nonnisi
coactæ ut serpentes; qui quidem conculcati forte
remordere solent. Quinetiam nonnullæ homines
ipsos aggrediuntur; aliae consumunt. Quibus omni-
bus de causis feras persequimur, &c. ibid. Verum
enim vero ex æquo in *noxia*, quam *innocua* pro mo-
rum varietate lege Metempsychosæos transmitten-
das esse mentes Cap. I. § v. docet. Uti & apud
Inferos animæ Neronis habitaculum *Viperam Pin-*
daricam parari viderat Thespesius; apud Plutar-
chum de his qui fero a Numine puniuntur, op. tom.
2. p. 567.

Non

Non itaque omnem animalium cædem cohibuit
fapientia Pythagorica : neque crassam tenuit ani-
marum transmigrationem. CAP. XV.

C A P U T XVI.

ABSTINENTIAM *qualemunque Pythagoricam*
longe alias agnoscere causas quam asser-
tam METEMPSYCHOSIN.

S I. *A*lias omnino quoque, quam creditam ani-
marum *Revolutionem*, metumque ne pa-
rentum, amicorum, hominumque comedantur car-
nes, indicare *causas*, & fines *Abstinentiam* qua-
lemcunque Pythagoricam perspicuum est : consul-
turam videlicet tum humanæ vitæ *commodis*; tum
Deorum cultui; tum *sapientiae* studio; tum con-
suetudini *civili*. Ut usum animalium *immodicum*
duntaxat, & *profanum* proscripserit : Mentisque
humanæ *purgationi*, ad quam omnis collimat doctri-
na, intenderit. Quæ fient manifesta consideratis
a quibus animalium *speciebus* abstineri voluerit Py-
thagoras; *Quaque ratione* id injunxerit.

Absti-
nentia
que fuit
Pythago-
rica alias
longe ex-
titisse
causas
quam
creditam
quandam
anima-
rum Re-
volution-
em.

S II. Abstineri scilicet vulgo voluit Philoso-
phus ab iis Animalibus, quæ generi humano
in labore, ad *victum* necessario, *adjumento*
sunt : aut ad vitam humanam *sustentandam* viva
multum *profunt*. Ut generaliter ait Porphyrius,
Ὅτε τὸ παλαιὸν ὅσιον ἦν κτείνειν τὰ συνεργὰ τοῖς βίοις ἡμῶν
ζῶα, *Neque antiquitus sanctum habebatur ANIMA-*

Ex prae-
cripto
Pythago-
rae com-
muniter
abstinen-
dum fuit.
Se ab iis
quæ ho-

LIB. I.
CAP.
XVI.

mini in
labore
adjumen-
to sunt,
vel viva
multum
profunt:
ut BOVES
aratores.

136 DE PALINGENESIA VETERUM,

LIA quae vitae nostrae ADJUMENTO sunt occidere.
De abstinent. lib. II. §XXXI. Hinc *Bovem Aratorem*
mactare prohibuit. Laërtius in ejus vitâ p. 219.
Αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀποτῆναι βόος φησιν Ἀριστοξένος. *Ait*
Aristoxenus ipsum BOVE ARATORE abstinuisse. Jam-
blichus de Vit. Pythag. Num. CL. Βὺς δὲ μὴ θύειν
BOVES vero mactare minime praeceptum erat. Ovi-
dius ex nostri Sententiâ Metam. lib. XV. Fab. II.

Quid meruere BOVES, animal sine fraude doloque.
Innocuum, simplex, natum tolerare LABORES?
Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit, curvi dempto modo pondere aratri,
RURICOLAM mactare suum: qui trita labore,
Illa, quibus toties durum renovaverat arvom,
Tot dederat messes, percussit colla securi.

Et Dein:

————— Quod, oro,
Ne facite: monitis animos advertite nostris,
Cumque BOUM dabitis caesorum membra palato,
Mandere vos vestros scite & sentite COLONOS.

Cui &
parcere
Vetustis
gentibus
passim
constitu-
tum erat:
ut contra
ea, quae
agrorum,
siccipium-
que cul-

§ III. Quemadmodum agriculturæ ergo vetus-
tissimis gentibus *Bovem aratorem* mactare passim
vetitum erat. Varro de re Rust. lib. II. c. V. *Bos*
SOCIUS hominis in RUSTICO OPERE, & Cereris mi-
nister. Ab hoc antiqui manus ita ABSTINERI vo-
luerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset.
Quâ in re testis Attice, testis Peloponnesus. Æ-
lianus. Var. Histor. lib. V. c. XIV. Καὶ τὸ το δὲ ἦν

ΦΥΛΑΤ-

Φυλαττάμενον παρ' αὐτοῖς. βῶν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πο-
 ῆσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἀμάξῃ, μηδὲ τέτοι θύειν,
 ὅτι καὶ ἔτ' εἴη ἀν' γεωργὸς καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων
 κοινωνός. *Hoc etiam servatum, custoditumque apud*
ipsos 1. (Atticos) *est*: BOVEM ARATOREM, qui ju-
 gum trahit vel cum aratro, vel cum plauistro NE-
 MACTES: quoniam ille etiam AGRICOLA est, & hu-
 mano generi LABORUM SOCIUS. Vide & Plinium
 de Romanorum in hisce more Hist. Nat. lib. VIII.
 c. XLV. Uti hac de causā *Vaccam* Veteribus *Æ-*
gyptiis sacram, atque adeo comedi prohibitam
 tradit Diodorus Siculus lib. I. τὴν μὲν γὰρ θύλειαν
 βῶν ἐργάτας τίθειν; καὶ τὴν ἐλαφρὰν τῆς γῆς ἀρεῇ. VAC-
 CA (inquiunt) & alios qui TERRAM opere exerceant
 PARIT, & ipsa levius solum VOMERE PROSCINDIT.
 Unde apud hos & *Phoenices* citius quempiam homi-
 nis quam *Vaccæ* carnes gustaturum fuisse refert Por-
 phyrius de abst. lib. II. § XI. Sicut inter anima-
 lia in Ægypto cædi vetita ponit idem ea quæ labo-
 ribus erant dicata: τὰ δεδαμασμένα, ὡς ἡδὴ κατωσιω-
 μένα τοῖς πόνοις. De Abst. lib. IV. § VII. Et ita
 de *Brachmanorum* discipulis Strabo Georg. lib. XV.
 quod cum triginta & septem annos sub institutione

S

vixit

1. Atticos.] In festo fateor Du- nom. ubi de istius ætatis hominibus:
 poliorum Bos mactabatur; sed non
 nisi sub specie necis præter fas
 patratæ: cum cultrum quasi cae-
 dis reum damnarent, & in mare
 abjicerent. Vid. Ælian. Var. Hist.
 lib. VIII. c. III. Porphy. de Ab-
 stin. lib. II. § XXIX, & XXX. Fer-
 reo hinc demum seculo edi caepis-
 se boves aratores ait Aratus in Phæ-

Οἱ πρῶτοι νακόμενοι ἐχμικεύσαντο μά-
 χαιραν

Εἰσοδὴν, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀρο-
 τηρῶν.

Qui primum gladios duxere ex are
 malignos

Primi & aratoris gustarunt viscera
 Tauri.

vixerint CARNIBUS VESCANTUR ANIMALIUM QUÆ HOMINEM AD OPERA NON ADJUVANT. (σάκκας μὴ τὴν χρεῖαν συνεργῶν ζώων.) Unde minus recte Clemens Alexandrinus Strom. lib. III. Βραχυδάαι γ' ἐν ἑτέ ἐμψυχον ἐσθίσαν &c. ni de purgatissimis capias. Ut & apud *hodiernos* Brachmanas a *boum*, *vaccarumque* occidione temperandum volunt sacerdotes 2. ne *agros* horum cædes faciat desertos, *incultosque*; uti nobis prodidit F. Bernier annotat. de Imper. Mogol. part. III. p. 137. Atque contrariâ ratione ea animalia quæ fatorum, stirpiumque *culturæ* erant *inimica* ad aras Veteribus damna novimus, isti que Numini cujus muneri beneficio damna inferre solita erant immolanda. Ita *Sus* mactanda Cereri: quod excavatis scrobibus fruges convellere, & fegetem depascere consueverit. Ovidius Metamorph. lib. XV. Fab. III.

— — — Et prima putatur
Hostia SUS meruisse mori: quia SEMINA pando
ERUERIT rostro, spemque interceperit anni.

Baccho *caper* cædendus: quod viti noceat. Virgilius Georg. lib. II. 378. & seq.

Quan-

2. Ne *agros* horum cædes faciat tem dederat, ne quis VITULORUM desertos, incultosque.] Quorsum & CARNIBUS vesceretur, UTILITATI facit constitutio Valentis Imperatoris per Orientem vitulorum mactationem eadem de causâ quondam vetans! de quâ Hieronymus lib. II. adversus Jovinianum: *Imperator Valens nuper legem per Orientem* *AGRICULTURÆ providens.* apud Metonagium ad Laert. lib. VIII. Qui addit *etiamnum hodie VITULORVM CARNIBUS apud Moscovitas vesci prohibitum.*

*Quantum illi (viti) NOCUERE greges, durique
venenum*

DENTIS & admorso signata in stirpe cicatrix,
Non aliam ob culpam Baccho CAPER omnibus aris
Caditur. Et Ovid. loc. cit.

Ut Ægyptiis *Lunæ*, quæ eadem *Isis*; & *Ceres*
est, & *Baccho Sues* immolabantur, teste Herodo-
to lib. II. § XLVIII. *Aliis Diis immolare SUES jus
Ægyptiis non est, præterquam LUNÆ & LIBERO:*
quibus quum per tempus plenilunii SUES immola-
runt, eorum carne vescuntur. Atque inde forte
Pythagoræ Χοῖροι ἀπαλάτατοι porci 3. *tenerrimi* in-
ter ea queis rem Divinam facere fas sit. Porphy-
r. de Vit. Pythag. Num. xxxvi.

§ IV. Gallo hinc & albo parci jussisse videtur: *Ab albo*
quia supplex hominis *minister* est; dum horas de- *Gallo ab-*
nunciet, & ad labores excitet. *stinen-*
Jamblichus de vi- *dum*
tâ Pythag. Num. LXXXIV. Μηδὲ ἀλεκτρύονα λευκὸν *quod ad*
θύειν, ἰκέτης γὰρ ἰεὺς τῆς Μηρός. διὸ καὶ σημαίνουσιν ὥρας. *labores*
excitet.
Neque GALLUM ALBUM mactandum, quia supplex
est Mensi sacer. Unde & HORAS DENUNCIAT. (Pro
quo Μηρός apud Suidam est Ἡλῖς quia habet Μῆτε
λευκὸν ἀλεκτρύονα ἰσθύνειν ὡς ἰεὺς τῆς Ἡλῖς, καὶ ταῖς ὥραις
μηνύοντα.) Laërtius Ἀλεκτρυόνης μὴ ἀπτεσθαι λευκῷ, ὅτι
ἰεὺς τῆς Μηρός καὶ ἰκέτης. — σημαίνει γὰρ ταῖς ὥραις. GAL-
LO autem Gallinaceo ALBO vefci prohibuisse, quod
& Mensi sacer sit & supplex. — Tempora enim
S 2 signi-

3. *Tenerrimi.*] Scilicet porci, ut ab eo appellantur ab Antiquis Sacri,
ait Varro de Re rusticâ lib. II. quod tunc dicuntur primum ad sacri-
qui a partu decimo die habentur puri, ficta idonei.

significat. Vid. Menagium in loc. Scilicet Galli gallinacei, uti ait Plinius, *nostri VIGILES nocturni sunt, quos EXCITANDIS IN OPERA MORTALIBUS, RUMPENDOQUE SOMNO natura genuit.* Histor. Nat. lib. X. c. XXI. *Albo* autem, quod hic color Dis gratus sit, sacris passim accommodatus, vid. Plato de Leg. dial. XII. de quo capiendum Symbolum Ἀλεκτερόνα τέρε μὲν, μὴ γὰρ δέ, &c. *Gallum alito quidem, ne autem sacrificato.* Cæteris mac-
tari licitis.

*Ab Ove:
quod ex
lana ge-
neri hu-
mano
vestium
mate-
riam
præbeat,
ex lacte
alimo-
niam.*

§ V. *Ovem* quoque hinc mactationi vulgari ex-
mit: quæ generi humano *vestium* materiam lanam
suam subministrat, *lacteque* suo alit. Pythagoras ap-
ud Ovidium Metam. XV. Fab. II.

*Quid meruistis OVES placidum pecus, inque TU-
ENDOS*

*Natum homines, pleno quæ fertis in ubere NEC-
TAR?*

*Mollia quæ nobis vestras VELAMINA lanas
Præbetis, vitæque magis, quam morte juvatis?*

Idem ibid. Fab. XLIII.

*BOS ARET aut mortem senioribus imputet annis:
Horriferum contra BOREAM OVIS ARMA ministret,
UBERA dent saturæ manibus pressanda CAPELLÆ.*

Unde Laërtius illum secundum quosdam Gallos
& Haedos lactentes sacrificasse, minime autem
omnium agnos, (ἡκιστα δὲ ἄγνασιν) in Pythagora p.
219. De Ægyptiis juvenalis Satyræ XV.

— LA.

— LANATIS animalibus abstinet omnis
Mensa : nefas illic fœtum jugulare capellæ.

Quod tamen non universale penitus : cum apud *Mendesios* oves immolari consueverint. Herodotus lib. II. § XLVI. *Qui vero Mendetis templum obtinent, sive Mendesiæ provinciae sunt, hi capris abstinentes, IMMOLANT OVES.* Imo & *Nitriotas*, seu *Nitriotis* præfecturæ incolas, uti refert Strabo Geograph. lib. XVII. Quanquam quod inquit, id apud *hos solos* viguisse, Herodoti refragatur auctoritas : *Ultra Momemphim (ait) sunt nitrariæ duæ, quæ nitrum plurimum ferunt, unde Nitriotica præfectura est. Hic Serapis colitur, & apud hos solum in Ægypto ovis mactatur.* (παρά μόνοις τέτοις γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ πρόβατον.) Quod idem interim *solis Lycopolitanis* adscribit Plutarchus de *Iside & Osiride* p. 380. Μόνοι γὰρ ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων Λυκοπολίται πρόβατον ἱερίσιν. &c. SANE SOLI omnium *Ægyptiorum* LYCOPOLITÆ OVEM edunt. Hinc ferire *Bovem aratorem*, *Ovem* vestibus genus humanum exornantem, & *Gallum* domus custodem ut insolentis gulæ, & gliscentis internecinæ vitiorum proluvie prolem notat Plutarchus de carniū esu orat. II. Οὕτω τὸ πρῶτον ἀγέλιον π ζῶον ἰβρώτη, καὶ κακῆργον, εἶτα ὄρνις τις ἢ ἰχθὺς εἰλκυσο. καὶ γετόμενον εἶω καὶ προμελετήσαν ἐν ἐκείνοις τὸ νικῆν ἐπὶ βῶν ἐργάτην ἦλθε καὶ τὸ κοσµὸν πρόβατον, καὶ τὸν οἶκρον ἀλεκτρούνα. καὶ κατὰ μικρὸν ἄτω τὴν ἀπλησίαν τονώσαντες ἐπὶ σφαγᾶς ἀνθρώπων καὶ φῶας, καὶ πολέµους προήλθον. Sic ab initio ferum aliquod animal devoratum fuit ; deinde avis aliqua

aut piscis. Donec his condocesacta & gustui assueta LIBIDO ad BOVEM OPERARIUM progressa est, & OVEM quae nos ORNAT, CUSTODEMQUE domus GALLUM. Itaque paulatim inexpletam roborantes AVIDITATEM in CAEDES HOMINUM & BELLA sunt delapsi.

Ab iis
quoque
quae Diis
Sacra.

§. VI. Ab iis porro, quæ Diis erant *consecrata*, animalibus cohibendas manus gulamque edixit Pythagoras : quod, reverentiâ ea majori digna duceret, quam ut communi hominum usu absumerentur : imo nefas existimaret eadem Diis & hominibus apponi. Jamblichus de vitâ Pythag. Num. CVI. Κατ' ἄλλον δὲ αὐτῶν τῶν νομιζομένων εἶναι ἱερῶν σφόδρα ἀπέχεσθαι παρήγγελλεν, ὡς πρὸς ἀξίων ὄντων, ἀλλ' ἔχθι τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης χρήσεως. *Alio vero intuitu abstinere jubebat a comedendis quæ SACRA censebantur ; quia honore, reverentiâque majori digna essent, quam ut communi hominum usu absumerentur.* Laërtius in Pythag. p. 222. Τῶν ἰχθύων μὴ ἀπείσθαι ὅσοι ἱεροί. μὴ γὰρ δεῖν τὰ αὐτὰ τετάχθαι θεοῖς, καὶ ἀνθρώποις ὥσπερ ἐδὲ ἐλευθέροις καὶ δούλοις. *Pisces item non gustandos eos qui SACRI sunt : neque enim FAS ESSE EADEM DIIS ET HOMINIBUS APPONI, sicuti nec liberis & servis.* Quales pisces erant Mullus Hecatae facer, Fidicula Apollini, Cetum Dionysio, Phalaris Veneri, Apua Neptuno &c. Vid. Athen. Hist. Animal. lib. VII. c. CLXII. Sic *Melanuro* interdictum erat : utpote Diis *Infernalibus* sacro. Jamblichus de vitâ Pythag. Num. CIX. Καὶ Μελαγὺρ δὲ ἀπέχεσθαι παρήγγελλε, χθονίαν γὰρ εἶναι θεῶν. *Similem abstinentiam a MELANURO prae scripsit, quia DIIS INFERNALIBUS SACER est.* Gallo item albo : quia & Apollini seu Soli dedicatus.

tus. Symb. Ἀλεκτρούνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δὲ. Μῆνη γὰρ
 ἔξ Ἡλίου καὶ θιέρονται. *Ariete*: quia jovi Ammoni sacer,
 vid. Voss. de Idol. lib. III. c. LXXIV. Herodotus
 lib. II. § XLVII. *Ob hanc rem ARIETES non mac-*
tantur a Thebanis, sed iis SACROSANCTI sunt. Quod
 scilicet Jupiter arietis capite, pelleque detractâ in-
 dutis Herculi jovem cernere desideranti sese conspi-
 ciendum exhibuerit. &c.

§. VII. Quemadmodum veteres Ægyptii, Py- *Ut ani-*
 thagoræ magistri, ab Animalium *sacrorum* mac- *maliū*
 tatione vulgo abstinere consueverant. Herodotus *sacrorum*
 lib. II. § LII. *Victitant quoque (Ægyptii) tum* *caedem*
piscibus, partim crudis ad solem arefactis, partim *cavebant*
salsugine conditis; tum avibus crudis, prius tamen *veteres*
sale conditis, coturnicibus, anatibusque, & parvis *Ægyptii:*
avibus; τα δὲ ἄλλα ὅσα ἡ ὀρνίθων, ἡ ἰχθύων ἐστὶ σφι ἐχό- *quæ alia*
μυα. χωρὶς ἡ ὀκίσσαι σφι ἱεροὶ ἀποδεδέχαται, τὰς λοιπὰς *maciata*
ὀπίλῃς ἔξ ὁφθαλμοῖς σιτέονται. Cateris autem vel volucri- *& comes-*
bus vel piscibus qui ipsis adsunt, PRÆTER ILLOS *ta; imo*
QUI AB IIS SUNT RECEPTI PRO SACRIS, partim assis, *& non-*
partim elixis. Scilicet neque Ægyptii, ab omni *nun-*
 animalium cæde, carnisque esu se continebant; ut *quam vel*
 minus recte post alios ait 4. Aben Ezra: Neque *ipsa ea*
 folis *suillis* carnibus vesciebantur, reliquis animan- *quæ con-*
 tibus *secrata*
 erant im-
 molata.

4. Aben Ezra.] Ad Exod. VIII: *te prodiit COMEDUNT; abominantur*
 XXII. *Ego sic statuo ÆGYPTIOS etiam qui iis vescitur, ac pastoritiam*
 tempore *Mosis ejusdem cum INDIS artem exercere ignominiosum putant;*
 (אֲנִי וְכָל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Viris *Lindia*) fuisse quemadmodum scriptum, abominatio
 sententia, qui ultra dimidiam mundi Ægyptiorum omnis pastor ovium: quin
 partem constituunt, omnesque a Cha- *HODIEQUE NON PERMITTUNT CUI-*
 mo descendunt. *Hi ad nostra usque* *QUAM UT CARNEM INTRA FINES*
 tempora nec CARNEM, nec SANGUI- *eorum COMEDAT, &c. Vid. & JO-*
 NEM, nec ADIPEM nec OVA, & sephus contra Apionem lib. II.
 omnino nihil quod ex ANIMALI viven- *c. v.*

tibus velut Diis parcentes, ut opinatus est 5. Theodoretus : sed ea tantum 6. quæ Diis sacrata erant necare lex vetabat ; nisi si forte oborirentur casus extraordinarii : quod gravioribus v. c. premerentur calamitatibus, & inusitata prodiret rerum facies. Animalia enim & *sacra* quandoque *immolata* esse & Plutarchus, & Jamblichus testatum faciunt ; quamquam contrario uterque existimet scopo, ille id egisse Ægyptios ratus ut *malignum* genium in iis animalibus *supplicio* quasi afficerent : hic ut *Deorum* favorem erga se expeditius provocarent, offerendo ea quæ ipsis *maxime erant grata*, propria scilicet, iisque dicata animalia. Plutarch. de Iside & Osiride p. 380. Ἄν δὲ πολὺς ἐμπίπῃ καὶ χαλεπὸς ἀνχμὸς, ἐπαγὼν ὑπερβαλλόντως ἢ νόσος ὀλεθρὴς ἢ συμφορὰς ἄλλας παραλόγως καὶ ἀλλοκότως, ἵνα τὶ τιμωρῶν οἱ ἱερεῖς ἐπαγόντες ὑπὸ σκότους μετὰ σιωπῆς καὶ ἡσυχίας, ἀπειλῶσι καὶ δεδιῶνται τὸ πρῶτον, ἂν δ' ἐπιμείνῃ, καθιερωσι καὶ σφάττεσιν, ὥς δὴ τινα κολασμὸν ὄντα τῷ δαίμονος τῷτον, ἢ καθαρμοὺν ἄλλως μέγαν ἐπὶ μεγίστοις. *Mango autem aestu incidente, ac molesto, qui ultra modum adducat vel pestilentes morbos, vel alias INUSITATAS CALAMITATES : sacerdotes quædam* EORUM QUÆ COLUNTUR ANIMA-

5. Theodoretus.] Apud Voet. IBIN aut ACCIPITREM necaverit, sive Dis. Theol. parte III. de Superstitione. p. 98.

6. Quæ Diis sacrata erant necare lex vetabat.] Herodotus lib. II. § L. Quarum (Bestiarum sacrarum) si QUAM QUIS NECAVERIT, si VOLENS MORTE mulctatur : sin NOLENS plectitur eâ MULCTA quam sacerdotes statuerint. Quisquis tamen

IBIN aut ACCIPITREM necaverit, sive volens sive nolens necessario MORTE afficitur. Quam tamen legem de animalibus sacris non cædendis de occisione auctoritate privata, vel ex temeritate commissa interpretari malim, quam absolute fumere : cum & sacra animantia quandoque a sacerdotibus necata esse mox visuri simus.

ANIMALIUM abducentes tacite in tenebras, terrent
 primum ea minis : *sin malum duret*, IMMOLANT,
 atque MACTANT : *tanquam supplicium aliquod ge-
 nii hoc si esset, aut alias EXPIATIO magni mali mag-
 na.* Jamblichus de Mysteriis Sect. v. c. XXIV. *Est
 quippe hoc manifestum Diis quorundam locorum
 rectoribus SACRIFICIUM ex iisdem rebus, quae ibi-
 dem nascuntur, fore admodum CONSENTANEUM, &
 GUBERNANTIBUS ea quae ex GUBERNATIS sunt. Sem-
 per enim opifici suum opus potissimum gratum est,
 & qui aliqua primo procreant, talia rursus habent
 inprimis accepta.* Εἴτε ἐν ζῳά τινα, εἴτε φυτὰ, εἴτε
 ἄλλα τῶν ἐπὶ γῆς διακυβερνᾶται ἀπὸ τῶν κρείσσων, ὁμῶς
 τῆς ἐπιστάσιος αὐτῶν μετέλχη, καὶ τὴν κοινωσίαν ἡμῶν προξενεῖ
 πρὸς αὐτὰς ἀδαισέτο. — — Ἐνία δὲ καθαγιαζόμενα
 λαμπροτέρην ποιεῖ τὴν οὐκείωτην &c. *Sive igitur ANI-
 MALIA sint, sive plantæ, sive alia quaelibet terre-
 na quae sub MELIORUM (Dæmonum, seu Divorum)
 GUBERNATIONE posita sunt, ut ipsa eorum partici-
 pant praefecturam, ita nobis COMMUNIONEM cum
 SUPERIS conciliant individuum. — Quaedam ve-
 ro MACTATA familiaritatem efficiunt clariorem. At-
 que huc referendum quod Herodotus boves mares
 ubivis in Ægypto immolatos ajat lib. II. § XLVI.
 Τὰς μὲν νῦν καθαγὰς ἄρσενας τῶν βοῶν, καὶ τὰς μῶσχας οἱ
 πάντες Αἰγυπῖοι θύουσι. BOVES mundos, eosque MA-
 RES ac vitulos universi Ægyptii IMMOLANT. Et
 quod habet Porphyrius de abstin. lib. II. § XI. de
 iisdem Ταύρων μὲν καὶ ἐγένεσαντο καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς. Tauros
 comedunt simul & sacrificant. 7. Cum interim Osi-*

T

ridi

7. Cum interim Osiridi sacer foret tur boves, & tauros Ægyptios
 (Bos).] Nisi quis id quod dici-immolare ad solos Rufos referre
 vel-

ridi facer foret. Vid. Vossius de Idol. lib. I. c. XXIX. Quæis addi possit nec ipsum *Apim Bovem* occisione fuisse exemptum uti nobis dicitur Plinius Hist. Nat. lib. VIII. c. XLVI. *Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur, APIM vocant.* — — *Non est fas eum certos vitæ excedere annos, mersumque in sacerdotum fonte ENECANT, quæsituri luctu alium quem substituant, & donec invenerint moerent, de-rasæ etiam capitibus &c.*

Communiorem
Ægyptio-
rum ab
animali-
bus sacris
abstinen-
tiam non
anima-
rum
quandam
transmi-
gratio-
nem ag-
novisse
causam;
sed com-
munem
utilita-
tem. Uti
seres ha-
buit in
Bove,
Vaccæ.

§ VIII. Ea autem quæ Ægyptiis erat ab animan-
tibus *sacris* abstinentia vulgaris non animarum,
Divorumve quandam sibi volebat in ea *Transmi-*
grationem, quam hic nonnullis, sed fabulose, me-
moratam indicant Diodorus Biblioth. lib. I. Plutar-
chus de Isid. & Osiride. Josephus contra Apionem
lib. II. c. V. Sed quæ consecrationis ratio erat po-
tissima communem *utilitatem*. Scilicet iis in more
erat isthæc animalia ex quibus magna *commoda* ca-
piebat Ægyptiis Diis consecrare, quasi symbola
& instrumenta Deorum, quibus mediantibus bene-
ficia sua largirentur Superi. Ita monet Cicero de
Naturâ Deor. lib. I. *Qui irridentur Ægyptii nul-*
lam belluam nisi ob aliquam UTILITATEM, quam
ex eâ caperent, consecraverunt. Plutarchus de Isi-
de & Osiride p. 380. Λείπεται δὲ διὰ τὸ χρεῖωδες, ὃ
τὸ συμβολικόν, ὡς ἕνα γὰρ ἐξ, πολλὰ δ' ἀμφοῖν μετέσχεν.
Relinquitur ut ad UTILITATEM, & NOTATIONEM
qua aliquid designant respiciatur. Quorum utrum-
que

vellet: de quibus Diodorus Sicu- buisse TYPHON videatur; qui per in-
lus lib. I. Boves autem RUFOS im- fidias Osirim oppressit, & propter viri
molare fas est, quod hunc colorem ha- cadem ab Iside supplicio affectus est.

que plerisque, multis alterum adest. Atque ita Bos
 ipsis sacer, consecratus Osiridi: non quod *hujus*
animam in bovem migrasse putarent; sed quod *A-*
griculturae perquam necessarius esset, sicque *fru-*
mentorum inventoribus arando ad committenda ter-
rae semina profuisset. Diodorus Siculus Biblioth.

Hist. lib. I. TAURI autem SACRI, APIS (inquiunt)
 & MNEVIS, non secus quam Dii honorantur, ut
 Osiris instituit; tum propter AGRICULTURÆ usum;
 tum etiam ut gloria illorum, qui FRUGES REPERIS-
 SENT, una cum meritis ad omnem posteritatis me-
 moriam propagaretur. Et hac ratione intelligen-

dum puto τὸν ἄπιν εὐμορφὸν εἰκόνα τῆς Ὀσίριδος ψυχῆς,
Apin formosam esse animae Osiridis imaginem. Plu-
 tarch. de Isid. & Osirid. p. 362. cum agrorum hic
 monstraverit culturam. Videatur Vossius de Idol.

lib. I. cap. XXVII. Itemque Vacca Isidi sacra He-
 rodot. lib. II. § XLVI. non quod *hæc* aliquando in
illam fuerit mutata; sed id animal in frugibus mor-
 talibus comparandis ei adminiculo fuerit: *Isis* enim

Osiridis regis & conjux & uxor prima FRUGES mor-
 talibus reperit: uti habet Isiacæ statuæ inscriptio
 apud Diodorum lib. I. Eadem scilicet quæ Ceres
 Vid. Herodot. lib. II. § XLIX. LXVII. Et ut O-

sis & Isis ad Solem & Lunam referebantur, uti
 videre est apud laud. Vossium de Idol. lib. II. c. X.
 & XXIV. Atque horum Planetarum beneficio &
 influxu omnis prospere cedit agricultura, etiam

Bos, & Vacca Soli Lunæque Sacrae sunt habitæ.
 § IX. Sic *Ibim* avem sacram dedit serpentium
 alatorum vere ex Arabia in Ægyptum transvolan-
 tium huic consueta interemtio, vid. Herodot. lib.

Ibi, Ac-
 cipite,
 Crocodi-
 lo, Fele,
 Cane.

II. § LII. *Accipiter* facer habitus : quod scorpiones, cerasas, &c. homines veneno suo infestantes perimat. Vid. Diodorus lib. I. p. 78. *Crocodilus* : quod Ægypto munimentum sit : dum prædones ex Arabiâ, & Africâ Nilum transnatare impediât. Id. ibid. p. 80. *Felis* : quod contra letiferos aspidum morsus, aliaque serpentium genera, quæ ictu nocent proffit. Id. ibid. *Canis* : quia venationibus & custodiis 8. necessarius & utilis est, &c.

8. *Necessarius & utilis est.* Imo & pari ratione res *inanimas* ob earum necessitatem & utilitatem ut Deorum Symbola venerantur : v. c. *Nilum* : quod annuâ eluvione arva irriget, sicque fecunditatis auctor sit, atque vicem cæli suppleat : Deus unde iis dictus; annua festa instituta Νεῖλῶν, quando initium crescendi fluvius caperet celebranda, quibus victimarum mactationibus, aliisque sacris vacare consueverat. Heliodor. Æthiop. lib. IX. p. 428. Θεοπλαῖστοι τὸν Νεῖλον Ἀγύπτιον &c. DEUM esse fingunt NILUM Ægyptii, & ex Numinibus maximum ducunt, æmulum esse coeli fluvium prædicantes : quod illis absque nubibus & pluviis aëris ARVA IRRIGET, & quotannis continuâ serie HUMECTET TANQUAM IMBRE. Et pag. 424. Siquidem festo NILORUM exorto : indigenæ quidem MACRATIONIBUS VICTIMARUM & SACRIFICIIS vacabant, &c. Maximus Tyrius Dissert. XXXVIII. Est etiam aliquo gentium tributus FLUMINIBUS HONOS vel propter EMOLUMENTUM, ut apud Ægyptios NILO. &c. Allium, Cæ-

pasque : Plinius Hist. Nat. lib. XIX. c. VI. ALLIUM CÆPASQUE inter DEOS iurejurando habet ÆGYPTUS. Quam tamen Divinitatem non eo Majestatis pertigisse autumem, ut esui humano penitus exemerit ut apud Juvenalem est Sat. XV.

PORRUM & CÆPE NEFAS VIOLARE, ac FRANGERE MORSU.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina!

Cum vel una Pyramis a Cheope exstructa tantam horum similiumque Deorum vim consumserit, ut mille & sexcenta Talenta expendenda fuerint, uti auctor est Herodotus lib. II. § LXI. In ipsa Pyramide, ait, literæ Ægyptiæ scriptæ indicant quantum sit erogatum in operarios pro APIO, (vel Rhapsano) CÆPIS ET ALLIIS: quod interpretes earum literarum (ut probe reminscor) agebat in summa MILLE, & SEXCENTA TALENTA pecuniæ esse. Allium interim & Cæpas Ægyptiis quam utilissimas esse inde colligere

&c. Vide plura apud eundem Diodorum loc. cit. Cap. XVI.
Herodotum lib. II. § L. LI. LIII. &c.

§ X. Eaque quæ Numinibus *sacra* erant animantia si indulgenter beneque haberentur Amicitiam Deorum, communionemque cum iis familiarem conciliare vulgo credebantur, Jamblichus de Mysteriis sect. v. c. XXIV. Ἐνα μὲν ἐν τῶν τεύτων σωζόμενα αὐτὰ ἐκ τηξέωρα τῶν συνεχόντων συναύξει τὴν πρὸς θεῶν οικείωσιν, ὅσα τῷ μένεν ἀκέραια τὴν δύναμιν τῆς κοινωνίας θεῶν καὶ ἀνθρώπων διασάξει. *Nonnulla ex his (animalibus sacris) quatenus CONSERVANTUR, atque custodiuntur augent tenentium ad Deos FAMILIAREM ACCOMMODATIONEM; quotcunque nempe ex eo, quod conseruentur integra, vim COMMUNIONIS inter Deos & homines conseruant.* Unde facilis ab iis abstinentiæ persuasio.

§ XI. Hisce accedit & alia Animantia haud ita promiscue cædendi ratio, quæ forsan & consecrandi aliqua fuit, eorum scilicet in Ægypto *caritas*: ut hanc regionem ἡ μάλα θεμελίωθῃ non *admodum bestiis abundantem* testatur Herodotus lib. II. § L. Et Porphyrius quod apud Ægyptios Bos ἐσπένιζε *rarus sit.* de Abstin. lib. II. § XI. Παρεῖ γὰρ Αἰγυπτίοις *mannos,*

T 3

gere est quod *adversus omne venenorum genus, tum imprimis adversus in cibo discutiat, atque expellat, p. 115. &c.* Sacerdotes autem Ægyptii a *Caepis* abstinebant: quod earum usus neque *Castimoniam* exercentibus commodus esset neque dies festos celebrantibus: alteris quia sitim creant, alteris quia lachrymas elicit &c. Vid. Plutarch, lib. de Iside & Osiride Op. tom. 2. p. 352, 353.

Phari-
saos ab
anima-
lium cae-
de absti-
nuisse.

τίοις καὶ Φοίνιξι θᾶλλον ἢ τις ἀνθρώπων κρεῖων γεύσαιο ἢ
θηλείας βοῶς. αἴτιον δὲ ὅτι χρήσιμον τὸ ζῶν ὃν τῷτο, ἐσπά-
νιζε παρ' αὐτοῖς. *Apud Aegyptios igitur & Phæni-
ces citius quis hominis quam VACCÆ carnes degusta-
ret. In causa est quod cum animal hoc UTILE esset,
esset etiam RARUM.*

Ex quibus affatim videre est *Aegyptiacam* ab a-
nimalibus, quam volunt, ob creditum in illa *Ani-
marum* humanarum *transitum* abstinentiam a vero
alienam esse. Uti & nec *Magos* abstinuisse certum
est; *quodlibet* animal, homine, canequē exceptis,
necare solitos, auctore Herodoto lib. I. § XXVI.
Nec *Druidas*, ex pecoribus variisque feris holo-
causta construere, & animalia in bello capta Marti
immolare consuetos; sicuti referunt Strabo Geo-
graph. lib. XIV. & Cæsar de bello Gallico lib. VI.
§ XVII. Neque *Germanos*, quēis in cibis *ferae*,
uti habet Tacitus de moribus Germanorum p. m.
438. Et Herculem ac Martem *animalibus* placare
erat usitatum, ut ibid. p. 434. Nec *Brachman-
norum* filios, ut supra § III. dedit Strabo. Et mi-
nus multo *Phariseos* ut clamat lex Mosaica. &c.

Absti-
nendum
fuisse Se-
cundum
Pythago-
ram ab iis
quae pol-
luant.

§ XII. Præterea abstineri voluit Pythagoras ab
iis carnibus quæ *polluant*, atque adeo Deorum fa-
miliaritatem & favorem intervertant; & ad sacra rite
peragenda ineptos reddant: quales *morticinae*, reliquæ-
que impuræ omnes. Jamblichus de vitâ Pythag. Num.
CVI. Καθ' ὅλα δὲ ἀπεδοκίμαζε καὶ τὰ τοῖς θεοῖς ἀλλότρια,
ὡς ἀπάγοντα ἡμᾶς τῆς πρὸς τὰς θεὰς οἰκειώσεως. *Omnino
autem eos cibos rejiciebat qui Diis INGRATI essent;
quia nos a Dei FAMILIARITATE abducerent.* *Alia-
nus Var. Hist. lib. IV. c. XVII. Προσέταττε δὲ ὁ αὐ-
τὸς*

τὸς Πυθαγόρας καρδίαν ἀπέχεσθαι, καὶ ἀλεκτρονύμφην λευκῆς, καὶ τῶν θησεϊδίων παντὸς μᾶλλον. *Jubebat etiam Pythagoras a corde abstinere, & albā gallinā, & imprimis ab omnibus animalibus* MORTICINIS. Diogenes Laërtius in Pythagora p. 222. Τὴν δὲ ἀγνείαν εἶναι διὰ καθαριῶν ἢ λυγρῶν ἢ περιρραντηρίων. ἢ διὰ τῶν αὐτῶν καθαρεύειν ἀπὸ τε κήδους καὶ λέχους, καὶ μιάσματος παντός, καὶ ἀπέχεσθαι βρωτῶν θησεϊδίων τε κρεῶν, καὶ περιγλῶν καὶ μελανύρων καὶ ὠσῶν, καὶ τῶν ὠσολόκων ζῴων, καὶ κυάμων, καὶ τῶν ἄλλων ὧν παρεκκελεύσθαι καὶ οἱ τὰς τελευτὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς διατελεῖντες. Quæ ita vertit Ambrosius: *Eam vero munditiem expiationibus lavacrisque atque asperginibus fieri, vacando a funere & cubili, & INQUINAMENTO OMNI, MORTICINISQUE, & pollutis carnibus abstinendo, triglisque ac sepiis, ovisque, & quæ ex ovis nascuntur animalibus, fabis quoque & cæteris quæ prohibent qui in TEMPLIS mysteria, ritusque faciunt. Atque specialiter nonnullarum rerum abstinentiam præscripsisse videtur, cum quis sacris operam daturus esset, ad decentem animi purgationem, seu præparationem, quibus alias uti non sit interdictum: ut de Ægyptiis ait Porphyrius eos ab omnibus animalibus prorsus abstinere, imo ne ovum quidem comedere cum se pueros redderent, (ἐν ταῖς ἀγνείαις,) de Abstin. lib. IV. § VII. Quam præparationem in sequentibus describit: Cum vero tempus instaret quando sacrum aliquem cultum & solennem celebraturi erant, aliquot dies in se PRÆPARANDIS insumebant, nonnulli per quadraginta duos, alii per plures, nonnulli per pauciores, nunquam vero infra septem dies, ANIMALIBUS OMNIBUS ABSTINENTES, ab omni etiam OLERE & LE-*

GU-

C A P U T XVII.

Legem Pythagoricam IMMODICUM solum
carnium usum, & Animantium eadem
proscripsisse, quo SAPIENTIAE stu-
dio, vitaeque CIVILI aptum red-
dat genus humanum.

*Et ab
omnicar-
nium usu
quatenus
luxuriae
faciat.*

§ I. Abstineri voluit a carnibus Pythagoras qua-
tenus earum usus *intemperantiae*, luxu-
riae, gulæque irritamenta præbeat: ut immodico
rerum aliarum usu, imo generatim omnibus super-
fluis interdixit. Jamblichus de vitâ Pythag. Num.
CLXXXVII. *Sequitur ut de TEMPERANTIA agamus.*
— *At communia quidem ejus praecepta jam su-
perius commemorata sunt, ἐν οἷς πρὸς καὶ σιδήρῳ τὰ
ἀσύμμετρα πάντα ἀποκόπτεω δίδωται. τῷ δὲ αὐτῷ εἶδός
ἐστὶν ἀποχὴ ἐμψύχων ἀπάντων, καὶ προσέπ βρωμάτων πι-
νῶν ἀκολάστων, quibus omnia IMMODERATA igne, ferro-
que praescindenda esse definitum fuit. Ejusdem
generis est ABSTINENTIA AB ANIMALIBUS; itemque
a cibis GULÆ IRRITAMENTA habentibus, &c. Idem
Num. CVI. & CVII. Καὶ ὅσα δὲ εἰς μαντικὴν ἐνεπόδιζεν,
ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς, καὶ ἀγνείαν, ἢ πρὸς σωφρο-
σύνης ἢ ἀρετῆς ἔξιν, παρῇναι φυλαττέσθαι. Καὶ πρὸς
ευάγειαν δὲ ἰσχυρίως ἔχοντα καὶ ἐπιβολὴν τῆς ψυχῆς τοῖς*

τε ἄλλας χαράσθησας, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕπνοις φαντάσματα, παρητεῖτο. *Monebat etiam cavere ab iis quae facultatem DIVINANDI, PURITATEM ANIMÆ, castitatem, SOBRIETATEM aut VIRTUTIS HABITUM impedirent: denique respiciebat cuncta sanctitati adversa, & tum cateram animæ puritatem, tum oblatas in somno species obfuscantia.*

§ II. Cumque carniū usus solennior, seu crebrior corpus impinguet, atque adeo carcerem, cui illigata mens est, graviolem reddat, affectibus alimoniam ministret, rationis promptitudinem, puritatemque impediāt, Animam sic segniores & ad vitam intellectualem minus habilem efficiat, eundem a cibariis abesse voluit Philosophus, atque esculenta ex fructibus & oleribus parari, sicque victui tenuiori assuefieri maluit. Laërt. in Pythag.

p. 217. Τὸ δ' ἀληθές, ἥ ἡμψυχὸν ἀπηγόρευεν ἀπλοῦσαι, συνασκάων καὶ συνεγίζων εἰς εὐκολίαν βίαν τὰς ἀνθρώπους. ὥστε εὐπορεῖσθαι αὐτοῖς εἶναι τὰς τροφὰς, ἅπυρα προσφερομένοις, καὶ λιτὸν ὕδωρ πίνεσθαι. ἐλευθερὸν γὰρ καὶ σάματ' ὑγίαιαν, καὶ ψυχῆς ὀξύτητα περιγενήσεσθαι. *Revera autem idcirco animantibus vesci vetabat, ut homines TENUI VICTUI assuefaceret, ut cum cibis minime coctis uterentur, & aquam solam biberent, parabilem haberent vivendi rationem. Hinc enim & CORPORIS SANITATEM, & ANIMI ACUMEN illis accessurum, Porphyrius de Abstin. lib. I. § XXVI. Nec edendo varias percipere voluptates laboret; nec satiatius multo otio repleti, nec onere graviore saturatus, somnolentus fieri, μήτε τῶν πικρῶν τὸ σῶμα πληγῆται ἰσχυρότερον μὲν τὸν δεσμόν, αὐτὸν δὲ ἀργότερον πρὸς τὰ οἰκεία ποιήσειν καὶ ἀσθενέστερον. Neque iis impletus*

*Mentem-
ve ad vi-
tam in-
tellectua-
lem inep-
tiores.*

quæ CORPUS SAGINENT, VINCULUM FIRMUS *reddere*, SEIPSUM VERO INEPTIOREM, SEGNIOREM, ET DEBILIOREM AD EA QUÆ HOMINI PROPRIA *sunt peragenda*. Ostendat enim nobis aliquis qui *studet*, quantum quidem possit, VIVERE INTELLECTUALITER & ita ut huc illuc a PASSIONIBUS corporeis non circumducatur, carnes facilius parari quam cibum ex fructibus & oleribus, earum viliores esse apparatum, quam inanimatorum, & quæ coquis prorsus non indigent, esseque minus in se delicatas si cum inanimatis comparentur, leviores autem in concoctione, & citius digeri, & ad LIBIDINEM minus incitare, & ad PASSIONES & ROBUR corporis minus conferre. Ita Androcydes ex mente Pythagoricorum Οἶνος καὶ σαρκῶν ἐμφογήσεις σῶμα μὲν γῶμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχaleύεσθαι. *Vinum, & CARNIUM repletiones CORPUS quidem ROBUSTUM reddunt, ANIMAM vero LANGUIDIOREM, seu imbecilliores*; apud Galeum in Jambl. de Myst. p. 262.

Moderatum autem partem parcumque carniū usum licitum.

§ III. Verum enim vero si hæc extrema vitentur; & de *moderato parcoque* carniū esu feratur quæstio, hunc nequitiam illicitum decernent Pythagorei. Sic docet Sexti Pythagorici dictum *Animantium omnium in cibis esus est indifferens; abstinere vero rationabilius est*. Apud eundem Galeum loc. cit. Quod amplius inde fit apertum, quod ipse Pythagoras *Discipulis* nonnullis carniū esum concefferit, uti constat ex Jamblichō de Vita Pythag. Num. xcviii. *Apponebatur iis etiam CARO de animalibus quæ immolare fas erat*. Et Num. cix. *Cæteris tamen qui vitam non adeo ad unguem expurgatam, sacramque & philosophicam agebant,*

PO-

POTESTATEM DEDIT, QUEDAM ANIMALIA ATTIN-
GENDI; *is*que abstinentiam imperavit definito tem-
pore circumscriptam. Scilicet hæc res est. In scho-

lâ Pythagoricâ, cujus finis, uti memoratum est,
mentem affectibus purgare, variæ habebantur Dis-
cipulorum classes magis minusve in virtutis sapien-
tiæque stadio provectæ, quibus singulis convenien-
tia doctrinæ præcepta edebat: ita inter Pythago-
ricos habebantur *Theoretici & Acusmatici*: *Theo-*
retici, qui ad insigniorem perfectionem perducti,
contemplationi sublimiori assueti severâ lege vitam
ducebant, quibus præcepta restrictiora graviora-
que hinc præscripta erant, qualia I. Omnibus su-
perfluis, vetitisque ciborum generibus abstinere.

II. Non ea quæ vitam traxerant comedere. III. Vi-
num non gustare. IV. Diis non Animalibus rem
sacram facere, nisi scilicet gravissimâ causâ jubente.
V. Nullo modo animalia lædere, *innocua* vi-
delicet, quin iis potius debita jura studiosissime
servare. &c. *Acusmatici*, qui ad talem perfec-
tionis gradum nondum pervenerant: quæ potestas
facta I. Animalia nonnulla immolandi, quanquam
rarius. II. Eorum carnibus vescendi, ita tamen
ut certo quodam definitoque tempore abstinendum
esset. III. Vinum hauriendi. IV. Imo & opso-
nium *marinum*, licet *raro*, assumendi, &c. Qui-
bus tamen & omnibus Pythagoreis communia man-
data imposita erant, qualia: I. Cor non rodere.
II. Cerebrum non comedere. III. Malvâ abstine-
re IV. Melanuro. V. Erythino. VI. Fabâ, &c. *Per*
ALIMENTA, inquit Jamblichus, *etiam homines ad*
virtutem ducere exorsus, (Pythagoras sc.) Videat-
tur

tur hic de vitâ Pythagoræ Num. cl. cvii. & cix. Unde & Porphyrius non omnibus se ; sed iis solum, qui *vitam* cupiant agere *intellectualem*, quique reputent *quinam sint*, unde venerint, quove tendere debeant &c. a carnibus abstinentiam imponere ait. De Abstin. lib. i. § xxvii.

Anima-
lium cæ-
dem veti-
tam qua-
tenus
dissidiis,
cædibus
mutuis,
crudelit-
ti ferita-
tique &
injustitia
alimo-
niam fe-
ratur oc-
casione.

§ IV. Tandem vetita est *cædes Animalium* arbitraria, ut humanitati, vitæque *civili* consuesceret amplius mortalium genus. I. Ut a cædibus scilicet mutuis retractum ad *amicitiam pacemque* colendam deduceretur. Jamblichus de vitâ Pythag. Num. clxxxvi. *Sancivit insuper* ABSTINENTIAM AB ANIMALIBUS (Pythagoras) *tum ob alias multas rationes*, καὶ ὡς εἰρηνοποιὸν τὸ ἐπιτήδευμα, *tum quod ad CONCILIANDAM PACEM hoc institutum faceret : qui enim animantium cædem, ut nefariam, & naturæ aversam abominari adsueverit ; illum judicabat multo magis pro injusto habiturum esse, hominem necare, &c.* Ut II. crudelitati, feritæque crescendi occasione surrepta ad *mansuetudinem, lenitatem, misericordiam* &c. formaretur. Porphyrius de Abstin. lib. iiii. § xx. *Nos vero petulanter & contumeliose voluptatisque & joci gratia sæpe in Theatris & venationibus plurima animalia trucidamus, ex quibus sane TRUCULENTIA, & FERITAS nostra corroboratur, & efficimur ut MISERICORDIA minime tangamur. MANSUETUDINIS denique & LENITATIS maximam partem retulerunt quicumque primi ANIMALIUM NECEM ausi sunt. PYTHAGOREI vero erga BESTIAS LENITATE utendo sese ad AMOREM erga homines & MISERICORDIAM exercuerunt.* — — *Magnam enim vim consuetudo habet hominem longe*

longe provebendi in iis affectibus, qui paulatim & sensim animis nostris conciliantur. Plutarchus de capiend. ex inimic. Util. p. 91. Quod si recte Pythagoras in brutis animalibus adsuefecit suos ad VITANDAM CRUELITATEM & INJURIAS (ὠμότητος ἀπέχεται καὶ πλεονεξίας) ideoque & aucupes impro-
bavit, & piscium redemptis capturis, dimitti eos jussit, omnisque non feri animalis caede interdixit.

III. Ut ad justitiae tandem exercitium universale excitaretur: ut innocuis se praestet innoxium; beneficiis beneficium. Porphyrius de Abstin. lib. III.

§ XIX. Hanc vero potentiam ea quae sibi propria & utilia sunt conciliandi fundamentum justitiae statuunt Zenonis affectae. Quomodo autem non rationi repugnat cum homines plerosque sensus solum ductu vivere, mente vero & ratione destitui perspiciant, multos etiam crudelitate, iracundiâ & aliena rapiendi cupiditate vel teterrimas belluas superantes, liberorum occisores, parricidas, Tyrannos, & Regum scelerum administratos fieri, cum his tamen JUSTITIAM coli deberi existimare; cum BOVE vero ARATORE neutiquam debere; nec cum CANE SIMUL EDUCATO; nec cum cæteris PECORIBUS, quorum nonnulla LACTE suo nos PASCUNT, alia autem VELLERIBUS suis nos ORNANT, quidni hoc absurdissimum judicandum est. Plutarchus Sympof. lib. VIII. Quæst. quare Pythagorici de animalibus maxime pisces pro cibo sint averfati p. 729.

Διὸ τῶναντίον (ἐφην) ὑπονοεῖν τῷ ἀνδρῶν ἐπιεικείᾳ καὶ πραότητι δίδωσι, μήποτε ἀεὶ μελέτης ἕνεκεν τῇ δικαίᾳ καὶ σωτηρίᾳ ἐφείδοντο μάλιστα τῶν ἐναλίων, ὥς τὰλλα μὲν αἰτίαν ἀμωσγέπας παρῆχοντα τῇ κακῶς πύσχειν τῷ ἀνθρώπῳ,

τὰς δὲ ἰχθῦς, ἔδ' ἐν ἀδικήντας ἡμᾶς &c. Itaque contrarium jubet istorum hominum (Pythagoreorum) nos suspicari mansuetudo & humanitas: nimirum JUSTITIÆ MEDITANDÆ gratia, & USU DISCENDÆ eos a MARINIS potissimum abstinuisse; quod reliqua animalia utcunque maleficio causam necis hominibus præbent, PISCES neque INJURIA NOS ADFICIUNT, neque adficere possunt, quantumvis ad hæc a naturâ videantur instructi. In promptu est cum e sermonibus, tum e sacrificiis veterum ostendere, non esum modo, sed & CÆDEM ANIMALIS INNOXII eos pro facinore impio & nefario duxisse.

Animalia bruti generi humano ὁμοφυῖ & συγγενῇ que sensu.

§ V Quando itaque ajunt Pythagorici ab animalibus abstineri voluisse Pythagoram, cum ea nobis sint ὁμοφυῖ, & συγγενῇ, ejusdem naturae, & cognata: uti est apud Jamblichum de vitâ Pythag. Num. CVIII. Providebat insuper ne & alii animalia, utpote EANDEM NOBISCUM NATURAM SORTITA caederent. Καὶ ὅπως μὴ δὲ ἄλλοι ἀναιρήσωσι τὰ ὁμοφυῖ πρὸς ἡμᾶς ζῶα προσηγόμενα &c. Et paulo post, Præterea iis quoque inter politicos qui legislatores erant, præcepit ut ipsi quoque ab animalibus abstinere; cum enim exactissimum JUSTITIÆ cultum profiteantur, oportere utique eos in nullum E COGNATIS ANIMALIBUS injurios esse. (ἔδει δ' ὅπως μὴ δὲ ἀδικεῖν τῶν συγγενῶν ζῶων.) neutiquam id dicendi genus ita capiendum est, ac si significasset Philosophus Animam humanam in Brutis latitare, atque inde eandem iis inesse Rationalitatem ac hominibus; sed ad communionem eorundem elementorum, communisque vitæ auræ unice referendæ phrasæ sunt. Clare sic idem explicat Jamblichus Num. eod.

cod. Α' περ (ζωῶν) διὰ τὴν τῆς ζωῆς ἡ τῶν στοιχείων τῶν
 αὐτῶν κοινωνίαν καὶ τῆς ἀπὸ τῶν συνισταμένης συγκράσεως.
 ὥσπερ ἀδελφότητι πρὸς ἡμᾶς συνέζευκται. *Utpote quae*
(animalia) per vitæ, EORUNDEMQE ELEMENTO-
RUM COMMUNIONEM, & inde ortam contemperatio-
nem, veluti per fraternitatem quandam nobis cum
CONJUNCTA sunt. Et amplius Num. CLXIX. Οἱ τοί-
 νυν ἡ τοῖς ζώοις, διότι ἀπὸ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἡμῶν ὑφέτη-
 κε, ἡ τῆς κοινωτέρας ζωῆς ἡμῶν συμμετέχει, οἰκείωσας τὰς
 ἀνθρώπους. πόσῳ μᾶλλον τοῖς τῆς ὁμοειδὲς ψυχῆς κεκοινωνη-
 κάσι ἡ τῆς λογικῆς, τὴν οἰκείωσιν ἐνετήσατο. *Qui igitur*
cum animalibus etiam, ideo quod NOBISCUM EX
IISDEM CONSTENT ELEMENTIS, COMMUNISQUE
VITÆ AURA FRUANTUR, homines sociavit, quanto
magis inter illos societatem necessitudinemque stabi-
livit, qui de EJUSDEM SPECIEI ANIMA DEQUE RA-
TIONALIS FACULTATE PARTICIPANT? Non itaque
 bruta ejusdem speciei cum homine, animâ, & ra-
 tionalitate gaudent.

§ VI. Aliquam scilicet quidem *rationalitatem* *Quam*
 Brutis adscribunt Pythagorei: quâ videlicet per- *Rationa-*
 cipiant quæ sibi commoda sint, quæque incommo- *litatem*
 da, atque illa sequi, hæc fugere possint ut in esse *Brutis*
 continentur. Porphy. de Abst. lib. III. § XXI. *assignent*
Pytha-
gorei.
Etenim natura, quam illi finis certi gratia omnia
facere probe dicunt, non ideo animal sentiens creavit,
ut duntaxat sentiendo afficeretur; sed cum multa
sint naturae ejus convenientia, multa adversa, non
poterat vel momentum temporis incolumitatem suam
tueri, nisi quædam fugere, alia consecrari didicis-
set. Utrorumque porro cognitionem sensus unicuique
animalium perinde praebebat, quae vero perceptionem
 con-

consequuntur, utilium scilicet apprehensiones, & insectationes, perniciosorum autem, & molestorum depulsationes, & fugae nullo pacto cadere in ea queunt, quae RATIOCINARI JUDICARE, MEMINISSE ET ANIMADVERTERE NON POSSUNT, &c. Minime vero humanam, seu eandem quæ in homine obtinet, iis assignant: quod aperte declarat Laërtius, dum ait ex Pythagoræ sententiâ Rationem in solo homine reperiri, in Pythagorap 221. Τὴν δὲ ἀνθρώπου ψυχὴν διαμεῖσθαι τευχῇ, εἰς τε νῦν, καὶ φρένας, καὶ θυμὸν. νῦν μὲν ἐν καὶ θυμὸν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. Hominis autem animam triplicem esse; MENTEM, RATIONEM, atque ANIMUM: ac MENTEM quidem & ANIMUM in caeteris quoque ANIMANTIBUS, RATIONEM IN SOLO HOMINE REPERIRI. Sic Aldobrandinus. Ambrosius: porro humanam animam trifariam dividit, in Sensum, & Mentem & Iram. Sensus igitur & irae caeteras quoque animantes esse participes, MENTEM VERO AD SOLUM PERTINERE HOMINEM. Ut ulterius id firmatur ex eo quod subdit Laërtius Καὶ τὸ μὲν φρόνημον ἀθάνατον, τὰ δὲ λοιπὰ θνητά. RATIONEM quidem (quæ in homine est,) IMMORTALEM esse; RELIQUA vero (νῦν καὶ θυμὸν, quæ & in brutis habentur,) esse MORTALIA. Sicuti & hæc res § præcedenti ex Jamblichō patuit.

Pythagoras cum suis ab animalibus abstinuisset, vulgo dictus quo sensu.

§ VII. Quod autem vulgo referunt Pythagoram cum affleclis animalibus & edundis & immolandis abstinuisset, atque adeo non cruentis sacrificiis placasse, id *compare* ad alios, qui in his *praeter modum* & mensuram luxuriabantur capiendum est; & omne præceptum de abstinentiâ ab ἐμψύχοις ad usum

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 161 LIB. I.
CAP. XVII.
Conclu-
so.

usum *σπαργον*, *parcum*, rarumque, ab omni intemperantia impietatisque fomento alienum referendum erit.

Cum itaque ex iis quæ hæcenus nobis disputata sunt constet, Abstinenciam Pythagoricam non ἀπλῶς simpliciter, stricte & universaliter fuisse præscriptam; sed quatenus vitæ necessariis, rei Divinæ, mentis puritati, debitæque ad vitam Divinam Civilemque habitudini præjudicium creet animalium cædes & usus: atque adeo has res parcimoniæ quæ fuit Pythagoricæ exstare causas, Animarum in *Bruta Transitus* Samium nostrum nec asseruisse; nec ob eundem creditum ab horum caede & usu abstinuisse palam est.

C A P U T XVIII.

*Non ob opinionem de TRANSMIGRANTIBUS ANIMABUS FABIS interdixisse Pythagoram;
quid autem præceptum Pythagoricum
Κυάμων ἀπέχεσθαι A FABIS ABSTINETO,
sibi voluerit.*

§ I. De Animalium usu & esu re confecta ad aliud abstinentiæ Pythagoricæ quod referunt Pythagoram secundum nonnullos, Fabis vesci prohibuisse se: quod adfertur Metempsychosæ ergo caput convertimur. Scilicet & *Fabis* interdixit Pythagoras, quod in *fabas* tanquam animalia migrare Animas humanas putaverit. Ita Gaudentius in Auctariolo opusculi

Lib. I.
Cap.
XVI.

in eas ve-
lut ani-
malia a-
nimas bu-
manas
transmi-
grari ad-
seruerit.

162 DE PALINGENESIA VETERUM,

de transanimatione Pythagoricâ cap. VIII. *Exercitationi de origine & progressu Pythagoricae transanimationis id addi par est, quod tamen a me praeteritum, ut intelligamus OB DOGMA DE TRANSMIGRANTIBUS ANIMABUS AB ESU FABÆ perquam religiose ABSTINUISSE Pythagoram, iussisseque ut se- quaces ejusmodi opinionis itidem fabam non comederent. Et rationem distinctius ex Acrone apertius ait: Quod ergo abstinentia a fabis apud Pythagoreos referretur ad opinionem de transmigrantibus animabus a corporibus in corpora, ostendit testimonium Acronis narrantis Pythagoram Philosophum ab omnibus animalibus, etiam A FABIS ABSTINUISSE, quod VIRIDIS IN PIXIDE AEREA SERVATA VERTATUR IN SANGUINEM, in Horat. lib. II. Sat. VI. Unde fertur maluisse eum latrones incurrere, quam per fabae segetem transire cum aliunde effugium non haberet. — Id quoque subjungit Acro dixisse Pythagoram FABAM ESSE ANIMAL, quod cocta SANGUINIS humorem ex se emitteret. Quod si de humore sanguinis proprie sic dicto loquatur, id certe falsum est. Visus itaque est dicere de humore aliquam cum sanguine similitudinem habente. Atque ne adfertæ thesi auctoritatieque Acronis subscribere quis addubitaret addit: haec quamvis sic referantur, & Acronis testimonium pondere non videatur carere, inventi tamen sunt, qui negarent Pythagoram a fabarum esu abstinuisse: quod nos permovere non debet, cum iidem asserere non dubitarint Pythagoram ab esu animalium nequaquam abstinuisse. Id a veritate Historicâ adeo abhorret ut nulla opus sit confutatione, quâ audax negatio pro-*

profligetur. Hæc autem quantum ponderis habeant superiora docent. Non inficias interim, pergit Paganinus, imus mirum merito videri, quod Pythagoras potuerit sibi persuadere FABAM ESSE ANIMAL & in FABAS TANQUAM IN ANIMALIA MIGRARE ANIMAS. Nam si animal est faba, cur non sentit, non progreditur, (parce Paganine cucurbita non est Pythagoras!) non alia peragit quæ animalibus convenire res ipsa clamat.

§ II. Negat rem omnem Aulus Gellius, atque nullo sæpius legumine quam fabis usum Pythagoram ex Aristoxeno asserit: ita ille Noct. Attic. lib. IV. c. XI. *Opinio vetus FALSA occupavit, & convaluit Pythagoram Philosophum non esitavisse ex animalibus; item ABSTINUISSE FABULO QUEM*

Rem omnem negare Aulum Gellium, auctoritate Aristoxeni sæpissime Fabis usum Pythagoram adferentem.

Καὶ κυάμων ἀπὸ χειρὸς ἔχει ἀνώντων ἔδεσθαι
Κ' αὐτὸ Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω.

Ex eadem item opinione M. Cicero in libro de divinatione primo hæc verba posuit: jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit quod errorem animis, perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum putatur ne fabâ vescerentur, quod habet inflammationem magnam is cibibus tranquillitatem mentis quaerentibus contrariam. Hæc quidem M. Cicero. Sed Aristoxenus musicus VIR LITERARUM VETERUM DILIGENTISSIMUS, Aristotelis Philosophi auditor in libro quem de Pythagora reliquit Nullo sæpius legumento Pythagoram di-

LIB. I. 164 DE PALINGENESIA VETERUM,
CAP. XVIII. *cit usum quam FABIS, quoniam is cibus* & SUBDU-
CERET SENSIM ALVUM & LÆVIGARET. Verba ita
Aristoxeni subscripti, Πυθαγόρας δὲ τῶν ὁσπείων μάλι-
στα τὸν κύαμον ἰδοκίμασε λίαν κνητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ δια-
φορητικόν. διὰ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. Atque opinio-
nis de non comestâ fabâ Pythagoreis fontem aper-
turus inquit: *videtur autem de κύαμο non esitato*
causam ERRORIS fuisse quia in Empedocli carmine,
qui disciplinas Pythagorae secutus est, versus hic
invenitur.

Δειλοὶ πάνδελοι κύαμων ἀπὸ χεῖρας ἔχουσαι.

Opinati enim sunt plerique κύαμον legumentum
vulgo dici. Sed qui diligentius, anquisitiisque car-
mina Empedocli arbitrati sunt, κύαμος hoc in loco
TESTICULOS, significare dicunt; eosque more Pytha-
gorae operite atque Symbolicè κύαμος appellatos, quia
sunt eis τὸ κυεῖν δεινοί, καὶ αἴτια τῷ κυεῖν; & geniturae
humanae vim praebeant, idcircoque in Empedocli
versu isto non a FABULO EDENDO, sed a rei VENE-
REAE proluvio voluisse homines deducere.

Inde non-
nullis Fa-
bas im-
proprie
sumptas:
imo di-
versissime
explica-
tas.

§ III. Hinc haud pauci Fabas *non proprie*; sed
improprie & mere symbolicè capiendas volunt: at-
que ita *non Fabis* interdictum; sed tantum *re hac*
vel illâ sub iis significatâ ajunt: diversissimas au-
tem plurimorum explicationes qui desiderat Lili-
um Gyraldum in interpret. Symbol. Pythag. edit.
Lond. p. 107, & seq. Windetum de vitâ func-
torum statu Sect. v. ubi *de abstinentiâ Pythagoreo-*
rum a fabis, Cael. Rhodigin. Lect. Antiq. lib.
XXVII. c. XVII. p. m. 1041. alios adeat. Ea
quæ

quæ mihi videntur B. L. sequentibus habeat.

§ IV. *Κυάμυς, Fabas* in hoc nostro interdicto *Fabas lic*
proprie quidem intelligendas, adeoque notissimam *intelli-*
 illam *leguminis* speciem indicari autumem; ita ta- *gendas;*
 men ut *Symbolicè* res quæpiam sub illis significetur *quan-*
præcipue. In interpretatione enim *Symbolorum* *quam mi-*
 non *idolo* symboli, nomini externo, vel figuræ in- *nus prin-*
 hærendum unice est; sed ad *veritatem latentem* *cipaliter:*
 intellectu penetrandum. Jamblichus de Myster. *principa-*
 Sect. VII. c. II. Α'Φείς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς φαντασίας καὶ *quam-*
 τῆς ἀκοῆς ἰδῶλον αὐτῶν τῶν συμβολικῶν, ἐπὶ δὲ τὴν νοεράν *piam per*
 ἀλήθειαν ἑαυτὸν ἐπαναγαγόν. *eas desig-*
natam.

phantasiae vel auribus tuis rerum Symbolicarum
 IDOLUM; sed accinge te ad VERITATEM INTELLEC-
 TU percipiendam. Et Hiërocles Symbola Pytha-
 gorica hac ratione explicare docet, ut observetur
 id quod *nominatim* cavetur; præcipue vero & id
 ipsum quod *intus* significatur: ita ut & rei extrin-
 secus denominatæ, seu ipsius *Symboli*; potissimum
 autem *rei cujuspiam* sub isthoc Symbolo *significa-*
 tæ abstinencia præscripta esse præsumatur. Com-
 ment. in Carm. Pythag. p. 296, 299. Itaque &
Symbolicis præceptis, nonnullorum jussa est absti-
nentia, sensum quidem primum habens AMPLIOREM,
atque GENERALIOREM; sed CONSEQUENTER & hoc ip-
sum etiam cavens peculiariter cujus MENTIONEM
facit sæpiissime. Quale est cum animantis VULVAM
comedi prohibet. Quod cum ita dicitur, a CERTA
QUADAM re, eâque tenuissimâ nos removet: sin au-
tem ad Pythagoricae profunditatis sensum multi-
plicem adspicias, unius certe rei nomine quæ ca-
dit in sensus, & quâ vesci prohibet, totius REI

VENEREÆ tibi significatur abstinencia. Ut autem in lucidi corporis purgationibus id ipsum curemus quod intelligit, similiter & COR edere prohibet: ut PRÆCIPUE quidem ab IRACUNDIA revocet, ex CONSECUTIONE autem, ut ab EADEM etiam PARTE abstinendum esse demonstret, &c. Est enim justum in SYMBOLICIS praeceptis & id observare quod NOMINATIM CAVETUR, & id ipsum etiam quod INTUS SIGNIFICATUR, &c.

Fabas Inferorum portis similes quod infœcundæ sint.

§ V. A Fabis autem abstinere iussit Pythagoras referente Laërtio ex Aristotele quod similes sint αἰδᾶ πύλαις Inferorum portis; cum infœcundæ sint. Ita Diogenes in Pythagora p. m. 222. φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ τῶν κυμάτων παραγγέλλειν ἀπέχεσθαι τῶν κυμάτων, ἥτοι ὅτι αἰδοῖσις εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι αἰδᾶ πύλαις ἀγόνατον γὰρ μόνον. (Ubi pro ἀγόνατον cum Josepho Scaligero legere malim ἀγονον) Ait autem Aristoteles in libro de fabis, ideo admonuisse illum FABIS ABSTINENDUM, sive quod pudendis SIMILES sint, sive quod INFERNI JANUIS. Sunt enim INFOECUNDÆ solae. Vel tantummodo, in totum infœcundæ. Simile quid apud Plutarchum de *Piso* & *Cicere* legimus: hosce videlicet nonnullis interdictos ὡς παρωνόμους τῷ Εἰρέβης καὶ τῆς Λήθης quod ad *Orcum*, & *Lethum* alludant, seu ad eosdem aliquem respectum involvant. Quæst. Roman. p. 286. Διὰ τί νομίζονται τὰς ἀγνεύοντας ὁσπρίων ἀπέχεσθαι; πότερον ὡς οἱ Πυθαγοεῖκοι τὰς μὲν κυμάδας ἀφωσίνετο διὰ τὰς λεγομένας αἰτίας, τὸν δὲ λάτρευον, καὶ τὸν ἐξέβωθον ὡς παρωνόμους τῷ ἐρεβέτι καὶ τῆς λήθης. Quæ sic Xylander: Cur castimoniam observantibus usu leguminum est interdictum? An fabam ob easdem quas Pythagorici causas abominati sunt?

sunt? LATHYRUM autem, & EREBINTHUM (*hoc est* PISUM puto, & CICEREM) quod LATHÆ, & EREBO, id est LETHO & ORCO nomina horum sunt AFFINIA? Ubi non sola nominum affinitas; sed procul dubio sub eâ certa rerum *qualitas* innuitur.

§ VI. In nostro autem Laërtii loco illud ἀργον (ἀργον) sensu *sterilitatis* venire, post Ambrosium Laërtii interpretem, Gyraldum in Symb. Pythag. qui vertit *unum enim hoc legumen est geniturae expers*, & Grotium, qui habet *quod nihil de se gignant*, ad Matth. XVI: XVIII. atque adeo *infœcundum* dicere existimamus. Idque communis de *Fabis* traditio, quod nonnulla reddant *sterilia*, satis evincere nobis videtur. Ita Clemens Alexandrinus lib. III. Strom. ait eas *mulieres* reddere *infœcundas*; atque hinc potissimum Pythagoreos iis interdiceret: Ταῦτ᾽ ἐπιμαρτυρεῖται καὶ αὐτὸς ὁ Πυθαγόρας — — μᾶλλον δὲ ὅτι κύμασι ἐσθίοντες ἀποκτείνονται καὶ οἱ γυναῖκες. *inde FABIS VESCI mystice prohibent Pythagorei — — maxime quod FABÆ COMESTÆ MULIERES INFOECUNDAS reddant.* Et Apollonius Dyscolus Histor. comment. cap. XLVI. apud Menagium in Laërt. ex Theophrasto tradit *Gallinas* fabas esitantes *sterilescere*: ex eo forsan quod ex his nimium pinguescant, ut *cuncta pinguia steriliora* agente Plinio Histor. Nat. lib. XI. c. XXXVI. imo quod *fabarum* putamina si radicibus juniorum arborum adjiciantur *has exarescere* faciant. Θεόφραστος ἐν τῇ ἐ τῶν φυσικῶν αἰτιῶν Φησὶ κελύφη τῶν κύμων περὶ τὰς ῥίζας τῶν δένδρων περιέμεναι, ἐκβαίνειν τὰ φύλλα. καὶ αἱ κατωκίδαι δὲ ὀρθρῆς συνεχῶς ταῦτα ἐσθίοντες ἀποκτείνονται. Qui addit inter alia & hinc

A' γόατον
(ἀργον)
illud
Laërtia-
num in-
fœcun-
dum dice-
re.

hinc Pythagoreos earum esum interdixisse ὅθεν καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τάχα δὲ καὶ δι' ἄλλας οἱ Πυθαγόρειοι ἀπηγορεύουσιν τῷ κυάμῳ χρῆσθαι. Quæ eadem videas apud Clem. Alexand. loc. cit. Quorsum referri potest id quod sequitur apud Laërtium ἢ ὅτι φθείρει, *vel quod corrumpat* (faba.)

Fabas
respectu
mentis
sensu Py-
thagorio
infæcun-
das di-
cendas.

§ VII. Præprimis autem sensu Pythagorico respectu *Mentis infæcunda* dicenda *faba* est: cum corpus obesum reddat, & inflet i. plurimum carnem nutriat, crassum generet sanguinem, sensus hebetet, somnolentum faciat, terribilia inducat somnia, mentis aciem obtundat, eamque turbet, & ita hanc obruat & *sterilem* reddat, id est ad Divina & quæcunque sublimiora agitanda, virtutesque eliciendas, quæ vera demum mentis *fertilitas* est, *ineptiorem*. Atque adeo *sopori* naturali immergat altius. Anonymus apud Photium de vitâ Pythag. Num. VII. Διὰ τῷτο ἔ τῷ κυάμῳ ἀπέχοντο, ὅτι φουσώδης, ἔ ποσιμώτατ. *Fabis ob eandem causam abstinebant quod* INFLENT & PLURIMUM NUTRIANT. Albertus Magnus de Veg. & Plant. lib. VI. tract. II. C. VII. *FABÆ frigida & humida sunt; virides*

IN-

1. *Plurimum carnem nutriat.*] Un- lib. LVII. p. m. 548. Vossius de
de institutum ut *Carnæ Deæ*, (cui a Theolog. Gent. & Phys. Christ.
carne nomen) quam vitalibus hu- lib. v. cap. XLIX. p. 96. *Fabaris*
manis præesse veteres confinxerunt, quoque, sive fabacia pulte, & larido,
pulte FABACIA & larido sacrificare- in C elio monte sacrificatum olim Car-
tur, quod eo ciborum genere vires cor- nae Deæ, quæ a carne ita dicta,
poris egregie roborantur. Constatque & vitalibus credita præesse humanis.
calendas Junias ea de causa Fabarias Eo autem his duobus sacrum fiebat,
vulgo vocitatas, quod sacrum institu- quoniam gemino illo cibo maxime cre-
tum est a Junio Bruto, a quo etiam- debatur ali caro humana.
mensi nomen. Pierius Hieroglyph.

INFLANT multum, generatur ex ipsis SANGUIS GROSSUS, & CARO MOLLIS. Arn. Villanovanus ad Medicin. Salernit. c. LXXVIII. ex Galeno, *Flatuosum enim & melancholicum generat fumum (faba) qui horrenda & TERRIBILIA parit SOMNIA, MENTEM PERTURBAT, INGENIUMQUE ACIEM OBTUNDIT, & SPIRITUS VIFICOS OBTENEBRAT.* Plinius Hist. Nat. lib. XVIII. c. XII. *Quin & prisco ritu FABACIA suae religionis Diis in sacro est praevalens pulmentari cibo & HEBETARE SENSUS existimata, INSOMNIA quoque facere.* OB HÆC Pythagoricā sententia damnata. Hieronymus in Ezech. c. IV. *Quod autem Filium negant, hordeo jumentorum pascuntur & FABIS, quibus COMEDENTIUM VENTER INFLATUR, & MENS OPPRIMI dicitur in tantum ut PYTHAGORICIS quoque cibus DETESTABILIS sit.* Hinc & iis qui ex infomniis divinare volebant fabis fuisse abstinendum tradit Plutarchus Sympof. lib. VIII. Quæst. X. Ὅτι δὲ ἐστὶ τῶν βρωμάτων ἓνα δυσόνομα καὶ παρεκτικὸν τῆ κατ' ὕπνον ὁψωνίου μαρτυρίαις ἔχουσιν τοῖς τε κυάμοις, καὶ τῇ κεφαλῇ τῶ πολύποδ' ὥν ἀπέχεσθαι κελεύει τὰς δεομύθους τῆς διὰ τὴν οὐρανὸν μαντικῆς. *Esse cibos quosdam qui MOLESTA GIGNANT SOMNIA ANIMAMQUE PERTURBENT TESTATUM faciebant FABIS & capite Polypi: quibus abstinere iussi qui DIVINARE EX SOMNIS cuperent.* Ut generatim omni leguminum usu iis qui sancte & immaculate vivere curant: cum tales *puera & tenuia* corpora habere oporteat; legumina vero maxime vires corporis corroborarent, ex eodem Plerius Hieroglyph. lib. LVII. Plutarch. Quæst. Rom. p. 286. Διὰ τί νεύονται τὰς ἀγνεύοντας ὁσπρίων ἀπέχεσθαι; — ὅτι δὲ πρὸς τοῖς ἀγνείας καὶ ἀγιείας

Y

κα-

καθαρά ἢ λιτὰ τὰ σώματα ἔχειν; ἔτι δὲ τὰ ὀσπρία πνευματώδη καὶ περιόσσευμα ποιεῖ πολλῆς καθάρσεως δέον. *Cur castimoniam servantibus usu LEGUMINUM est interdictum? — Quia ad castimoniam afferre oportet CORPORA PURA ET TENUIA; legumina autem FLATUS generant & SUPERFLUITATEM, gignunt multa opus habentem expurgatione.* Atque horum refert Symbolum nostrum Jamblichus in expositione suā. Τὸ δὲ κυριώτερον, inquit, ἀπέχεσθαι συμβαλεῖται φυλάττεσθαι πᾶν ὅσον ἐστὶ φθαρτικὸν τῆς πρὸς θεοῦ ἐμιλίας, καὶ τῆς θείας μαθητικῆς. *Illud vero a fabis abstineto præcipit cavere omne quod commercio cum Diis, & divinæ arti divinandi corruptivum seu inimicum sit.*

Quo sensu Fabæ, quia infecundæ, portis Inferorum similes.

§ VIII. In hoc autem Fabæ quod infœcundæ sint, & pigro faciant mentem torpere somno PORTIS Inferorum similes dicuntur: hæ enim vitā privant, & in æternum soporem transmittunt, atque per eas nihil quod foecundum est, & vivificum intromittitur in regnum Ditis: Ut per vitam soporosan̄ mentes ad Inferos, Tartarumque relegantur. Unde Orci vestibulum describens Virgilius ibi & Sopor̄is & somniorum sedem locat Æneid. vi. vers. 273. & seq.

VESTIBULUM ante ipsum, primisque in FAUCIBUS ORCI,

Luctus & ultrices posuere cubilia Curae:

Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus:

Et Metus, & malesuada Fames, & turpis Egestas,

Terribiles visu formæ, Lethumque, Laborque:

Tum consanguineus lethi SOPOR; & mala mentis Gau-

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 171 LIB. I.
CAP. XVIII.
*Gaudia, mortiferumque adverso in limine Bellum;
Ferreique Eumenidum thalami; & Discordia
demens*

*Vipereum crinem vittis innexa cruentis.
In medio ramos annosaeque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens: quam sedem SOMNIA vulgo
Vana tenere ferunt, foliisque sub omnibus haerent.*

Ad quæ commentantem audiamus Eruditissimum
Cælium Rhodiginum: Cæterum (ait) libet parte
hac cum Veteribus Theologiæ studiosis confabulari;
qui & ipsi super iis aliqua sibi prodenda censuere.
Adeunda vero praecipue Platonis arcana; in quibus
stupenda saepe deprehendas. ANIMUM INTEM-
PERATUM, dum etiamnum agit IN CORPORE, ta-
lem esse Veteres sanciunt; ut CONSOPITAM in eo RA-
TIONEM intelligant, vel AFFECTUI prorsum manci-
patam: unde ineluibilis ad corporea vergens concipi-
atur habitus, qui in naturam evadat quodammo-
do. Proinde hunc graphicè appingens Orpheus, ita
canit:

Ἀρχαίοι τ' αἰδᾶο πύλαι, δῆμον οὐρανῶν.

Frangi nequeunt Plutonis portæ: intus agit po-
pulus fomniorum. De animo ita affecto, gravissi-
ma est ex septimo de Republicâ Platonis sententia:
DORMIRE illum in HAC VITA, & quidem profun-
dius; ac priusquam omnino expergescat, demigrare.
Post OBITUM vero, etiamnum altissimo premi SO-
PORE. Quin & INSOMNIORUM absurdissima EX-

TERRERI specie: quam rem sub TARTARI nomine intelligi voluit. Philosophi vero sententiam aptissime Platonici Poëta involucro quamvis obscuriore Æneidos VI expressit: cum INFERORUM VESTIBULUM ac ingressum primum describens ita canit:

*In medio ramos, annosaque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens: quam sedem somnia vulgo
Vana tenere ferunt; foliisque sub omnibus ha-
rent.*

*Animalia steri-
lia Dis
Inferis
oblata.*

§ IX. Atque hinc est quod vulgo Diis *Inferis*, & defunctorum *Manibus*, quorum sedes Ἀδης est, hostiæ steriles, Vaccæ, Juvenæ, Oves &c. infœcundæ mactarentur. Unde apud Homerum Ulysses Odyss. λ. vi. 29. & seq.

Πολλὰ δὲ γαστέρων τεύχων ἀμενηνὰ κάρηνα,
Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, τεύξαν βέν ἥτις ἀρίστη
Ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρὴν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.
Τειρεσίη δ' ἀπάνευθεν οἷον ἰεγευσέμεν οἶα
Παμμέλαν', ὃς μῆλοισι μεταπρέπει ἡμέτεροισι.

*Multum autem precatus sum mortuorum infirma
capita*

*Ubi venerim ad Ithacam, STERILEM bovem quæ
optima esset,*

*Sacrificaturum in edibus: pyramque impleturum
bonis:*

*Tiresiæ vero seorsum ovem sacrificaturum soli
Totam nigram, quæ inter pecora excellat no-
stra.*

Virgil.

Virgil, Æneid. vi. vs. 249. & seq.

— — Ipse atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum, magnaeque sorori
Ense ferit, STERILEMQUE tibi Proserpina vac-
cam.

Si autem mares aris admovendi erant non nisi castrati usurpabantur: ὅσα τε ἐγείρου, καὶ ὅσα μὴ ἦσαν ἐνογχα talia quae castraverant, & testiculis destituebantur. Ut ait Scholiast. in Homer. Iliad. Ψ. atque adeo infœcundi τὰ μὴ γενῶν ζῶα quod animal non procreat. Scilicet hujusce consuetudinis ratio erat, quod apud Inferos nihil quod vitam procreat, seu foecundum reddit offendatur: unde sic instituerunt ὡς ἀβύχαις τὸ ὄμιον ἀποστέμναι, ut vitā destitutis piacula convenientia exhiberent. Vid. Franc. Rous Archæol. Att. lib. v. c. xxxi. Potterus Archæol. Græc. lib. iv. c. viii. p. 582. Hostiae FERILES erant nigrae & STERILES juvencae aut oves, nec diversae ab iis, quae Diis INFERIS mactabantur, ut indigarent & lucem & FOECUNDITATEM ex illa regione omnino exulare.

§ X. Inde quoque quod cum Faba infœcunda omnino sit, uti visum supra est, præprimis Dis Inferis fuerit sacra, & ad Mortuos pertinere existimaretur: unde in conviviis feralibus & sacrificiis Parentalibus adhibebatur, Lemuralibus jaciebatur Larvis &c. Piërius Hieroglyph. lib. lvi. Nam & apud Romanos (de Ægyptiis paulo ante locutus erat) FABA inter FUNESTA recensetur,

Fabam,
quia steri-
lis babi-
ta, Dis
Inferis
fuisse Sa-
crum.

2. *neque Diali fas erat eam tangere, neque quidem nominare, putabantque omnino ad MORTUOS pertinere: nam & LEMURALIBUS jaciebatur Larvis, & PARENTALIBUS adhibebatur sacrificiis, &c. De Lemuriis Ovidius Fastor. v.*

*Hinc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora,
Ter dederint Phæbo sidera victa locum;
Ritus erit veteris nocturna LEMURIA sacri:
Inferias tacitis MANIBUS illa dabunt.
Ille memor veteris ritus, timidusque Deorum
Surgit: habent gemini vincula nulla pedes:
Signaque dat digitis medio cum pollice junctis;
Occurrat tacito ne levis Umbra sibi.
Cumque manus pure fontana perluit unda;
Vertitur & NIGRAS accipit ore FABAS.
Aversusque jacit: sed dum jacit, Haec ego mitto:
His, inquit, redimo, meque, meosque FABIS.
Haec novies dicit, nec respicit. UMBRA putatur
COLLIGERE, & nullo terga vidente sequi. &c.*

Plutarchus Quæst. cur castimoniam servantibus usu leguminum sit interdictum? ait quod ad τὸ πειρίδειπνα ἔν τῶν προκλήσεως ἢ νεκρῶν CIRCUMPOTATIONES FUNEBRES, & MORTUORUM EVOCATIONES maxime utantur LEGUMINIBUS. Quæst. Rom. op. tom. II. p. 286. Imo

2. *Neque Diali fas erat eam tangere, neque quidem nominare.]* Scilicet ciebant, & mortuos pertinere Dialis flamen dictus ἀπὸ τοῦ Διὸς a rebantur averfabatur, & cavebat jove a quo vita dari putabatur hominibus, huic assiduo præsto, & fa-

Imo 3. omnibus aliis sacris exceptis iis quæ *Mortuorum* erant arceri *Fabas* ex Artemidoro notavit Windetus de vitâ functorum statu Sect. v. p. m. 75. *Observavimus autem prius FABAS omnibus ALIIS SACRIS exceptis hisce τὸ νεκρῶν ARCERI: quod etiam Artemidorus Onirocrit. lib. I. c. LXX. adserit* (κῶμος) πάσης τελετῆς ἔξ παντὸς ἱερῶ ἀπελήλαται. Φακὴ δὲ πένθη πωγαγογεύει. *Faba omni ceremoniâ & omni sacro arcetur. Lens luctum præagit. Quod lenti hic tribuit, pergit Windetus, Fabis etiam tribui debere certum est: quorum floribus πένθημα γράμματα inscripta esse pridem ex Didymo Agricola meminimus. Et idem Windetus p. 66. Vetus ergo ille τελετογράφος (sive Orpheus, sive Cecrops, sive Onomacritus) Pythagoræ discipulus in telluris suffimine omnia femina admittens FABAM recte EXCEPIT.*

§ XI. Unde, cum Faba ad *Deos Inferos* pertineat, seu iis dicata sit, dicitur ἱερὰ *sacra*: uti *Pythagoras* apud *Lucianum* mercatori sciscitanti cur odio habuerat κῶμος: respondit ἔκ ἀλλ' ἱεροῖσι, ἔξ θανυμαστῆς αὐτῶν ἡ φύσις. *Nulla equidem odio illas prosequor, verum quia SACRÆ sunt, & mirabilem*

3. *Omnibus aliis sacris exceptis iis ostendit illud Catonis de Re R. cap. quæ mortuorum erant arceri fabas.* cxxxiv. *Priusquam messim facies, Scilicet quæ apud Græcos vetustos vigeant, sacris Carnæ Dæ oportet. Cereri porcâ præcidanea, porco femina, priusquam hæcæ fruges condantur, far, triticum, bordeum, FABAM, semen rapicium, thure, rino, Phyiol. Christ. & Theolog. Gent. Jano, Jovi, Junoni, præfalo. Vid. lib. v. c. XLIX. Variis etiam Diis ibi plura legumina ac fruges offerebant: ut*

bilem quandam naturam obtinent ab illis abstineo.
In Vitarum auctione op. tom. III. p. 104. Quor-
sum forsan & referendum quod apud Plinium di-
citur, *siliquam* terrestrem radicibus fontem Stygis
amplecti Hist. Nat. lib. XXXI. c. II. In Arcadiâ,
inquit, circa Pheneum aqua profluit e saxis STYX
appellata quae ilico necat, ut diximus, — — tra-
duntque etiam æs, & ferrum erodi illâ aquâ. Pro-
fluit ut indicavimus brevi spacio: mirumque SILI-
QUA SYLVESTRIS AMPLECTI RADICIBUS FONTEM
eum dicitur semper florens purpura.

*Fabas iis
qui sacris
operam
dant
immun-
das babi-
tas.*

§ XII. Atque & inde quod cum Faba mentem
sterilem & soporofam reddat, corpus autem increas-
cet, ea iis, qui sacris operantur, quasi immunda
reputata sit, atque vel eam aspicere renuerint. He-
rodot. lib. II. c. XLVI. Κυάμυς δὲ ἔτε μάλα σπείρε-
σιν Αἰγύπτιοι ἐν τῇ χώρῃ, τὰς δὲ γενουμένους ἔτε τρώγασιν,
ἔτε ἐφόντες δατέονται. οἱ δὲ δὴ ἱερεὺς ὃδὲ ὀρέοντες ἀνέχονται,
κομίζοντες ἔ κατὰ γόν μὲν εἶναι ὅσπεριον. FABAS *Aegyptii in*
suâ terrâ nec admodum ferunt, nec eas, quæ provenie-
runt aut crudas, aut in aqua coctas edunt, (seu nec
sponte provenientes comedunt, aut coctas in escam
distribuant) SACERDOTES *verone* ASPICERE *quidem eas*
sustinent, arbitantes HAUD MUNDUM *illud legumen*
esse. Vid. & ea quæ § VII. ex Plutarcho allata sunt. Sci-
licet quod non incurrit in *sensus* non facile in sui *appe-*
titum pertrahit: quod contra sensibus hauritur *affec-*
tiones excitat, Porphyrius de abstin. lib. I. § XXXII,
& XXXIII. *Irrepfit autem vitium propter jugem in-*
curiam. Incuriam autem parit non satis expendisse ea
quæ ad mentem pertingunt, illis interim quæ sensu
haurimus, affectiones excitantibus: inter quas & eae
etiam

etiam, quae ex cibus oriuntur, censendae sunt. Abstinendum igitur est, non minus quam ab aliis, a cibus aliquibus qui solent animae nostrae 4. passiones concitare, &c. Piërius Hieroglyph. lib. LVII. de abstinentia a fabis: Quantum vero ad Aegyptios pertinet devitabant illi ea omnia quae animam CORPORI PERTINACIUS AFFLIGERE possent, neve sensu voluptateque invalescentibus eam profundius in corpus immergerent, ut Porphyrius attestatur, ideoque operam dabant impensissimam, ut non vitiorum tantum effectus, verum & AFFECTUS ipsos radicitus extirparent. Hæc tamen fabarum averfatio si intelligatur absoluta & plenaria ad solos sacerdotes referenda videtur: vel ad certum quoddam tempus purificationis restringenda: cum Fabae radicem cibum lautum Aegyptiis referat Plinius Hist. Nat. lib. XVIII. c. XII. Fructus ipse (fabæ) amarus & odore, sed RADIX PERQUAM LAUTA INCOLARUM CIBIS, cruda & omnino decocta, harundinum radicibus similis. Atque iisdem vulgo a teneris lentibus uti consuetum fuerit, ut tradit Athenæus lib. IV. In Aegypto adeo usitatum (id lentis genus) ut a teneris eo pueri nutriantur, totaque Alexandria sit Φαλίων πλήρης, tabernis institorum lenticularum plena. Apud Urfin. Herbar. Sacr. lib. II. c. III. Cum tamen queis hæc incumbere abstinentia generatim leguminum usu adeoque ex æquo lentis quam fabae fuisse interdictum supra ex Plutarcho viderimus. Et Sacerdotes juxta ac alios cum

Z

se

4. Passiones concitare &c.] Con- cogitantes inescant, & omnigenis includit Porphyrius: Hac enim, sci- jectis laqueis appetitum rationis ex- licet quæ sensibus hauriuntur, non partem sibi subjungant.

se ad cultum sacrum præpararent, & in quibusvis ægyptiis puritatis exercitiis, nonnullis abstinere fuisset solitos, ut 5. vino, pane, oleribus & carnibus quibuscumque, ovis mulierum consuetudine, propinquorum conversatione, &c. quibus si his non vacarent utebantur modice ex Porphyrio de abstin. lib. IV. § VI, & VII. ut cap. præcedenti significatum est, videre est. Cumque tandem de Ægyptiis tradat Diodorus nonnullos abstinere a fabis, alios a lentibus, alios a cepis; nonnullos a caseis, alios ab aliis, ut intemperatum comestilium usum cavendum.

5. Vino, pane, oleribus & carni- in veterum Hebræorum monumentis
bus quibuscumque, ovis, mulierum legibus, sacerdoti magno vespera seu
consuetudine, propinquorum conversa- Parasceve diei expiationum, præter
tione &c.] Hæc parum abludunt alios cibos inderidicium quoque fuisse e-
a Judaico ad festum Expiationis sum FABARUM fractarum, seu fress-
fesse præparandi modo Pontifici sarum; idque ideo etiam quod SOM-
maximo observando: hic enim sep- NUM inducant. In tractatu Talmu-
tem ante festum diebus a commu- dico Joma cap. I. in Mischna, Vespera
ni hominum confortio, uxorisque diei expiationum non sinebant eum
consuetudine separabatur in tem- multam comedere: quia cibus SOM-
plum adductus; vesperi Parasceves NUM induci. Ad hanc Mischnam le-
ipsi Fabis, lentibus; ovis, caseo, gitur in Gemara Talmudis Hierosoly-
carne pingui, lacte &c. atque mitani: non sinebant eum comedere
omnibus quæ capitis gravedinem neque lac, nec ova, nec caseum, nec
creant; & ad impuritatem faciunt carnem pinguem, neque vinum vetus,
penitus abstinendum erat. Vid. usque denique FABAS fressas, vel len-
Joh. Lundium Sac. Rel. & con- tes. Ut & Cera & Allium isthoc
fuet. Vet. Judæor. lib. v. c. XVIII. tempore prohibita idem refert
§ VI. VII. XVI. Buxtorf. Lex. Talm. Buxtorf. Synag. Jud. c. xxv. p.
Rabb. in ירי faba fracta, faba fressa. Quemadmodum in talis
sa. Hinc simile est (dixerat ex Plinio sacerdotes Ægyptios absti-
nio fabam hebetare sensus, insom- nuisse a Leguminibus, carnibus, sale,
nia quoque facere ob hæc Pytha- cepa refert Plutarchus de Iside &
goricâ sententiâ damnatam: & ex Osiride p. 352, 353. Sicuti & ca-
Festo Diali Flamini eam nec tan- seos memorat Diodorus lib. I.
gere, nec nominare licuisse) quod

dum doceant : Biblioth. lib. i. p. 81. *Nam quod utilitatis in vitam redundantis causa hoc illos cultu afficiant ex eo liquere ajunt, quod non pauca esculentorum nonnulli ex ipsis non comedant : dum ALII LENTES, ALII FABAS, NONNULLI CASEOS, aut CEPAS, & id genus vesca alia (quorum copia tamen Aegyptus abundat) omnino nequidem degustent. Quo declarent docendos esse mortales ut ab IMMODICO COMESTILIUM USU SIBI TEMPERENT, & si quidvis a quovis edatur nihil absumentium ingluviei tandem suffecturum. Quæ abstinentiam universalem neutiquam inferunt. Dein & æqualem lentibus, cepis, caseis, (ob admixtum Salem) ac fabis impuritatem. Vid. Plutarch. de Iside & Osiride p. 352, 353. dicunt : scilicet non absolutam, sed quæ iis qui se purificant ad sacra oblit : cæterum ad affectionum amputationem & moderatum esculentorum usum pertineat. Quemadmodum supra § v. ex Plutarcho audivimus & alias leguminum species Pisum & Cicerem interdictas eandem fere ob causam ob quam vetita faba est, scilicet ὡς παγωνίους τῇ Εἰσίβῳ, καὶ τῇς Λήθης, quod ad Orcum & Lethum aliquem respectum involvant : utpote quæ ejusdem fere naturæ corpus instantis, mentemque obruentis & turbantis existant. Villanovan. Salern. c. XXXIII. p. m. 196. Quod de PISIS hic dicitur, idem de OMNIBUS ferme LEGUMINIBUS, puta FABIS, LENTIBUS, PHASEOLIS, & si qua sunt similia, præcipue tamen corticem habentibus crassiore, ut de fabis & ciceribus nigris intelligendum est. Hac namque ratione LEGUMINA OMNIA, QUEMADMODUM lib. iv. de vict. rat. in morb. acut. aphorism. 93.*

Hippocrates attestatur FLATUOSA sunt & cruda, & cocta & fricta & macerata & viridia. Et pag. 197. Porro cum OMNIUM LEGUMINUM substantia INFLET, concoctioni renitatur, crassique & pravi succi alimentum in corpus diffundat: merito a victus salubris ratione excluditur. Jamblichus de Pythag. Num. CVI. Τῶν μὲν βρωμάτων κατὰ τὰ τοιαῦτα ἀπεδοκίμαζεν ὅσα πνευματῶδη καὶ ταραχῆς αἰτία. Ac in genere quidem omnes cibos improbabat qui FLATULENTI essent & TURBATIONEM CAUSANTES.

*Auctoris
de Sym-
boli κα-
μων ἀ-
πέχ-
της
sensu sen-
tentia.*

§ XIII. Ex iis nunc quæ allata sunt sensum Sym-
boli Pythagorici καμῶν ἀπέχ- videamus.

Mentem materiæ vinculis illigatam 6. *somnio* quo-
piam veluti correptam considerat Philosophia Py-
thagorica: eam, si originis suæ propriæque na-
turæ oblita partis irrationalis affectiones, materiæ-
que decipula sequatur lubens, hisque sese irretien-
dam præbeat amplius, corpusque curet unice, al-
tiori implicari *sopori* (lethi consanguineo, uti su-
pra Maro, vitæ quæ vere Animæ mors est, defi-
niente Heraclito) ait: atque exinde tandem fer-
reo æternove somno in Tartaro horroribus infini-
tis obnoxiam emancipandam, Unde omni ope ad-
nitendum sit, ut mens ex isthoc evigilet somno, &
ad Deum redeat.

Faba autem carnem & sanguinem increffat, &
inflat, affectus ciet, mentem hinc altius materiæ
implicat, turbat, segniorem & ad divina ineptio-
rem,

6. *Somnio quopiam, veluti correptam.]* Videntur Maximus Tyrius VIII. ex Cælio Rhodigino allata
XXVIII. Utrum Disciplinæ sint re- sunt.

rem, atque adeo *infœcundam*, & *soporosam* red-
dit: inde Symbolicè illius abstinentia familiæ Py-
thagoricæ demandata: ita quidem ut ipsius Fabæ
usus vulgaris fuerit prohibitus.

Et amplius sub hoc *Symbolo* edictum erit: ne
delicata habeatur *corporis* cura, neve in *Saginariis*
volutetur porcorum adinstar; contra vero omnia ea
quæ *corpus* ita foveant ut *mentem* suffocent; actus
vitales proprios elicere, cum Deo origine suâ com-
mercium exercere impedian, affectus turbidos ex-
citent, &c. caveantur religiose constitutum: cum
hæc *vitâ* Divinâ privent, & ad impia *Tartara*
mittant.

§ XIV. Scilicet ex eo quod *Fabæ* has illasve *Fabæ*
rerum species, si crebro assumantur, *steriles* red-
dere ferebantur; cum alias ad materialem genera-
tionem, & accretionem plurimum attribuerent:
(unde Lucianus 7. τὸ πᾶν γονὴ ἐστὶν in totum genitu-
ra sunt. Vitar. Auction. Hincque generationis a
Deo deflectentis, nec *sobrietatem*, neque *justi-
tiam* culturæ, neque unquam *reversuræ* Symbolum
Fabæ; cui *Apes* id est mentes ad Deum redituræ
non insident, id est cum eâ non copulantur. Por-
phyr. de Antro Nymphar. p. m. 262. *Nec ta-
men promiscue omnes animas in generationem pro-
gressas APES vocabant: sed eas quæ ex JUSTITIÆ
praescripto victuræ: & postquam opera DIIS GRA-
TA perpetrassent rursum AD DEUM erant reversu-
ræ. Animal enim hoc redire amat, & JUSTITIÆ
observ-*

Fabæ
Symbolum ejus:
quod ad
Orcum
ducit.

Z 3

observ-

7. τὸ πᾶν γονὴ ἐστὶν.] *Habent enim nus Annotat. ad Laërt. lib. viii.*
miram Fœcunditatem. Aldobrandi- p. m. 143.

observantissimum est, ac SOBRIUM. — Nec FABIS INSIDENT ἔς ἐλάμβανον εἰς σύμβολον τῆς καθ' εὐθείαν γενέσεως, καὶ ἀκαμπτῆς, *quas generationis continuae, & INFLEXIBILIS symbolum statuebant.*) eas cum veram fecunditatem & vitam, mentalem videlicet, extinguant: imo vel eopse quod carnem plurimum alant, ἡ γὰρ ἀλογία παχυνομένη κατάρχει τὴν ψυχὴν, *ea enim pars quae RATIONIS EXPERS est jam SAGINATA DEORSUM agit Animam.* Porphy. de Abst. lib. I. § XXXIII. Et ubi πολυσαρκία ibi τὸ θνητὸν ἰσχύει πνέζειν, κατὰ γλίσβειν καὶ βαρύνειν τὸ θεῖον magnum carnis incrementum ibi pars MORTALIS DIVINAM premere affligere & obruere valet: uti significat sapientia Aegyptiaca apud 8. Plutarch. de Isid. & Osirid. p. 353. tecte seu Symbolice steriles, infæcundas ἀγόνες dixere Pythagorei: cumque & insomnia maxime quidem terribilia generent, & generatim menti soporem inducant, in Symbolum ejus quod mentem ad Orcum, mortem, & soporem æternum deprimit, constituerunt. Sic κύαμος ὁμοίως τοῖς αἰδέα πύλαις.

A Fabis
proprie
sic dictis
abstinen-
tiam non

§ XV. Hanc autem a Fabis abstinentiam non tam absolute strictam, & universalem, ut urgente necessitate eis medicinae loco uti foret vetitum. (Sci-

8. Plutarch. de Isid. & Osirid. p. 353.] Dixerat nolle Aegyptios PINGUEDINEM, CARNISQUE MAG-
Apin e-Nilo potare ratio erat πα-
νιν δοκεῖ καὶ μάλα πολυσαρκίαν ποιεῖν
τὸ Νεῖλωσι ὕδωρ πινόμενον, ὃ βέλονται δὲ
τὸν Ἀπὶν ὅτως ἔχειν, ὅδε αὐτὰς, ἀλλὰ
εὐσαλῇ καὶ κῆφα ταῖς ψυχαῖς περιεῖσθαι
τὰ σώματα, καὶ μὴ πνέζειν μὲν κατὰ
γλίσβειν ἰσχύοντι τῷ θνητῷ, καὶ βαρύνοντι

QUIA ejus aqua pota creditur
PINGUEDINEM, CARNISQUE MAG-
NUM efficere INCREMENTUM. Non
volunt autem Apin PINGUEM esse, &
MULTA CARNE OBESUM ut ne se ip-
sos quidem: sed ANIMIS, volunt LE-
VIA atque GRACILIA circumiata esse
CORPORA ne DIVINA pars a MOR-
TALI PREMATUR atque ADFLIGATUR.

(Scilicet in Symbolicis præcipue & primario res ^{CAP. XVIII.} sub Symbolo *significata* innuitur; minus autem prin-
cipaliter, κατ' ἐπακολουθίαν *per consequentiam*, ut ^{absolu-} tam.

Hiërocles cap. hujus § 14, *Symbolum* ipsum.) vo-
luisse Pythagoram existimamus; contra vero si al-
ius *subducendus* levigandusque esset istis vesci fuise
integrum: ut hunc in finem sæpissime ipsi Py-
thagoræ adhibitas 9. supra ex Gellio audivimus:
quemadmodum ad hanc rem *legumina* conducere
ajunt medicorum filii. Arn. Villanovan. ad Me-
dicin. Salernitan. cap. XXXIII. p. m. 197. Porro
cum omnium leguminum *substantia inflet*, concoctioni
renitatur, crassique & pravi succi alimentum in
corpus diffundat: merito a victus salubris ratione
excluditur. BRODIUM tamen sive JUSCULUM eorum,
eo quod flatum cum omni & alimenti & concoctionis
pravitate deponat, VENTREM SUBDUCAT, urinam
ciccat: venarum, atque viscerum obstructions amo-
liatur, adeoque ad vasorum etiam quæ colatoria
vulgo vocantur, nempe Hepatis, Renum & Vesicæ
emundationem sit efficacissimum, non parum commo-
ditatis in victus salubris ratione habere dignoscitur.
Huc facere nobis videtur locus alter apud Laër-
tium p. m. 219. qui ita ex vulgari lectione habet:
Τῶν δὲ κνύμων ἀπηγόρευεν ἔχουσαι, διὰ τὸ πνευματώδεις
ὄντας,

9. supra ex Gellio audivimus.] Gel-
lium Symbolum nostrum ad absti-
nentiam a re Venerea referre su-
pra vidimus; sed illud non adeo di-
recte hanc respicere autem; cum
potius ea sub Symbolico præcep-
to Μήτερον μὴ ἐσθίου animantis vu-
lam non comedendi prohibita videa-

tur: uti explicat Hiërocles com-
ment. ad aur. Verba p. 298, 299.
Interim cum omnia quæ mentem
turbant hic vetita esse intelligan-
tur, in tantum proluvies Vene-
rea quatenus & hoc patrat inclu-
ditur.

ὄντας, μάλιστα μετέχειν ἔ ψυχικῶ. καὶ ἄλλως κοσμιωτέ-
ρας ἀπεργάζεσθαι τὰς γαστέρας, μὴ παρελθόντας. καὶ
διὰ τῆτο καὶ τὰς κερύωνες φαντασίας λείας καὶ ἀταράχας
ἀποτελεῖν. Quæ ita vertit Aldobrandinus: *A fa-
bis autem ideo jubebat abstinere, quod inflationem
habentes ad animantium vim maxime accederent,
quodque non adhibitæ ventrem modestiorem reddant,
ob eamque causam visa quietis lenia ac tranquilla
nobis afferant.* Hæc autem quid sensus habeant me
latere fateor: quid enim sibi velit quod inflationem
habentes ad animantium vim maxime accederent
non assequor; atque id quod sequitur quodque non
adhibitæ ventrem modesticrum reddant aperte satis
alienum est: nam non adhibitæ nihil agunt; adhi-
bitæ autem alvum ¹⁰ leniter subducunt & modesti-
torem reddunt opinione Pythagoreâ. Aliam ver-
sionem dedit Ambrosius: *Porro fabarum interdi-
cebat usum, quod vento essent plenæ, atque ani-
mato maxime convenirent. Adhæc nisi sumantur
leviores ac modestiores fieri ventres, atque adeo
quæ in somnis contingunt imagines leves ac pertur-
bationes vacuas reddi.* Quæ superiori haud mul-
tum clariorem se prodat. Locum igitur mendo-
sum agnoscunt viri Eruditi, & non unâ ratione
¹¹. repurgare adnituntur.

§ XVI.

¹⁰. *Leniter subducunt.*] Vossius ἔχεισθαι legendum existimat Doct.
de Physiol. Christ. & Theol. Gent. Rittershusius Not. in Porphyr. de
lib. v. c. xxv. p. 56. FABÆ AL- vitâ Pythag. Num. XLIII. ἀπείχε-
VUM SENSIM SUBDUCUNT AC LE- σθαι: τῶν δὲ κυμάτων ἀπηγόρευεν ἀπείχε-
VIGANT. IDEO FREQUENS EARUM σθαι. Verum tum sensus erit Py-
USUS PYTHAGORÆ, &c. thagoram interdixisse a Fabis absti-

¹¹. *Repurgare adnituntur.*] Pro nere: verbum enim ἀπαγορεύειν in-
ter-

ρευνεν ἔχεισθαι mihi legere liceat ἡγόρευεν ἀπέχεσθαι, Sed se-
& 12. illud μὴ ante παραληφθέντας delere, quando cunctum
ut puto constabit sensus hac ratione : Τῶν δὲ κυά- quid vo-
μων ἡγόρευεν ἀπέχεσθαι, διὰ τὸ πνευματώδεις ὄντας, μά- luisse Py-
λισα μετέχειν τῷ ψυχικῷ. ἢ ἄλλως κοσμιωτέρας ἀπεργά- thago-
ζεσθαι τὰς γαστέρας παραληφθέντας. ἢ διὰ τὸτο ἢ τὰς ram.
κατ' ὑπὸς φαντασίας λείας ἢ ἀταράχης ἀποτελεῖν. *Afa-
bis jussit abstinere : quod flatuosi sint plurimumque
corporis animalis habeant*, seu hujus participes
maxime sint, & ad id faciant. (*Alias autem si
assumantur eas ventres leviores*, seu modestiores
reddere dixit.) *Et hac ratione visa quæ per som-
nia obveniunt sibi levia ἔστω tranquilla reddere.* Du-
plici scilicet corpore vestita mens est; altero quod
αὐγοειδὲς *lucidum* dicitur, quocum ex astris descen-
dit, altero quod ψυχικὸν *animale*, imo & θνητὸν
mortale vocant ex inferiori materiâ adnatum Hië-
rocles in aur. carm. p. 294. Ἀλλὰ δὴ ἢ τῷ αὐγοειδεῖ
ἡμῶν σώματι προσέφυ σῶμα θνητὸν ὄν, κατὰρεῦσαι δεῖ καὶ
Α α τῶ-

terdicere notat. Dein pro κατὰρεῦσαι terum locum obscurum, & men-
recte legit κατ' ὑπὸς, uti & ex dosum imo nonnulla inscitia esse
Suida H. Casaubonus, Menagius judicat : tandem turbare hæc ver-
&c. Pro ἔχεισθαι reponerat Cla- ba μὴ παραληφθέντας : Observ. in
riff. Menagius ἰδεσθαι ex Callima- Laërt. p. m. 213, 214. Videri po-
cho apud Gellium lib. iv. c. xi. test & Erudit. Mericus Casaubo-
nus Aldobrandino applaudens Not.
ad Laërt. p. 20.

Καὶ κυάμων ἀπὸ χειρὸς ἔχειν αἰνιγμα-
τῶδες

Κατὰ Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγων.

Addit Vir magnus legitur apud
Suidam τῶν δὲ κυάμων ἀπέχεσθαι : &
forte ita scripserat Laërtius. Coe- Viris Doctis notatum est.

τῆτο, ἢ τῆς πρὸς αὐτὸ συμπαθείας ἀπαλλαγῆναι. λαπε-
ται δὲ ἐν ἡ τῆς ψυχῆς σώματι καὶ ἁγαστοῖς &c. Quoniam
vero LUCIDO etiam CORPORI nostro adnatum COR-
PUS MORTALE est; decet & istud quoque purgari,
suaque ipsum contagione liberari. Supereſt igitur
ANIMALIS corporis purgatio &c. De quibus plura
lib. III. Hujus corporis animalis plurimum ha-
bet faba: cum ad generationem materialem, atque
affectiones conferat multum, uti supra. Tempe-
rantes autem a Fabis sibi viſa, quæ per somnia ob-
veniunt, levia & tranquilla reddent: cum tur-
bulenta generent fabæ. Sive hæc Simpliciter res-
pexerit Pythagoras, sive Divinationem per infom-
nia, cui hinc ineptos reddebant eadem, inten-
derit. Quod posterius Ciceronis locus de Divinat.
lib. I. innuere videtur: Pythagoras & Plato ait
Cicero locupletissimi auctores, quo in SOMNIS CER-
TIORA videamus, præparatos quodam victu atque
cultu proficisci ad dormiendum jubent. Faba qui-
dem Pythagorei utique abstinere: quasi vero eo
cibo MENS, NON VENTER INFLETUR. Sed & non-
nunquam Fabarum usum corpori perutilem voluisse;
Pythagoram significat Laërtius: cum comestæ ven-
trem levioſorem reddant. Alias autem si assuman-
tur ventres leviores reddere. Adeo ut & Faba-
rum usus non tam absolute, quam quidem quate-
nus mentem infæcundam reddere & obruere possit
fuerit prohibitus. Quod itaque de Pythagora, Py-
thagoreis, & Ægyptiis referunt eos præsentissi-
mum vitæ discrimen subire, imo vel ipsam mor-
tem perpeti maluisse, vel Parentum comedere ca-
pita, quam fabis vesci, casve calcare, tangere
vel

vel aspicere, capiendum erit de illorum *sui ven-
ditatione & praecepto*: quod scilicet nulla vi ad
vitam *voluptuosam* menti *soporiferam*, imo *fera-
lem* adigendi fuerint: & cuius bono vita *purgata*,
& divina vita corporali potior habenda sit; atque
hac privari satius sit, quam illa destitui: ita Py-
thagoras Τελευται πολλῶν κερτῶν, ἢ δι' ἀνεργίας τῆς
ψυχῆς ἀμαυρῶσαι *Satius est mori, quam per inconti-
nentiam animum obnubilare.* Stob. Serm. XVII. Ut
Fabas non adeo *nomine* tenus, quam quidem *signi-
ficatione* innuerint.

§ XVII. Pythagoram igitur *non Fabis inter-
dixisse*, ob creditum quempiam *Animarum* in eas
velut *animalia transitum* patere opinor: imo &
genuinum Symboli vexatissimi sensum ea quæ dicta
sunt aperire mihi quidem videbantur. Conclusio,
tum ca-
pitis bu-
jus, tum
libri pri-
mi.

Atque hisce suscepti penſi *partis primæ* demon-
stratione, *Non assertam*, videlicet, *a Pythagora*
Animarum de corpore in corpus transmigrationem
me defunctum existimabam. De altero Disquifi-
tionis nostræ capite *Num & firmo satis tibicine a-
liis nonnullis adscripta sit Metempsychosis lib.* Se-
quente videamus.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE
PALINGENESIA VETERUM,
SEU
METEMPSYCHOSI
SIC DICTA
PYTHAGORICA
LIBER SECUNDUS.

*Qui de iis, quæ inter Vetustiores (præter
Pythagoram) METEMPSYCHOSIN adscrip-
tam passim offendimus, agit.*

CAPUT PRIMUM.

*An ÆGYPTII Animarum de corpore in corpus
TRANSMIGRATIONEM crassam asseruerint.*

LIB. II. § I.
CAP. I.
*Ægyptios
commu-
nioir cal-
culo pri-
mos*



*Ægyptios omnium Disciplinarum Phi-
losophiæque parentes ajente Macro-
bio Saturn. lib. I. c. v. Hominum
sapientissimos Herodoto lib. II. I. pri-
mos*

1. *Primos.*] Vid. & Ouzelium 201. Tob. Pfannerum Systemat.
animadvers. ad Minuc. Feli 4 p. Theol. Gent. pur. cap. XIX. § III.

mos docuisse Animas e corporibus in alia migrare
 corpora communior sententia est. Gaudentius de ^{ἡμετέρας} ^{κατασκευασ}
 Pythagoreâ animar. transmigr. Exerc. I. c. I. ^{artifices.} *Qui-*
nam inter mortales PRIMI animas existimarint trans-
migrare a corporibus in corpora si quæras licebit
audire HERODOTUM sic loquentem lib. II. Ægyptii
primi extiterunt qui dicerent animam hominis esse
immortalem, quæ de mortuo corpore subinde in aliud
atque aliud corpus, ut quodque gigneretur immi-
graret. Quantum quidem scilicet constet annalium
fide uti mox addit Paganinus Potest fieri ut etiam
alibi extra Ægyptum ante Ægyptios sic senserint
alii, a quibus opinio ad Nili accolas manarit. Id
tamen dicere non possumus, cum non sint præsto an-
nalium memoriæ. Attamen Brachmanas Metemp-
sychosin professos fama est: atque ipse, Pagan-
ine, c. xv. ex Philostrato memoras eam opinionem
ex horum sententiâ ex Indiâ manasse ad Ægyp-
tios; verum hac de re. infra nonnulla. Hos inter-
rim communiori calculo Transmigrationi adhæsisse
constat. Vid. lib. I. cap. III.

§ II. Huic tamen de Ægyptiis sententiæ quid- ^{Ea quæ}
 quid Theologiæ Ægyptiacæ de *animâ separatâ* est ^{de statu}
 refragari haud obscure prostat. Eos enim *beatam* ^{Animæ}
 & *æternam vitam* iis qui in terris *pie* vixerint in ^{post mor-}
 communionem *Deorum* in sedibus æternis trahen- ^{tem tra-}
 dam adseruisse liquidum fit ex Diodoro, qui, ex ^{dit doctri-}
 mente Ægyptiorum, *justorum* Animis *piorum* con- ^{na Æ-}
tubernium, sempiternum cum piis ævum in *æternâ* ^{gyptiaca}
habitatione peragendum assignat: atque Ægyptios ^{Metemp-}
 ut id cuique bono contingat precari solitos attesta- ^{sychosin}
 tur lib. I. p. 82. ^{abnegare:}
 Τὴν δ' ἐκ παλαιοῦ ἀγωγὴν καὶ παιδείαν ^{ut Pie}
 tam æter- ^{conditio-}
 ne bea- ^{nam ple-}
 tam æter-

nam in
sedibus
Beato-
rum.

διελθόντες, πάλιν ἀνδρός γεγονότος τὴν εὐσέβειαν, καὶ δικαιοσύνην, ἔτι δὲ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς αὐτῷ διεξέρχονται. καὶ παρακαλῶσι τὰς κατὰ θεὸν σὺνοικον δέξασθαι τοῖς εὐσεβέσι. Τὸ δὲ πλῆθος ἐπωφημῶν, καὶ συναποσεμνύνει τὴν δόξαν τῷ τελευτηκότῳ, ὥς τὸν αἰῶνα διατεῖβειν μέλλοντος κατ' αὐτὰ μετὰ τῶν εὐσεβῶν. *Sed ut a puero educatus & institutus, & ad virilem aetatem progressus, PIETATEM in Deos, & JUSTITIAM; itemque CONTINENTIAM, & alias Virtutes coluerit recensent.* (ante sepulturam) *Ac 2 DEOS. infernos ut in CONTUBERNIUM PIORUM recipiatur obtestantes rogant. Laudes clamore secundo vulgus excipit, & magnificis simul laudibus defunctum praedicant, ut qui SEMPITERNUM CUM PIIS ÆVUM IN DITIS REGNO sit peracturus. Cadavera (dein) quibus propria sunt monumenta (pergit Diodorus) in designatis ad hoc conditoriis reponunt. Ut mortuos ad æternam habitationem translato ajunt: Idem Diodor. ibid. p. 83. Sanctissime autem constitutum est apud Ægyptios, quod Parentes, aut Majores ad ÆTERNAM HABITATIONEM TRANSLATOS (εἰς τὴν αἰώνιον οἰκίαν μεταστάντας) impensius honorare videntur, &c.*

Æterno-
rumque
Deorum
asserunt.

§ III. Quod ulterius confirmat Ritus funeralis *Viscera* demortui Soli ostensa velut anathema piaculumque pro peccatis in Nilum projiciendi, ne æternorum *Deorum* arceretur contubernio Porphyr. de Abstin. lib. iv. § x. *Quonquam illud non est prae-*

2. *Deos; Infernos.*] More. & ex has *supra* eandem in *Zonis coelestibus* opinione *Græcorum* hic loqui videtur proprie constituisse, illas in inferno Diodorus, qui Animarum separata-
rioribus regionibus seu *infra* Terram sedes & *tristes* & *letas* *infra* terram deprehendantur. Vid. cap. h. u-
ram vulgolocabant; cum Ægyptii jus § vi.

praetereundum quod cum nobiles jam defunctos con-
diant, privatim VENTREM eximunt, (ἰδὲ τὴν κοι-
λίαν ἐξελόντες) & in arcâ reponunt: deinde inter
alia quae in mortui gratiam faciunt, arcam ad
Solem attollentes eum testem invocant, uno ex li-
bitinariis pro mortuo orationem habente. Est autem
oratio quam Euphantus ex Ægyptiacâ linguâ in-
terpretatus est hujusmodi: Sol omnibus imperans,
vosque Dii universi, qui vitam hominibus largi-
mini; ME ACCIPITE; ET DIIS CONTUBERNALEM FU-
TURUM TRADITE. (προσδέξασθε με, καὶ παρέδοτε τοῖς
αἰθεροῖς θεοῖς οὐνοικον) Ego enim Deos quos mihi pa-
rentes commonstrarunt semper pie colui, quamdiu
in hoc seculo vixi, quique corpus meum genuerunt
semper honoravi: nec aliorum hominum quempiam
occidi, nec ab iis depositum eripui, nec aliud quid-
piam inexpiabile malum admisi, si vero dum vive-
bam, aliquid quod fas non erat vel edendo, vel
bibendo perpetravi, non per me peccavi, sed PER
ISTA: arcam digito ostendens in qua VENTER posi-
tus erat. Atque haec locutus, in FLUVIUM EAM
CONJICIT, reliquum autem corpus tanquam PURUM
condit. Ita excusatione apud Deum opus habere
rati sunt ea, quae cibo & potu peccaverant, &
propter haec proterve fecerant. Plutarchus convi-
vio septem Sapient. op. tom. II. p. 159. Οἱ (Αἰ-
γύπτιοι) τὸν νεκρὸν ἀνατέμνοντες ἰδεῖαν τῷ ἡλίῳ, εἰτ' αὐτὰ
(sc. σπλάγχνα) μὲν εἰς τὸν ποταμὸν κατέβαλον. τῷ δὲ
ἄλλῳ σώματος ἥδη καθαρὰ γεγονότος ἐπιμέλονται. τῷ γὰρ
ὄντι τῷτὸ ἐστὶ τὸ μίasma τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ ὁ τὰς τα-
ρῶν, ὡς ἐν ἄλλῃ δεικνύων τινῶν ρευμάτων καὶ πνεύματος ὁμῶς καὶ
πυρρὸς. συμπίεσθαι καὶ νεκρὸν περίπλεως. Ii (Ægyp-
tii)

tii) *mortuum dissecto ventre soli ostendunt, deinde INTESTINIS in profluentem abjectis, reliquum cadaver ut jam PURGATUM procurant. Revera enim corporis nostri contaminatio sunt ista, atque Orcus veluti apud inferos exitiosis quibusdam fluminibus & ventis simul atque igni confusis, cadaveribusque opplatus.*

Eamque in purum, invisibilem, & passionibus non obnoxium statum transire.

§ IV. Atque Animas (justas) corporibus hisce terrenis solutas migrare in *purum invisibilem*, & *passionibus non obnoxium statum* secundum Ægyptios egregie explicat Plutarchus de Iside & Osiride p. 382. Καὶ τὸτο ὅπερ οἱ νῦν ἱερεῖς ἀφοσιώμενοι καὶ παρακαλυπόμενοι μετ' εὐλαβείας ὑποδηλῶσιν, ὡς ὁ θεὸς ἔστος ἀρχὴ καὶ βασιλεύει τῇ τεθηκότων, ἔχ' ἕτερος ἂν τῶ καλεσμένῳ παρ' Ἑλλήσιν αἰδῶ καὶ Πλάτωνος ἀνοσιώμενον ὅπως ἀληθῆς ἐστὶ, διαταράττειν τὰς πολλὰς ὑπονοήσας ἐν γῇ, καὶ ὑπὸ γῆν τὸν ἱερὸν καὶ ὅσιον ὡς ἀληθῶς Ὀσίριν οἰκεῖν, ὅπως τὰ σώματα κρύπτεται τῷ τέλει ἔχειν δοκῶντων. ὁ δ' ἐστὶ μὲν αὐτὸς ἀπώτατον τῆς γῆς ἀχραντος καὶ ἀμίαντος, καὶ καθαρός, ὑσίας ἀπαύσεως Φθορὰν δεχομένης καὶ θάνατον. ἀνθρώπων δὲ ψυχῶν ἐν ταυτοῖς μὲν ὑπὸ σωμάτων καὶ παθῶν περιεχομέναις ἔχ' ἐστὶ μέλας τῶ θεῷ, πλὴν ὅσον ὀνείρατος ἀμαυρῶ θιγεῖν νοήσει διὰ φιλοσοφίας. ὅταν δὲ ἀπολυθεῖσαι μεταστῶσιν εἰς τὸ αἰεδὲς καὶ ἀόρατον καὶ ἀπαθὲς καὶ ἀγνὸν ἔστος αὐταῖς ἡγεμῶν ἐστὶ καὶ βασιλεὺς ὁ θεὸς ἐξηρητημέναις ὡς αἰ ἀπ' αὐτῶν καὶ θεωμέναις ἀπληγῶς καὶ ποθέσαις τὸ μὴ φάλλον μηδὲ ῥητὸν ἀνθρώποις κάλλος. καὶ τὴν ἰσὺν ὁ παλαιὸς ἀποφαίνει λόγος ἐρώτων αἰ καὶ διώκεσθαι καὶ συνῆσαν ἀναπιμπλάναι τὰ ἐνταῦθα πάντων καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ὅσα γενέσεως μετέσχηκε. ταῦτα μὲν ἐν ἔστω ἔχει τὸν μάλιστα θεῷς πρέποντα λόγον. *Id etiam quod hodie sacerdotes veluti abominantes & occultantes trepide significant, Osiridem (Deum) mortuis imperare,*

ne-

neque a Dite seu Plutone alium esse : ignoratum
 quomodo verum sit , plerosque turbat , suspicantes
 in terrâ & infra terram sacrosanctum istum vere Osi-
 rin habitare , ubi corpora latent eorum qui jam
 esse defuisse putantur. At vero ille ipse longissime
 A TERRA ABEST IMPOLLUTUS , INTAMINATUSQUE
 ET PURUS AB OMNI NATURA INTERITUM MORTEM-
 QUE SUSTINENTE. *Hominum autem ANIMÆ quam-*
diu hic a corporibus & adfectionibus continentur,
nihil habent cum Deo consortii , nisi quatenus phi-
losophiæ adjumento veluti per somnium intelligen-
tiâ eum attingunt. At postquam SOLUTÆ MIGRA-
VERUNT IN PURUM, ET VISUI ATQUE PERPESSIONI-
BUS NON OBNOXIIUM : ibi tum earum ipse DEUS
DUCTOR est, ab ipso pendentium, spectantiumque
absque ullâ satietate, & desiderantium ineffabilem
hominibus pulcritudinem : cujus amore prisca fabu-
la Isidem correptam ait, ea persequenda & po-
tiunda implere res caducas omnibus pulcris atque
bonis. Haec est harum rerum explicatio maxime
Deorum naturae consentanea. Ubi notandum ex
mente Ægyptiorum I. Animam dum corpore te-
netur nihil cum Deo consortii habere nisi quatenus
philosophiæ adjumento veluti per somnium id est
imperfecte eum intelligentiâ attingat. Sed II. post-
quam corpore soluta sit in meliorem transire condi-
tionem : migrare enim in statum castum, invis-
ibilem & passionibus non amplius obnoxium. III. Eam
tunc & perfectiorem haberi respectu operationum :
dum ipse Deus tum ipsi Ductor & Rex sit, ipsa-
que absque ulla satietate spectet & perpetuo desi-
deret ineffabilem hominibus pulchritudinem. Ast

B b

Mc-

Metempsychosis mentem statui innectit *impuro*, ac *passionibus maximum obnoxio*, inhabili corpori com-
pedium adinstar de novo intricatam ait, Deum duc-
torem, & regem sequendo veramque pulchritudi-
nem spectando penitus *ineptam* renunciat; atque
adeo eam post discessum ex corpore proprio a statu
beato longe facit *alienam*.

Cujus Lo-
cus Lu-
na fit.

§ V. Locum si quæris ubi felicem agunt vitam
Animæ postquam exuerint corpus corruptum? *Luna*
nam indicabunt nonnulli: hanc enim sub imagine
Hecates ab Ægyptiis pingi solitam tempore ple-
nilunii ramum altera manu Laureum, & *Papaver*
altera tenentem proposuisse: ramum Laureum quo-
niam a Sole ignea fit: *Papaver* vero propter fer-
tilitatem, *multitudinemque animarum* quæ eam
corpore solutæ tanquam civitatem *incolere* existima-
bantur. Eruditus apud Piërium Hieroglyph. lib. i.
Lunam sub Hecates imagine pingebant. — — — *Ple-*
nilunii autem virtutem ferrugineo colore denota-
runt: tuncque ramum Laureum & Papaver manu
tenere fingeatur: ramum quidem Laureum quoniam
a sole ignea fit: Laurus enim soli consecrata est.
PAPAYER vero propter fertilitatem, MULTITUDI-
NEMQUE ANIMARUM, QUÆ IN EA TANQUAM IN CI-
VITATE HABITARE PUTABANTUR. *Duplicem enim*
tellurem Ægyptiorum philosophia statuebat, supe-
riorem unam, & inferiorem alteram: superiorem-
que tellurem LUNAM esse putabant. inferiorem ve-
ro hanc frugum procreatricem quam nos mortales ha-
bitamus: ILLAM enim ANIMAS CORPORE SOLUTAS
INCOLERE putabant, quia cum ÆGYPTII ex Hebræo-
rum, a quibus multa didicerunt theologia esse quen-
dam

dam locum, in quem animae corpore solutae TRANS-
MIGRENT, ibique BEATORUM SEDES esse, & mul-
ta praeterea de caelesti illa patria & sancta civitate
ejusque regionibus audivissent; & in plenilunio ma-
culas quasdam in Lunari orbe viderent, quae in
nullo alio sidere cernerentur, & terrarum quan-
dam, montiumque & lacuum imaginem prae se fer-
rent, Divina Mysteria & Arcana humana intelli-
gentia metiri volentes, EA OMNIA IN LUNA esse
putabant, eamque caelestem illam tellurem esse age-
bant.

§ VI. Vel regionem a Luna ad Terram paten-
tem Animarum separatarum domicilium enarrabunt
Nili accolae. Isis ad Horum πῦρ τῶ σωμάτων ἀπολυ-
θεῖσαι χαρῶσιν αἱ ψυχαί, ubi Animae corporibus libe-
ratae versentur? quarentem. Βλέπε ψυχῶν διατάξεις τὸ
ἀπ' ἑσπέρης κορυφῆς μέχρι σελήνης, θεοῖς, καὶ ἀστροῖς, καὶ τῇ
ἄλλῃ προνοίᾳ σχολάζει. τί δὲ ἀπὸ σελήνης, ὃ τέκνον, ἐφ'
ἡμᾶς, ψυχῶν ἐστὶν οἰκιστήριον. *Animarum ordines accipe.*
Quantum quidem a caeli vertice usque ad Lunam patet,
Diis, ac stellis, & reliquae providentiae vacat: A LU-
NA VERO AD NOS USQUE ANIMARUM PORRIGITUR DOMI-
CILIUM. Mercurii lib. Sac. apud Stobaeum Eclog. Phys.
lib. I. c. XL. p. 145, 146. Quae infra distinctius explicat:
Atque hic rectus est ordo ab inferioribus ad superiora
protenusus, ita ut partes quidem generales sint quatuor,
intervalla autem duodecim, regiones vero sexaginta,
QUAS INCOLUNT ANIMAE, ut ejusdem omnes natu-
rae, ita DIGNITATIS NON ITEM. (ἐν δὲ ταῖς χά-
ραις ταύταις, ἐξήκοντα ἔσται τὸν ἀριθμὸν, οἰκίσαι αἱ ψυχαί,
ἐκάστη πρὸς ἣν ἔχει φύσιν, μίαν μὲν καὶ τῆς αὐτῆς συστάσεως
ἔσται, ὅκ' ἐτι δε τμήν) *Quanto enim unaquaeque re-*
gio

Vel ter-
ram lu-
namque
interja-
cens Re-
gio; Zo-
naeque
coelestes.

gio longius a terra distat, tanto eam incolentes animae reliquis antecellunt, &c. vid. totum hunc locum lib. I. cap. XIII. § VII. nobis allatum. Ut de Hermete Isis quod in inferioribus oris muneribus suis defunctus cum esset in *Zonam* suam receptus sit, apud eundem Stobæum p. 117. *Sed non æquum est imperfectam hanc narrationem omittere, verum Hermetis verba libros deponentis referre &c.* *Haec fatus, suisque defunctus munerebus in ZONAM SUAM RECEPTUS EST.* (Τοσαῦτα εἰπὼν, τὰς βίβλους, καὶ τοῖς ἐαυτῷ κατεξάμμος ἔργοις, ἰδίαις τε μερίζεται ζῶναις.) Quemadmodum & Osiris & Isis post peracta in mundo officia ab iis qui *Coelum incolunt* iterum assumpti sunt Ταῦτα πάντα ποιήσαντες, ὧ τέκνον, Ὅσιρις τε καὶ γὰρ τὸν κόσμον πληρέτατον ἰδόντες, ἀπηγέμεθα λοιπὸν ὑπὸ τῶν τῶν ἑρατῶν κατοικούντων. *Haec omnia cum Osiris & ego, fili, peregissemus, repletum conspicati mundum a COELI INCOLIS deinceps REPETEBAMUR.*

Et huc faciunt inscriptiones sepulcrales thecis cadaverum ligneis insculptæ, quas ex Nardio profert Kircherus Oedipo Ægyptio tom. III. Syntag. XIII. cap. v. § I. imprimis secunda, quæ sic habet: *Vita superna vivat* (defunctus hic) *Numini supremo per contemplationem junctus & unitus; omni adversitate profligata in Cratere Hemphra intellectuali submersus, CATENÆ NUMINUM INSERATUR BENEFICORUM; IN ZONIS BEATITUDINIS REGNET, ab Inferiorum appetitu liber, rore supremo mundano rigatus alas acquirat robustas, & NUNQUAM RECIDUAS, PERPETUO VIGIL.*

Et impu-
ras Ant-

§ VII. Quantum autem ad receptaculum impu-
rio-

riorum animarum, has pro meritis vitae antea factas in Inferiora loca detrudi docet Isis: Αἱ δὲ λυθείσαι, ^{mas in Inferiora loca subterranea relegari ait.} εἰς τὰς αὐτὰς, ἢ καὶ ἐτι ὑπεράνω ἀνέρχονται, πλὴν ἡμῖν τιναίς ἔτι εἶεν τὴν ἀξίαν τῆς αὐτῶν φύσεως, καὶ τὴν τῷ θεῷ νόμῳ παρεγγελίαν πεπεραχῦναι. ἄσπερ ἡ ἀνω προνοία, τῶς οὖν μέτρον τῶν ἀμαρτηκότων, εἰς τὰς ὑποκάτω χάσας ἐξορίζει. *Easdemque vel etiam altiores (Zonas) LIBERATÆ repetunt, nisi forte NATURAM suam fuerint ac DIVINAM LEGEM TRANSGRESSÆ, quas quidem superna Providentia in INFERIORA loca pro delictis relegat.* Locum Subterraneum quem *Amenthen* vocant Plutarch. de Iside, & Osiride p. 362. Καὶ παρ' Αἰγυπτίους ἄλλα τε πολλὰ τῶν ὀνομάτων λόγοι εἰσὶ, καὶ τὸν ὑποχθόνιον τόπον εἰς ὃν οἶονταί τας ψυχὰς ἀπέρχεσθαι μετὰ τὴν τελευταίαν, Ἀμνῶθην καλεῖσιν, σημαίνοντος τῷ ὀνόματος τὸν λαμβάνοντα, καὶ δίδοντα. *Et apud Ægyptios cum multa alia nomina rationem habent: tum SUBTERRANEUM ii LOCUM, IN QUEM PUTANT II A MORTE ANIMAS FERRI, AMENTHEN vocant quod vocabulum significat dantem & accipientem.* Amenthen autem de improborum habitaculis explicandum inde fit apertum; quod *piorum* sedes sint *Zonae* superæ. Scilicet IMPIE qui vixerit, RE-DITUS DENEGATUR IN COELUM. Ut Asclepius ex Mercurii doctrinā apud Apulejum in Herm. Trismegis. Id quod certo ante sepulturam ritu significant Ægyptii, *examine vitae* demortui per certos iudices instituentes: quo si *impia* deprehensa fuerit, *cadaver* consuetā sepulturā arcebatur, mentem parī ratione *beatis* Divorum sedibus *excludendam* iri innuentes. Diodorus lib. 1. p. 82. *Deducto itaque in stagnum navigio, priusquam mortui*

loculus inibi deponatur, quisque accusare velit a lege potestatem habet. Quod si quis in medium progressus institutam ACCUSATIONEM probarit, quod VITAM MALAM egerit, lata per JUDICES sententia tum ab usitata CADAVER SEPULTURA arcetur. Sin accusator calumniosam intendisse actionem deprehensus sit, magnae obnoxius est pœnae. Quando vero NULLUS (pergit Diodorus) se offert accusator, aut oblati criminatiōis FALSE convincitur, deposito cognati luctu ad mortui laudes procedunt &c. tandemque sepulcro mandant, contrario benignoque de mentis statu praejudicio suscepto. Vid. cap. hujus § II.

Atque
statum
apud In-
feros vel
Superos
eternum.

§ VIII. Imo & iustorum & iniustorum post hanc vitam, cum semel in locum proprium, vitae prae-teritae congruens, perventum fuerit, conditionem nunquam revolvibilem, sed aeternam voluisse Aegyptios ex Mercurio tradit Caelius Rhodiginus Lect. Antiq. lib. IX. cap. XXI. Quinimo pœnas statuit SEMPITERNAS (Mercurius Aegyptiorum Pontifex maximus) IMPIIS ANIMIS in mundi hujus INFIMIS elementorum gradibus. Agit quoque gratias Deo quod BONOS viros AETERNITATI consecravit. Item dicit usque adeo conjungi mentem Deo, ut ERRORIBUS EX EO NON IMPLICETUR AMPLIUS. Hinc & Diogenes apud Lucianum in mortuor. Dial. tom. I. p. m. 293. ad Alexandrum qui Babylone post mortem a Ptolomæo in Aegyptum transportari volebat ut in numerum Deorum Aegyptiorum adscisceretur: Πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὦ θεῷτατε μὴ ἐλπίζης, ἔ γάρ θεμῖς ἀνελεῖν τινα τῶ ἀπαξ διασωθέντων τὴν χίμην, ἔ ἐς τὸν εἶσω τῶ φομῖς τοιρελθόντων, ἔ γάρ ἀμελὴς ὁ

Δι-

Αἰακός, ἔδ' ὁ Κέρβερος ἐνκαταφρόνητος. *Quin tu spes istas omittas o Divinissime!* NEQUE enim fas est REVERTI quemquam qui SEMEL PALUDEM TRANSMISERIT, atque intra specus hiatum descenderit, propterea quod neque indiligens est Æacus, neque contemnendus Cerberus. Quæ § II. III. & IV. cap. hujus confirmant.

§ IX. Inde quod *Sepulcra* appellatione vulgari Ægyptiis audiant *Domi aeternæ*: ob infinitum scilicet ævum in statu, cujus porta sepulcrum est, peragendum, undeque nullus detur regressus. Diodorus Siculus lib. I. p. 47. Οἱ γὰρ ἐγχώριοι ὄν μὲν ἐν τῷ ζῆν χρόνον ὑπελὶ πάντεσσι εἶναι νομίζουσι, τὸν δὲ μετὰ τῇ τελευτῇ δι' ἀετῆς μνημονευησόμενον, περὶ πλείους ποιεῖται. καὶ τὰς μὲν τῶν ζῶντων οἰκίσεις καταλύσεις ἀνομάζουσιν ὡς ὀλίγον χρόνον ἐν ταύταις ἀνέσθαι ἡμῶν, τὰς δὲ τῶν τελευτηκότων ταύτας αἰδίδας οἰκίας προσαγορεύουσιν, ὡς ἐν ᾧ οὐδὲ διατελέσθαι τὴν ἀπείρου αἰῶνα. διόπερ' ἤ μὲν κατὰ τὰς οἰκίας κατασκευῶν ἡττον φρονέουσιν, περὶ δὲ ταῖς ταύταις ὑπερβολῇ ἐν ἀποδείπνοι φιλοψύχας. *Nam regionis hujus incolæ tempus vitæ limitibus circumscriptum perexigui existimant. At quod celebrem a monte virtutis memoriam habiturum sit, illud pendunt maximi. Et DOMICILIA VIVENTIUM DIVERSORIA nominant; quod EXIGUUM ad tempus hæc incolamus. DEFUNCTORUM vera SEPULCRA DOMOS ÆTERNAS appellitant, quod INFINITUM APUD INFEROS ÆVUM PERAGANT. Quam ob rem de structurâ domorum minus sunt solliciti: in adornandis autem sepulcris eximie nihil studii faciunt reliquum.*

Inde sepulcra Ægyptiis domicilia aeterna dicta.

§ X. Atque inde ob creditam post hanc vitam *Ob creditam*

3. se-

3. *semel peractam*, nec iterandam aliam *beatam*, & *infinitam*, probitatis *praemium*: vel *miseram*, & *horridam*, lasciviæ *paenam*, quotidiana & vividissima *mortis*, ad extrema hæcce medii, apud hos vigeat meditatio & *commemoratio*, quâ a vitiis deterrerentur efficacissime, & ad virtutes incitarentur, præsentis vitæ deliciis modum ponens & obicem: Ægyptiis enim in conviviiis suis σκελετὸν humanum mortis simulacrum, circumferre fuisse consuetum legimus, convivæque inter prandendum bibendumque ut illud intueantur admonere, atque brevi se quoque ipsos tale quid fore meminerint: ne itaque nimium genio indulgeant forent moniti; sed veræ virtutis praxi, amicitia, dilectionisque mutua, quam convivia mutua præ se ferebant, cultui quisque operam navaret. Ita nos docet Plutarchus conviv. septem sapient. op. tom. II. p. m. 148. Οὐδὲ Αἰγύπτιοι σκελετὸς ὃν ἐπιεικῶς εἰσφέροντες εἰς τὰ συμπόσια προτίθενται, καὶ παρεχάλῃσι μνησθαι τάχα δὴ τοιούτους ἰσομένους, καίπερ ἄχαρις, καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἦσαν, ὅμως ἔχει τινα χαρὸν, εἰ μὴ πρὸς τὸ πίνειν καὶ ἡδυπαθεῖν, ἀλλὰ πρὸς Φιλίαν καὶ ἀγάπην ἀλλήλων προσέπεται καὶ παρεχάλει τὸν βίον, μὴ τῷ χρόνῳ βραχὺ ὄντα, πένεμασι κακοῖς μακρὸν ποιεῖν. *Ægyptii in convivio inferre solent SCELETUM (id est exsiccata hominis atque inter se compacta ossa) hortarique convivæ ut meminerint se non ita multo post tales fore. Is*

quam-

3. *Semel peractam.*] Si enim vitæ quando resipiscentiæ cuius & temperantiam terrestrem repeti posse credidimus & locus erat reliquus: & mandissent non tam anxia eos tenuissimis sese extricandi remanebat occasio Mortis sollicitudo, metusque, spes, & possibilitas.

*quamquam ingratus & intempestivus comessator tam-
men suum habet locum, non ad potum & volupta-
tes; sed ad mutuum AMOREM DILECTIONEMQUE
COHORTANS: MONENSQUE vitam breve tempus for-
titam non debere MALIS REBUS LONGAM reddi. At-
que & hac ratione cum Diodoro lib. i. Biblioth.
dicere licet. Apud ÆGYPTIOS vero cum pænæ ma-
lorum & præmia bonorum non fabulis sed CONSPEC-
TU posita sint, quotidie pars utraque officii admo-
netur, & hoc modo fit maxima & utilissima morum
correctio. Unde forsan, quod præsentissima, &
efficacissima ad virtutem media persuasoria usitave-
rint, primi, vel ipso Augure Apolline, magno
fane apud cæcos Gentiles teste, viam ad beatita-
tem commonstrasse dicti sunt: ita ille apud Euseb.
præpar. Evang. lib. ix. c. x.*

Ἀπειρή γὰρ ὁδὸς μάχαραν, τερχεῖα τε πολλόν,
Χαλκοδίτοις τὰ πρῶτα διογομένη πυλεῶσιν
Ἀτρεπίλοι δὲ ἕασιν ἀθέσφατοι ἐγγεγαυῖαι,
Ἄς πρῶτοι μερόπων ἐπ' ἀπείρονα πρῆξιν ἔφηναν
Οἱ τὸ χελὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώπιδος αἴης.

*Ardua & innumeris DIVUM est VIA consita saxis.
Ac primum e valvis rigido stridentibus ære
Panditur: hinc cæci ambiguo discrimine calles,
Quos fructu immenso PRIMI DOCUERE nepotes
NILIACO undantes potant qui gurgite lymphas.*

Quemadmodum e contrario ii, qui Animæ post
hanc vitam sortem variam, beatam, miseramve
C c vide-

videbant, mortis consideratione ad omne scelus
se mutuo incitare consueverant.

Hinc Φάγωμεν ἢ πιωμεν αὔριον γὰρ ἀποθήσκομεν, E-
damus, bibamusque cras enim INTERIMUS. Jes. xxii:
13. 1 Cor. xv: 32.

Et Sardanapalus apud Strab. Geor. lib. xiv.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφους τὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμεν ὅ γαλῆσι, θανόντι τοι ἔστις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδὸς εἰμι Νίνης μεγάλης βασίλευσας,
Ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον, ἢ ἐφύβρισα ἢ μετ' ἔρωτος
Τέρπων' ἔφαγον τὰδε πολλὰ ἢ ὀλβία κείνα λέλαιπται.
Ἡδ' εὖ σοφὴ βίότοιοι παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

*Cum te MORTALEM novis, presentibus exple
Deliciis animum, post MORTEM nulla voluptas.
Namque ego sum pulvis, Nini rex maximus
olim,*

*Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido
Hausit, at illa manent multa, & præclara re-
licta.*

Hoc sapiens vitæ mortalibus est documentum.

Ut Persius Sat. v.

*Indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est
Quod vivis: cinis & manes, & fabula fies.*

Videatur & Scriptor Apocryphus lib. sapientiæ
cap. ii. vs. 1-9.

§ XI.

§ XI. In eas interim *Superum* beatas, *Inferumve* sedes miseras non immediate transire mentes; sed demum post corpus putrefactum Ægyptii voluisse videntur: tamdiu videlicet in *antris* Animam corpori deposito cohabitare, quamdiu hoc a putredine manserit alienum, opinati; contra vero corruptione invadente ad loca commerita abscedere confestim. Inde inter alia sumptuosissimâ *Cadaverum pollincturâ* Ægyptiis usitatâ, ut hæc servarent quam diu possint incorrupta: Herodotus lib. II. § LIII. pro personarum conditione tria condimentorum genera distinguens. *Hunc in modum diligentissime condunt corpus: ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, ut quamque partem educentes, ita locum ejus medicamentis explentes. Dehinc acutissimo lapide Æthiopico circa ilia conscindunt, atque illac omnem alvum protrahunt: quam ubi repurgarunt, ac vino palmeo eluerunt, rursus odoribus contusis proluunt: tum alvum complentes contusa myrrha pura, & casta, & aliis, excepto thure, odoribus; iterum consuunt. Ubi hæc fecere, saliant nitro abditum septuagintadies: nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus cadaver ubi abluerunt, syndone byssina totum incisus loris involvunt gummi illinentes: quo Ægyptii glutinis loco plerumque utuntur. Eo deinde recepto propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusumque ita reponunt. Eos autem qui mediocria volunt, nimium fugientes sumptum, ita apparant Clysterem unguine quod e cedro gignitur complent: deinde ex hoc alvum mortui, ipsam ne-*

Non tamen immediate ad Superum, Inferumve sedes transire mentes separatas; sed demum corruptione cadaver invadente, inde hoc conditum religiose.

que scindentes, neque extrahentes, sed per seces-
sum, prebenso viae posterioris hiatu, inserciunt:
Et tot quot dixi diebus sale condiunt. Quorum die-
rum ultimo cedrinum unguen, quod prius ingesse-
rant ex alvo egerunt: quod tantam habet vim, ut
una secum alvum atque intestina tabefacta educat.
Nitrum autem carnes tabefacit, mortuique tantum
cutis Et ossa relinquuntur. Ubi ista fecere, ex quo
sic tradidere mortuum, nihil amplius negotii susci-
piunt. Tertia conditura haec est, qua adornantur
eorum mortui: qui tenuiori sunt fortuna, ablutio-
nibus ventrem abstergunt, arefaciuntque sale sep-
tuaginta per dies, deinde tradunt reportandum.
Diodorus Siculus Biblioth. lib. I. p. 81. Sepul-
turae TRIPLEX est conditio SUMPTUOSISSIMA, ME-
DIOCRIS Et VILISSIMA. In primam argenti talentum
insumitur; in secundam xx minae: in ultimam pe-
rexiguae sunt expensae Sc. Et pag. 82. Quam
primum ad secti cadaveris curationem convenere
unus per hiatum manu ad praecordia immersa, quic-
quid intestinorum est, praeter cor, Et renes extra-
hit. Alius alvum cum visceribus singulis repurga-
tam, vino palmeo, aromaticisque odoribus perluit.
Lotum denique cadaver per plures quam triginta
dies unguento primum cedrino, aliisque delibutum
reddunt: ubi singula corporis membra tantam ha-
bent integritatem, ut etiam palpebrarum Et super-
ciliorum pili, adeoque tota corporis species invaria-
ta persistat, Et formae pristinae effigies agnoscatur.

Qua con-
ditura
corpora
diutissi-
me, ut

§ XII. Hac autem conditurâ quam diutissime a
corruptione vindicata cadavera constat: Plato in
Phædone, corpus enim servatum, Et rebus quibus-
dam

dam ad durationem curatum, quemadmodum in ÆGYPTO faciunt INCREDIBILE QUODDAM TEMPUS ferme ajunt, a corrup-
tione vin-
dicata.
INTEGRUM manet; quin etiam si putrescat, tamen nonnullae corporis partes, ossa videlicet, nervique atque similia, ut ita dicam, immortalia permanent. (ἀθάνατά ἐστι) Unde Ægyptiorum aliquos Majorum cadavera, qui multis ante se seculis vixerint, asser-
vantes hos quasi vivos contueri potuisse loco su-
pra citato addit Diodorus: *Hinc multi Ægyptio-
rum, ait, in magnificis apud se aediculis majorum
cadavera assevantes, tam expresse multis ante suam
nativitatem seculis, defunctorum facies contemplan-
tur, ut singulorum complexum corporis, ac linea-
menta faciei contuentes mirifica voluptate, non secus
ac si adhuc secum vivant, adsciantur.* Unde Ci-
cero Tusc. Quæst. I. *Condiunt Ægyptii mortuos,
& eos domi servant.* Imo duobus amplius anno-
rum millibus integra servata fuisse referunt: ita
Joachim. Camerarius Oper. subciv. centur. secund.
p. 281. *Hoc certe constat peculiaria aromata, pul-
veres cedrinus, & alia contra corruptionem pugnan-
tia eos (Ægyptios) adhibuisse, & cadavera tam
artificiose condire solitos fuisse, aureaque lamina
nonnunquam ac fasciis densissimis obvolvisse, ut
DUOBUS AMPLIUS ANNORUM MILLIBUS integra præter
humores, & viscera servarentur, sicut etiam nunc
his temporibus ex arenâ pura eruuntur, circa Py-
ramides integerrima, illa ætate condita, & oblita,
quâ Isidi sacra fiebant, ut ex imaginibus, quas
cadaveribus includebant, compertum est. Et idem
ex Salmutho pag. seq. Testantur id medicata in
Ægypto cadavera ante annos PROPE TER MILLE-*
Cc 3 *quae*

quæ ad hunc usque diem INCORRUPTA perdurant.

Hujusce
finem ex-
titisse
Mentem
corpori
retinere
presen-
tem.

§ XIII. Hujusque industriæ & impensarum 3. veram rationem esse quam § XI. designavimus autumamus. Rem tetigit Clar. Joh. Gravius in Pyramidographia ajens ex *Ægyptiorum sententia Animam tamdiu in corpore perdurare quamdiu illud a putredine intactum servatur*; atque adeo *Pyramides exstructas servandorum Regum ac Reginarum corporum causâ*. Vid. Act. Lipsiens. de anno

1700.

4. *Veram rationem.*] Dubitanter causam conjectat Camerarius op. subciv. centur. secund. p. 281. Id ipsum, ait; præbuit mihi occasionem cogitandi quam ob rem *Ethnici, Ægyptii præsertim tantos sumptus & industriam in condiendis, conservandisque mortuis collocaverint. Non enim iis fidei Christianæ articulus de RESURRECTIONE carnis, utpote cum sapientiâ, & ratione humanâ penitus pugnans, cognitus fuit: quamvis Ægyptii teste Herodoto in Euterpe, primi extiterint, qui dicerent animam hominis esse immortalem, sed quæ per Μετεμψύχωσιν quandam ex uno corpore mortuo in aliud atque aliud, non hominis tantum, sed & brutorum omnis generis immigraret. Qui miremur autem hanc opinionem in Ægyptiis idololâtris, cum eadem etiam Phariseorum secta in populo Dei, cum Christus in terris degeret, imbuta esset Josepho teste? An autem PERGIT Camerarius, Ægyptii OSTENTATIONE quadam, vel NIMIO SUORUM AMORE tantam curam impenderint mortuis,*

vel alias causas habuerint, aliis excutiendum relinquo. Ad quæ notari possunt I. Nihilo magis cum sapientiâ & Ratione humanâ pugnare Carnis Resurrectionem, quam opinionem de rebus omnibus post lapsa triginta annorum millia in pristinum statum restituendis, quam tamen apud Ægyptios obtinuisse fama vulgaris est. II. Quod neque solam Rationem Veteres secuti sint; sed multa eosdem docuerit Traditio: quæ certe quicquid de futura rerum omnium ἀναγέννησις iis innouerit, ejus magistra est: quamque sub hoc aliove titulo magis minusve perfecte carnis Resurrectionem suggestisse nihil implicat. III. Alienam merito hic censendam Metempsychosin: cum hæc corpori mentem peregrinam, aliaque corpora inhabitantem faciat; polinctura autem fidam atque indivulsam corpori proprio sociam retinere adnitatur. IV. Phariseos vero saniora tenuisse: ut infra videbitur.

1700. p. 516. Sic plenius ex Clar. Smitho vitæ Gravianæ scriptore Corn. Adami Exercit. exegit. p. 147. Sane cum Ægyptii, non tantum reges, magnatesque, sed & plebei maximam habuerint curam corpora ope conditura ab omni marcere, & vitio integra conservandi juxta Ægyptiorum Theologiam animam non alio transiturem quamdiu corpus ossibus, & carne integrum, & a mucore, vermibus putredine intactum perduraverit, unde ut perpetuo, & indivulso nexu sibi invicem hi duo comites adhæreant, morem istum condiendi cadavera originem duxisse censet Cl. Gravius &c. Et hanc vere Ægyptiorum opinionem fuisse adstipulatur Servius qui ideo condita diutius reservare eos cadavera ait, ut anima multo tempore perduret, & corpori sit obnoxia nec cito ad alia transeat, ad III. Æneid. vers. 66, 67, & 68.

*Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & sacri pateras; Animamque sepulchro
Condimus.*

Bene animam lacte & sanguine COMMENTATUR Servius, ad tumultum dicit elicitam. Lacte namque corpus nutritur post animæ conjunctionem, & anima sine sanguine nunquam est; quo effuso recedit. Legimus præterea in sexto insepulorum Animas vagas esse, Et hunc (Polydorum) constat non legitime sepultum fuisse. Rite ergo reddita legitima sepultura, redit Anima ad quietem sepulcri: quam Stoici berciscundi, id est mediam secuti
tam

tam diu durare dicunt, quam diu durat & corpus
(aliud Stoicorum erat) *Unde ÆGYPTII periti sa-*
pientiæ CONDITA diutius reservant cadavera: sci-
licet ut ANIMA MULTO TEMPORE PERDURET, ET
CORPORI SIT OBNOXIA; NEC CITO AD ALIA TRAN-
SEAT: Ut contra factum memorat Romanis: qui
cadavera combusserint ut STATIM anima in GENE-
RALITATEM, id est in SUAM REDIRET NATURAM.

Lampa-
des sepul-
crales
Anima-
rum in
sepulcris
existenti-
am cre-
ditam ar-
guere.

§ XIII. Atque Animam secundum Ægyptios ali-
quamdiu in conditoriis cadaveri suo adhabitare eo-
rum 5. *Lampades sepulcrales* apparandi & condendi
consuetudo, ab his ad alias transmissa gentes, quæ 6 A-
nimæ existentiam & ibidem præsentiam significa-
bant liquido, indubium reddit. Fortunius Lice-
tus de Lucernis Antiquorum reconditis lib. 1. c.
XXV. p. 33, 34. *Sebastianus autem Foxius vir in*
Academia pariter, atque in Peripato versatissimus
apertum ac luculentum de perpetuis LUCERNIS ab
antiquo intra SEPULTURAS ardentibus testimonium
per-

5. *Lampades sepulcrales ab his ad* transiisse illam voluerint Veteres.
alias transmissa gentes.] Videantur Eleganter Cicero Tusculan. I Nun-
Urfinus Analect. Sacr. vol. 1. lib. *quam majores illi nostri CERIMONIAS*
v. cap. XLII. p. 308, Et Joh. Kirch- SEPULCRORUM tantâ curâ coluissent
mannus de Funerib. Roman. lib. *nec violatas tam expiabili religione*
IV. cap. IV. p. 381, 382. *sanxissent, nisi hæssset in eorum men-*

6. *Animæ existentiam et ibidem* tibus MORTEM NON INTERITUM ES-
præsentiam etc.] Omnis sepulcro- SE OMNIA TOLLENTEM, atque de-
rum cura religiosa, omnes circa lentem, *sed quandam quasi migra-*
eadem ceremoniæ mentis separa- tionem, *commutationemque vitæ,*
tæ clamant subsistentiam & immor- *quæ in claris viris, ac feminis dux*
pud depositum corpus, sive circa HUMI detineretur, & PERMANERET
eadem, sive generatim in aliam tamen,
vitam a crasso corpore separatam

perhibet alicubi, insinuato illarum FINE, detectaque OCCASIONE illas in tumulis recondendi; dum scribit in hanc sententiam: ÆGYPTII vitam lucernâ significantes occasionem veteribus dedere ponendi LUCERNAS PERPETUAS IN SEPULCRIS: IBI cum cadaveribus ANIMAS IMMORTALES 7. MORARI semper innuentes: non enim BESTIIS id officii præstabant; quibus noverant contigisse ANIMAM MORTALEM. Idem Licetus lib. II. c. XII. p. 70. Nempe maxima quum fuerit apud Antiquos admirabilium sepulcrorum ambitio, quod ex Mausoleis, 8. Pyramidibus, & Labyrinthis apud Plinium lib. XXXVI. c. V. XII. XIII. constat aperte, novum monumenti genus a nemine ante habitum, & vix a posteris imitabile, sibi condidisse virum inter Ethnicos sapientissimum, in quo pulcherrima quadam metaphora ÆTERNI LUMINIS, & aurei, argenteique liquoris, quidnam in SEPULCRIS MANERE Veteres opinarentur, insinuabat; nimirum ANIMAM rationalem, cujus DUE post hominis obitum supersunt illasæ FACULTATES INTELLECTUS atque VOLUNTAS; quarum illa pulcre argenteo latice representatur, hæc aureo liquore; ipsarumque post mortem homi-

Dd nis

7. Morari semper.] Id est, quamdiu corruptio non invaserit: alias enim pias Zonas recipere cælestes; ta ὅρας, καὶ τὰς σήλας καὶ Πυραμίδας; malas in inferiora detrudi supra auidivimus. ἐκείνα πάντα νεκροδοχεῖα, καὶ σωματοφυλάκιά ἐστι. Sepulcra o Charon con-

8. Pyramides.] Has enim mortuorum sepulcra fuisse neque ulli alii inservisse usui constat satis. tum columnas & PYRAMIDES, omnia illa MORTUORUM sunt RECEPTACULA, CADAVERUMQUE TENTORIA.

*nis AETERNA operatio lumine perpetuo lychni incom-
bustibilis : nam candidus argenti color omnes alios
colores in se recipere potest, ut mens a corpore se-
parata omnes rerum omnium notiones : Auri su-
pra omnia metalla perfectio, & violentiam ab igne
rerum cunctarum actuosissimo nullam natura patiens,
voluntatis probæ dignitatem, & libertatem æmula-
tur, quæ a nullo agente cogi valet ullâ ratione:
jugisque separati a corpore intellectus humani Ope-
ratio, Aristoteli etiam cognita XII Metaphys. th.
LI. semper ardenti, perpetuoque resurgenti flammulae
aptissima proportionem respondet, &c.*

Pyrami-
des &
quæcun-
que sepul-
cra Ani-
marum
recepta-
cula exi-
stimata

§ XV. Inde quoque Pyramides, aliaque monu-
menta, *Animarum separatarum receptacula* habi-
ta : Claudianus lib. II. in Ruffin.

— *Ne quis nimium sublata secundis
Colla gerat, triviis calcandus spargitur ecce,
Qui sibi PYRAMIDES qui non cedentia Templis
Ornatura suos extruxit culmina MANES.*

Statius lib. V. silv. III.

*Atque utinam, fortuna, dares mihi MANIBUS aras,
Par templis opus, æriamque educere molem
Cyclosum scopulos ultra, atque audacia saxa
PYRAMIDUM, & magno tumulum prætexere luco!*

Lucanus Pharf. lib. VIII. vers. 695. & seq.

*Cum Ptolomæorum MANES seriemque pudendam,
PYRAMIDES claudant. indignaque Mausolæa.*

Imo

Imo vel ipsam Pyramidis figuram Mentis ibidem aliquamdiu morantis immortalitatem: eamque aliquando tempore scilicet restitutionis omnium rerum, corpus aliud, potius idem, sibi animaturam significasse volunt: Eruditus apud Piërium Hiëro-glyph. lib. II. p. m. 584. Sed & ANIMAM hominis sub PYRAMIDIS forma adumbrare voluisse videntur iidem Ægyptii, qui magnifica regum atque berorum sepulcra sub ingentibus Pyramidibus fecerint: ut testarentur corpore soluto, & corrupto ANIMAM SUPERESSE? quæ cum summo Opifici visum esset, hoc est circulo illo triginta sex millium annorum circumacto ALIUD CORPUS genitura, & sibi factura esset: non secus ac Pyramis, ut Geometris notum est, vertice immoto manente, circumacta basi circulum describit, & toto corpore conum: ut circulus annorum illud curriculum significet, conus vero corpus quod curriculo illo conficitur. Nam Ægyptiorum fuit illa opinio de rebus in eundem statum triginta sex millium annorum spatio restituendis, & ab illis se id accepisse testatur Plato: qui etiam hoc ipsum id est Animam nostram Pyramidis formam habere mihi testari videtur in Timæo &c.

§ XVI. Hanc interim, quæ fuit Antiquissimis Ægyptiis, cadaverum a corruptione, quantum poterat, vindicandi consuetudinem & ulteriorem subinuisse finem & rationem scilicet corporum Reviviscentiam semel futuram mihi extra dubium ferre ponit tum horum Discipulus 9. ὁ ἀριστος φύσεως ἔχων λόγον

Eam inter-
terim ca-
daverum
pollinc-
turam &
aliam an-
tiquitus
rationem
habuisse

Dd 2

9. ὁ ἀριστος φύσεως καὶ κόσμου ἐκφυ- aliis passim maximopere commen-
νυτής.] Ita Democritum nostrum datur: Seneca Quæst. Nat. lib.
definit Hippocrates in epist. Uti VII. cap. III. Democritus subtilissimus
anti-

videri:
carnis
videlicet
Resurrec-
tionem.

κόσμος ἐμνηστὴς Democritus, qui cadaverum pol-
lincturam edoctus hæc a putredine conservari vo-
luit in *spem Reviviscentiæ*: ut diserte Plinius Hist.
Nat. lib. VII. c. LV. *Puerilium ista deliramento-
rum, avidaeque nunquam desuere mortalitatis
commenta sunt. Similis & de ASSERVANDIS COR-
PORIBUS hominum, ac REVIVISCENDI PROMISSA
Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Ubi
Reviviscentiam corporum intelligi clarissime patet:
cum de asservandis corporibus ex promissis revi-
viscendi fiat sermo: unde eadem corpora revictu-
ra statuisset eundem hinc recte collegit Leo Allatius
de Engastrimuth. cap. XV. Qui (Democritus)
eadem corpora & posse reviviscere, & iterum vic-
tura esse existimavit. Cumque aromata in Græcia
haud ita suppetant, ^{10.} melle, quo & in hoc ope-
re utebantur Ægyptii, cujusque quidem natura ta-
lis est ut putrescere corpora non sinat auctore Pli-
nio Hist. Nat. lib. XXII. cap. XXIV. condiri cada-
vera præcepit, ut ex Varrone constat apud Nonium
cap. III. Num. 261. *Quare Heraclides Ponticus
plus sapit qui praecepit ut comburerent: (cadavera)
quam DEMOCRITUS, qui ut in MELLE SERVARENT:
quem si vulgus sequutus esset, peream si centum de-
nariis calicem mulsi emere possimus.* Joh. Chrysost.*

Mag-

antiquorum omnium &c. A. Gellius
Noct. Attic. lib. x. cap. XII. Phi-
lophorum nobilissimus &c.

^{10.} Melle, quo et in hoc opere ute-
bantur Ægyptii.] Statius in Pro-
pemptico Metii Celeris,

Duc & ad Emathios manes, ubi

belliger urbis

Conditor Hyblæo perfusus nectare
durat.

Id est, ad urbem Alexandriam
ubi corpus Alexandri asservatur
melle conditum.

Magenus Democrit. Revivisc. disp. II. cap. II. p. m. 185. *Cum enim MORTUORUM RESURRECTIONEM AB ÆGYPTIIS didicisset, videretque BALSAMO condiri, & asservari in Ægypto CADAVERA antiquissimo more, ut patet ex Genesi Cap. I. 2. deficiente in Thraciâ: Balsamo MEL adhiberi jussit.*

Tum eadem aromatibus condiendi cadavera Gentis Israeliticæ adscita consuetudo: quam videre licet Gen. I. 2. & 26. II. Chron. XVI. 14. Matth. XXVI. 12. Joh. XIX. 39. Marc. XVI. 1. Pios autem hac ceremoniâ II. fidem suam de futurâ corporum resurrectione testatam voluisse certissimum est. Hunc interim ritum Hebræis ab Ægyptiis 12. transumptum esse passim ajunt Eruditi. Schic-

D d 3

kar-

11. *Fidem suam de futura corporum Resurrectione testatam voluisse &c.]* De Veteribus Christianis hac in re vetustos Hebræos secutis Grotius ad Matth. XXVI. 12. *Morem autem hunc UNGENDORUM CORPORUM ut pleraque instituta laudabilia judæorum observarunt, & CHRISTIANI Veteres in testimonium CREDITÆ RESURRECTIONIS. Tertullianus in Apolog. Si Arabia queruntur, sciant Sabæi pluris & carius merces suas Christianis sepeliendis profligari quam Diis sumigandis. Idem Tertullianus de Idol. Pigmenta nobis ad solatia sepulture usui sunt. Prudentius de defunct exeq. lib. x.*

*Candore nitentia claro
Prætendere lintea mos est.
Aspersaque Myrrha Sabæo
Corpus MEDICAMINE SERVAT.*

Cæcilius, apud Minucium Felicem, ad Octavium Reservatis ugentia funeribus. Vid. & W. Caveus Christianism. prim. lib. III.

12. *Transumptum.]* Scilicet Ritum indifferentem, Articulum quempiam, qui vetustæ Hebraicæ veræque fidei procul dubio suam debebat originem, miram ad minimum cum eâ, ut & suâ, harmoniam habebat, significantem, adfiscere non erat religio. Si quis autem malit ordine inverso hanc condituram vetustis Hebræis, quâ auctoribus, adscribere, atque ab his, quemadmodum rem signatam, accepisse Nili accolæ, haud difficilis accedo. Id unum tantum ali-quantum ob stare videtur, quod & hic urgent Viri Docti: *Polinctum ante mortem Jacobi Patriarchis*

ad

kardus de jure Regio Hebræor. cap. vi. Theor. XIX. p. m. 411. *Alia vero & excusabilior erat ratio impensarum, quae in CONDITURAM CADAVERIS insumebantur, ut illud diutissime servaretur incorruptum, & putredinis expers. Eam nec ipse Christus videtur improbasse, quando mulierem pollincturae suae praevenientem laudavit invidio & invito juda, qui pietatis praetextu murmuraverat, increpato Matth. XXVI: 10. Fuitque ista, condiendi ratio Judaeis adeo consueta, ut etiam Nicodemus in unicum funus, centum libras Myrrhae & Aloës insumere nil dubitarit Joh. XIX: 39, 40. Institutum est antiquum, ipsis Patriarchis olim usurpatum, & AB AEGYPTIIS RECEPTUM, de quibus refert Herodotus in Euterpe, mihi pag. 131. fuisse singulares in hac re artifices, & corpora triplici modo condiisse, &c. Vid. & Casalius de sac. & profan. veter. ritibus lib. II. p. 144. Jac. Laurentius Carc. Reg. p. 826. Sicuti Tacitus Judaicum condiendi ritum Aegyptiacum facit, Annal lib. XXI. p. m. 413. Corpora condere, vel condire, quam cremare, e MORE AEGYPTIO. Eademque CURA & de Inferis persuasio.*

Tum tandem vulgare quod ferebatur adagium *Apud Aegyptios reviviscere homines*, imo vel *solos*: quod Gentilitiam quampiam opinionem, aliis Nationi-

adhibitam non legi. Laurentius Carc. Reg. p. 826. Circa ipsam unctionem corporis Jacobi sciendum est, ante hoc exemplum de aliis Patriarchis non legi eam usitatam; unde satis apparet fuisse ritum, ceremoniamque

Aegyptiacam, &c. Si vero ab Hebraeis signum hauserint Aegyptii, rem quoque signalam magis minusve plene didicisse eosdem conceptu difficile haud est.

tionibus Paradoxam, (ut vulgo 13. risa carnis Resurrectio est) subinnuere videtur. Ita Cnemon ad Calasiridem apud Heliodorum Æthiopicor. lib. v. p. m. 206. Ἐγὼ δὲ ἐκ ἑστῶ ὅπως ἀν βιῶην, εἰ μὴ θᾶτον ὑπεξελθὼν, τρόπον ὃν τινα δὴ πολυπραγμονήσαι μὲ τίς ποτε πλάνη τὸν Ναυσικλέα κατέλιπεν, ἢ ὅπως παρὰ μόνους Αἰγυπτίους οἱ τεθνεῶτες ἀναβιῶσιν. *Ego autem haud scio an possim vivere, nisi quamprimum clam egressus, aliquo modo curiosius inquisiero in quo errore Nausicles versetur, & quomodo apud SOLOS ÆGYPTIOS MORTUI REVIVISCANT.*

Atque hæc quidem corporum *Reviviscentia* seu Resurrectio, ex antiquissima traditione hausta, vetus & *prima* cadaverum *pollincturae* ratio extitisse videtur; cui & *altera* forsan sequioribus seculis accesserit, huic innixa errori *mentem a corpore solutam* ob consuetum cum eo commercium *non mox abire*; sed *quamdiu hoc integrum sit ipsi assidere*, quæ memoratæ condituræ per quam religiose invigilare fecit potissimum, ut videtur, ex metu conditionis deterioris subeundæ. In *Zonis* enim alias *cælestibus* potiori conditione gavisuram fuisse mentem, quam in *antris* sepulchralibus haud obscurum

13. *Risa carnis Resurrectio est.*] *καὶ τῶν ἑαυτῶν, ἐιδὼλον πλάσασθαι, ἐκ ἐθυμέμενοι τὸ σύνολον, εἰ ὅλως δυνατὸν, μετὰ θάνατον εἶναι πάλιν τὸ σῶμα.* Nam & GRÆCI quidvis, non post mortem & cineres & favillas: tuerunt tamen idolis suis RESURRECTIONEM admentii, quippe quibus & nescio quâ fiduciâ mendaciis suis nullâ ratione in mentem venire poluit, vixisse. Athanasius de incarnat. CORPUS POST MORTEM DENUO EXISTERE POSSE. Verbi Dei Καίπερ γὰρ τὰ πάντα ψεύσονται Ἐλληνες, ὅμως ἐκ ἡδονῆσαι ἀνά-

rum esse poterat. Unde potius ut quam citissime abiret fatagendum fuisset cum Romanis.

*Mentes
non ante
quam
corpus
sepultum
sit in
quietas
admitti
sedes.*

§ XVII. Sed & non ante ad *commune* Animarum *habitaculum* mentem separatam transire posse secundum Niliacos, 14. quam corpus debite *sepulture* mandatum sit, & iusta sint soluta Ægyptii cæli ad matrem invitum evocantem oratio docet apud Heliodorum Æthiopicorum lib. vi. p. m. 295. οὐκ ὀρθῶσθαι μόνον καὶ νεύειν, ἀλλὰ καὶ φέγγεσθαι σῶμα νεκρὸν ἐκ βιαζομένη, κηδείας μὲν τῆς ἐμῆς ἀμελῶσα, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἐπιμίγνυσθαι ψυχαῖς ἐμποδίζουσα, χρεῖας δὲ μόνης γενο.

14. *Quam corpus debite sepultura mandatum sit et iusta sint soluta.* Inde apud Græcos Latinosque opinio mentibus separatis in Campos Elysios denegari aditum usque dum cadaver sepultum fuerit: si autem cuiuspiam corpus, nunquam humo mandatum fuisset, tum Animam ad centum annos communi Animarum habitaculo excludi, hicque illic procul ab omni solatio vagari; seculum vero completo admitti tandem: ita Patrocli insepulti Anima ad Achillem apud Homer. Iliad. 4.

Εὐδαίς, αὐτὰρ ἐμείο λελασμένος ἔπλεν Ἀχιλλεῦ.
Θάπτει με ὅττι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περῶσαι
Τῆλέ με εἰργασίη ψυχῆς εἰδωλὰ καμόντων,
Οὐδέ με πως μίσγεσθαι ὑπὲρ ποταμοῖο ἰῶσιν.
Ἄλλ' αὐτὸς ἀλάλημαι ἂν ἱερὸν πυλῆς Ἀΐδος δῶ.

Dormis Es mei oblitus es Achilles? Sepeli me quam citissime portas Plutonis ut intrem:

Longe me ABIGUNT Anima, umbra defunctorum:

Neque me ullo modo misceri aliis trans flumen sinunt,

Sed incassum ERRO per latas portas habentem Diis domum.

Sibylla ad Æneam apud Virgil. Æneid. iv. vers. 325, &c.

Hæc omnis quam cernis, inops, INHUMATAQUE turba est:

Portitor ille Charon: hi, quos velut undæ, sepulti.

NEC RIPAS datur horrendas, nec rauca fluentia

TRANSPORTARE PRIUS, QUAM SEDIBUS OSSA QUIERUNT:

CENTUM ERRANT ANNOS, volitantque hæc littora circum.

Tum demum ADMISSI stagna exoptata revisunt.

γενόμενης τῆς σῆς. *Non erigitantum & nutus dare, sed etiam loqui corpus mortuum cogis*, SEPULTURAM meam NEGLIGENS, & VENIRE IN COETUM RELIQUARUM ANIMARUM PROHIBENS, *privatae necessitatis causa*. Quod de sedibus placidis quietisque capiendum erit: Atque hoc ex religiosa Patriarcharum de sepultura sua cura & sollicitudine: usitataque iis in emortalibus phraseologia τῷ *aggregari ad suos* suis permisceri, ortum traxisse conjicio. Vid. Gen. XLIX: 29, 33. L. 5, 25. XV: 15. Unde cæca *Gentilitas* non sepultos a beatorum arceri sede & confortio concluderit.

§ XVIII. Neque Animarum post mortem circa *Solitas* viventes *officia*, solitæque *operationes*, eas Brutorum, Hominumve corporibus crassiss inclusas voluisse Ægyptios patiuntur. Has scilicet communiter homines convenire docent: *Bonas* horum curam gerere salutarem, commodisque omni parte consulere, ad virtutem incitare, bonorum virumque ad bona auctores sese exhibere &c. *Malas* autem a recti tramite ad nequitiam seducere, excæcare, passionibus, terroribusque obruere, & agitare, &c. Jamblichus de Mysteriis sect. II. cap. VI. Ἀλλὰ μὲν ἡ γε τῶν ψυχῶν θεία, τῶν μὲν ἀρχάντων, καὶ ἐν ἀγγέλων τάξει ἰδρυμένων ἀναγωγὸς ἐπὶ καὶ ψυχῆς σωτήριος ἐπὶ ἐλπίδι τε ἱερᾷ ἐκφαίνεται, καὶ ὧν ἡ ἐλπίς ἡ ἱερὰ ἀντίποιεῖται, ἀγαθῶν τέτων παρέχει τὴν δόσιν. ἡ δὲ τῶν ἐτέρων καταγωγὸς ἐπὶ τὴν γένεσιν ὑπάσχει, φθείρει τὰς τῆς ἐλπίδος καρπὰς, καὶ παθῶν πληροὶ προσελάντων τὰς θεωρῶντας τοῖς σώμασι. ANIMARUM spectra (apparitiones) si quidem PURÆ sunt

Ee

ani-

animae 15. Angelorumque ordine constitutae, sursum revocant, & salutaria sunt, spemque sacram ostendunt, & praestant ea bona quorum spem induunt. ANIMAE autem IMPURAE ad genesin detorquent, spes, & earum fructus corrumpunt; passionibus replent, quae contemplantur quasi clavis affigunt corporibus. Et idem ibid. cap. VII. Τῆς δὲ ἀποκεκαθαρμένης πύριος ὁ τύπος βλέπεται, καὶ ἀχραντον καὶ ἀμύγδαλον τὸ πῦρ, τότε ἐγκαρδιαῖον αὐτῆς φῶς, καὶ τὸ εἶδός της καθερὸν καὶ ἐδραῖον ὁρᾶται, καὶ μετὰ τὴν ἀναγωγὴν ἡγεμονίᾳ ἀκολουθεῖ τῇ ἀγαθῇ θηλήσει χαίρῃσα, καὶ αὐτὴ τὴν οὐκείαν ἑαυτῇ τάξιν ἐπὶ τῶν ἔργων ἐκφαίνεισα. ἡ δὲ κάτω νεύουσα δεσμῶν, καὶ κολάσεων ἐπισύρεται σημεῖα, ὑλικῶν τε πνευμάτων βρίθει συστάσει, καὶ ταρχαῖς ὕλης ἀνωμάλως κατέχευται, δαιμόνων τε γένεσις ἰσχυρῶν ἐπιτασίας προσηλαμένη πρὸ ἑαυτῆς. Si vero Anima quae apparet purgata fuerit, igneam quidem formam, purum sincerumque ignem, lucemque suam penitissimam, & speciem defaecatam stabilemque ostendit, sequiturque suum ad superiora ducem volens, libensque, & simul per opera ordinem sibi proprium commonstrat. Anima autem deorsum vergens, vinculorum & poenarum facies secum trahit spiritibus materialibus plena stat, & obsidetur motibus materiae irregulari-

15. Angelorum ordine constitutae.] ῥῶσα, ἐπὶ μείζονά τε τάξιν τὴν ἀγγελικὴν
Scilicet Anima bona separata in καὶ ἀναγομένη &c. Et quamquam a-
conditionem Angelorum evehi po- ternum vitae similis & operationum
test Jamblichus de Myster. sect. II. tenorem minus servet (Anima), quam
cap II. Καὶ τὸ μὲν αἶδιον τῆς ἀμοίας Heroes & Daemones; tamen per Deo
ζωῆς καὶ ἐνεργείας παρ' ἑλαττον ἐκείνων rum benignitatem, & insusam ab illis
ἔχωσιν, διὰ δὲ τὴν τῶν θεῶν βέλῃσιν ἀγα- illuminationem saepe ALTITUS ASCEN-
θὴν, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἐνδιδόμενιν φω- DIT, ET IN ORDINEM MAJOREM
τὸς ἑλαμψιν, πολλὰ καὶ ἀνωτέρω χα- ANGELICUM EVEHITUR.

ribus; *Daemones quoque qui genesin procurant ante se tanquam praesides agnoscit.* Atque in hoc statu omni proprio crasso corpore carere *hasce vitâ functas* ex Calasiride Ægyptio apud Heliodorum Æthiopior. lib. III. p. m. 148. discere est: qui Divorum & Dæmonum apparitionem 16. inde sapientibus dignosci docet, quod *in incessu pedes non dimoveant, neque transponant;* seu gradibus successivis, qui *crassorum membrorum* sunt, accedant & discedant: *sed impetu quodam aërio per auras ferantur.* UNDE *Deorum statuas forment Ægyptii pedibus conjunctis & quasi unitis.* Quem subitum & fere momentaneum incessum innuerit Homerus, ex hujus Sacerdotis declaratione itidem Ægyptius, ubi de Neptuno canit

Ἰχνα γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἰδὲ κημῶν
 Πῦν, ἔγνω ἀπιόντος.

*Namque pedum circumque simul vestigia pone
 Perfacile agnovi remeante.*

Ut alterum *Divorum* apparitionis signum diacriticum facit Memphites noster ἀλεὺς διόλῳ βλέπων,
 E e 2

16. *Inde sapientibus dignosci &c.]* SU, qui NON EX DIMOTIONE PEDUM, NEQUE TRANSPOSITIONE exi-
 Καὶ τῷ βαδίζοντι πλέον, (ait Calasiris) ἢ κατὰ διάσπασιν τοῖν ποδῶν, εἰδὲ σῆν, sed ex quodam IMPETU AERIO, ἔν vi expedita, findentium magis au-
 μετάσπασιν ἀννομῶν, ἀλλὰ κατὰ τινὰ ῥύμ-
 τῳ αἰρίῳ, καὶ ὁρμῇ ἀπαραπόδισι, τεμνόν-
 τῳ μᾶλλον τὸ περιέχον ἢ διαπορευομένων, statuas quoque Deorum Ægyptii po-
 διὸ δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν Αἰγύπ-
 τιοι τῷ πῶδε ζυγνύντες, καὶ ὥσπερ ἐνδὸν
 οὐκ ἴσμεν. Et magis etiam ex INCES-

ἡ τὸ βλέφαρον ἔποτε ἐπιμένει, *continuo obtutu intueri, & palpebras nunquam concludere.* Quæ egregia Periphrasis est ἢ μὴ σκαρδαμύττειν; quod de iisdem subiectis adhibuerat Plutarchus, supra lib. I. cap. XII. p. 103. & crassorum membrorum esse dixeramus.

*Animas
separatas
licet pro-
priis locis
addictas
nonnun-
quam ta-
men inter
homines
versari.*

§ XIX. Scilicet quanquam Denatorum conditio, secundum hos, ita sit affecta, ut non amplius in mortalium sphaerâ, seu circulo vitam trahant; sed quisque suo addictus loco resideat: *Malus in Amenthen*, receptaculo, definiente Plutarcho, *subterraneo*; vel generatim in *infimis* orbis hujus elementaris, & a luce supramundanâ remotissimis *oris*: *Bonus in Zonis Cælestibus*; nonnunquam tamen eos, ex Numinis voluntate, nostram invisere regionem, & hominibus misceri, aliis ad bonum, aliis ad malum instigantibus, commodis humanis inservientibus, vel contra nocentibus, &c. (Vid. quæ pag. 86. ex Maximo Tyrio dicta sunt) voluerunt: quæ tum *loci* permutatio nullam proprie *status* immutationem inferat. Quemadmodum & per *νευρομαντείαν*, his usitatissimam, *evocari* posse ad occultorum revelationem (mortuorum enim animas cuncta scire; imo quæ futura forent communis ferebat opinio) existimaverant: Manibus re peracta revertentibus inde venerant.

*Animarum
humana-
rum in Bruta
transmi-
gratio-
nem Æ-
gyptiacæ*

§ XX. Tandem omnem *Μετεμψυχώσεως* Ægyptiacæ fidem derogat Animalia *cædendi*, & ad *Mensas*, & ad *Aras* adhibendi consuetudo, quam supra demonstratam dedimus: quæ non illa humanas incolere mentes, ex horum fide, arguit: Ægyptios enim omnem parricidii ansam cavisse circum-
spec-

specius, eorum erga Parentes & Agnatos religio
impensior, cujus testis est Historia, facile persua-
det. Sed & disertissime jamblichus ex horum mente
inde corpora humana emortua absque pollutione tan-
gi non posse asserit: quod *vita* quæpiam *divina*
in iis sit extincta; *Brutorum* autem corpora abs-
que ullâ labe tractari posse, quia *vitam divinam*
non participaverant: de Myster. sect. vi. cap. i.
Ἐτι ποῖνον τῶν μὲν ἀνθρωπείων σωμάτων, ἵπειδαν ἀπολίπη
αὐτὰ ἡ ψυχὴ, ἐκ ἕξει θιγγάνειν. τῆς γὰρ θείας ζωῆς
ἔχοντες εἰδωλον, ἢ ἑμφασιν ἐκποσθεννται ἐν τῷ σώματι
κατὰ τὸν θάνατον. τῶν δὲ ἄλλων ζώων, ἐκ ἐπὶ ἀνόσιον ἀπ-
ίσταται περὶ τῆς ζωῆς. ἵπειδὴ ἐδὲ κεκοινωῖν κασι τῆς θειοτέρας
ζωῆς. *Praeterea corpora humana, postquam ea de-*
seruerit vita non licet tangere: nam in nostro cor-
pore extinguitur per mortem DIVINÆ VITÆ stric-
tura, representatio, apparitio. CÆTERORUM vero
ANIMALIUM corpora, postquam mortua sint, attingere non est nefas, quoniam vitam divinam ne-
quaquam participabant. Et Mercurius Anima-
rum humanarum in Brutorum corpora tranlitum
impossibilem declarat: cum Lex Dei impediat,
apud Stobæum Eclog. Phys. lib. i. c. XL. p. 129.
Ἄλλο γὰρ σῶμα ἔχει τὴν ἀνθρωπίνην ψυχὴν, ἐδὲ θείας
ἐστὶν εἰς ἀλόγους ζώων σῶμα ψυχὴν ἀνθρωπίνην καταπεσεῖν.
θεὸς δὲ νόμος ἔπος φυλάσσει ψυχὴν ἀνθρωπίνην ἀπὸ τῆς
τοιαύτης ὕβρεως. Aliud quippe corpus quam HU-
MANUM ANIMAM NON CAPIT HUMANAM: neque
fas est in corpus Animæ RATIONE CARENTIS A-
nimam RATIONALEM CORRUIERE. Lex enim divi-
na generationem tam nefariam prohibet. Om-
nia itaque, quæ alibi de Animarum immutatio-

fabulo-
sam: cum
Animalia
cadere
Nili ac-
colis con-
suetum:
Et mens
humana
quæ ex
Deo or-
tum ducit
nunquam
in Bruto-
rum exi-
stat cor-
poribus:
imo Fati
lege talis
transitus
sit impos-
sibilis.

nibus, in reptilia, aquatilia, terrestria, & aëria philosophatur Trismegistus, de iisdem Animis humanis, variisque earum qualitatibus, majoribus minoribusve perfectionibus pro variâ locorum, unde & per quæ in corpus demissæ fuerint, conditione; & variâ misturâ elementari in corpore crasso factâ, & qualitates suas irrationali animæ parti imprimente capienda sunt: Vid. apud eundem Stobæum p. 148, 149. Unde varius Animæ in corpore status, major & minor ad superos ascendendi agilitas & aptitudo, sicuti & torpedo atque impotentia. Qui etiam varie, vel in potiolem, vel in deteriolem immutatur, prout mens partis irrationalis ductus sequens descendit: vel ope Dæmonis rationem ducem secuta ascendit, & gradatim in statum perfectiolem transit. De his autem lib. III. plura.

Conclu-
sio.

§ XXI. Et ea quæ de Ægyptiorum circa hominis post mortem statu sensus hætenus prolata sunt demonstrationi 17. neque hos *Animarum per omnia Animantium genera volutioni* adhæsisse sufficient: ad

17. *Neque hos Animarum per omnia animantium genera volutioni adhæsisse.*] Habemus enim I. Secundum Ægyptios beatam post hanc æternamque Pii in beatorum æternorumque Deorum sedibus vitam agendam. II. Hos post mortem in purum invisibilem, & passionibus non amplius obnoxium statum transire. III. In plagas, Zonasve cælestes recipi eosdem. IV. Impios in Amenthen, vel Inferiora mundi elementaris loca de-
trudi. V. Præmia poenasque insuperabiles. VI. Unosquosque in sua abire loca quando a corpore suo discedunt. VII. Bonos, Malosque aliquando hominibus ex Numinis voluntate adesse ut opitulentur, vel noceant; sed crassis corporibus destitutos. VIII. Animalia & ad Aras & ad Mensas cæsa. IX. Animarum in hæc transitum uti nunquam factum, sic ex Dei constitutione impossibilem, &c.

ad alia properamus ; sed si prius illud unum addiderimus : ultimum Mercurii ad filium enunciatum, quod nobis retulit Chalcidius , rem omnem lucide definire : hæc enim moribundum profudisse verba ait *Haftenus fili PULSUS e patria vixi peregrinus & exul nunc incolumis PATRIAM repeto. Cumque paulo post a vobis corporeis vinculis solutus discessero, videte ne me quasi mortuum LUGENTIS. Nam ad illam OPTIMAM BEATAMQUE civitatem regredior, 18. ad quam universi cives mortis sorte venturi sunt. Ibi solus DEUS est summus princeps, qui cives suos REPLEBIT SUAVITATE ADMIRANDA.* Apud 19. Heurnium Phil. Barbar. lib. II. cap. XXVII. Neque abludunt ea, quæ ædituus Ægyptius apud Heliodorum ad Theagenem & Charicliam mortem Calasiridis sacerdotis, fautoris & patroni, plangentes profatur. *Οὐκ ἔνομα μὲν ἔφη ἔδὲ συγκεχωρημένα ἐκ τῶν πατρῴων διαπράττεισθε, καὶ ταῦτα προαπηγορευμένοι ὑμῖν ὁδυρομένοι καὶ θρηνησῆτες ἄνδρα περὶ φήτην, ὃν χαίροντας, καὶ ἐνφημῶντας ἐκπέμπειν, ὡς βελτίονος μετεληχότα λήξεως, καὶ πρὸς τῶν κρείττονων κεκληρωμένοι ὁ θεὸς καὶ ἱερός παρεγγυᾷ λόγος* Sane HAUD LEGITIMA, inquit, neque ea quæ PATRII mores institutaque ferant, præsertim cum sit vobis antea

18. *Ad quam universi cives.*] Scinimam Univerſi ; ſed manere deter-
licet qui pie vixerint, vide ſupra minatam, uti RATIONEM inquit PA-
lib. I. cap. XIII. § VII. reliquis TRI REDDAT EORUM QUÆ IN COR-
deorſum traducendis : diſparem PORE GESSERIT.
enim ſortem probos & improbos 19. *Heurnium.*] Dixerat in an-
manere maxime urſit Mercurius. tecedentibus Heurnius Hermetem
Tertullianus de Animâ cap. XXXIII. præter alia prævidiſſe futurum judi-
Mercurius Ægyptius dicit Animam cium, Reſurrectionem, &c.
diſgreſſam a corpore non reſuadi in A-

tea luctu interdictum, facitis, quod ANTISTITEM DEPLORATIS & LUGETIS: quem LÆTITIA & GRATULATIONIBUS prosequendum esse, tanquam MELIOREM CONSEUTUM REQUIEM, & PRÆSTANTIOREM STATUM SORTITUM. Divina & sacra Doctrina præcipit. Æthiopicor. lib. vii. p. 322, 323. Ut pariratione Apollonius Tyaneus Valerium filii mortem nimium lugentem a luctu revocare adnitebatur. Τότε δὲ κλαίεται πῖς, inquit, ὅταν θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γένηται τὸ πᾶς μεταβάσῃ, καὶ ἔχῃ φύσεως. Tum vero PLORAT aliquis, quando DEUS EX HOMINE FIT loci transitu, non autem naturæ. Epist. ad Valerium p. 27.

C A P U T II.

De Pherecyde Syrio nonnulla.

Pherecydem Animæ asseruisse immortalitatem.

SI Postquam de Ægyptiis egerat Gaudentius, eosque primos μετεμψυχώσεως auctores commentatus erat: Abrahamo autem & Mosi id genus opinionis denegarat de Pherecyde Syrio Pythagoræ magistro disquirat num is docuerit migrare e corporibus in corpora Animas Cap. iii. Diff. i. Nam asserere licet, ait, Pherecydem Syrium dogma de transitu Animarum tradidisse Pythagoræ discipulo, quandoquidem is primus apud Graecos, teste Cicerone i. Tusc. affirmavit Animam esse immortalem? Sunt porro verba S. Gregorii Nysseni: ETHNICI Igitur omnes, qui animam esse immortalem dixerunt, ANIMARUM TRANSMIGRATIONEM

NEM unanimi consensu adstruunt, circa formas animarum diversi lib. II. de Anima cap. VII. Respondemus nos de PHERECYDE SYRIO docente COMMETATIONEM animarum NIHIL diserte legere apud scriptores. Silentibus autem Antiquis vix quicquam in re historica licet pronunciare, quicquid sit de verbis Nysseni, qui non potuit omnes omnino auctores praeculis habere, quando sic locutus est. Afferuit itaque plerosque omnes quorum ipse haberet notitiam conjunxisse cum immortalitate animarum earundem transitum in corpora. Locus ex Cicerone citatus ita habet: Phercydes Syrus primum dixit animos hominum esse sempiternos. Antiquus sane fuit enim meo regnante Gentili, id est Servio Tullio. Quæst. Tusc. I. Quod tamen & aliis adscriptum: ut nonnulli ajunt Thaletem primum Animarum immortalitatem adseruisse referente Laërtio in Thalete p. m. 6. Ἐνιοὶ δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτον ἐπαῖν φάσιν ἀθανάτους τὰς ψυχὰς. ὡς ἐστὶ Χοϊρίλος ὁ ποιητής. Nonnulli vero ajunt primum eum (Thaletem) Animas immortales esse dixisse, in quibus est Choerilus Poëta. Alii Pythagoram. Maximus Tyrius Dissert. XXVIII. Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα τεθνήσκει, ἡ δὲ ψυχὴ ἀναπλάσσει ἀρχήσεται ἀθανάτως καὶ ἀγέῳς. Pythagoras Samius Graecorum primus ausus est dicere corpus quidem suum quandoque morti cessurum, Animum vero quasi ex ipsius corporis funere evolaturum a morte pariter ac senectute immunem. Et res ita capienda est ut hic, ille, vel iste primus fuerit qui inter Graecos, ut recte addit Tyrius, mentis ἀθανασίαν adseruxerit, & ex professo tractarit: Chaldeos enim, atque

Indorum Magos nobile id dogma jam multo ante tenuisse, & Græcis priores docuisse testis est Pausanias Messen. Εγὼ δὲ Χαλδαίους, καὶ Ἰνδῶν τοὺς Μάγους πρῶτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατος ἐστὶν ἀνθρώπου ψυχή. καὶ ἄφισι καὶ Ἑλλήνων ἄλλοι τε ἐπέειπτον καὶ ἔχ' ἡμεῖς Πλάτων ὁ Ἀγιστῶνος. Compertum mihi est CHALDÆOS, & INDORUM MAGOS PRIMOS fuisse qui Animam hominis IMMORTALEM esse statuerint. Illisque & alii Græcorum, atque inter eos non postremus Plato Aristonis filius accessere. Et de Ægyptiis jam vidimus cap. præcedenti.

Non omnes Ethnicos qui mentis immortalitatem adstruxere, Metempsychosin tenuisse.

§ II. Quod autem ad assertum Gregorii Nysseni attinet *Ethnicos omnes qui Animam esse immortalem dixerunt animarum Transmigrationem unanimi consensu adstruxisse*: quod idem apud Nemesium legimus de Naturâ hominis cap. III. p. m. 50. Κοινὴν μὲν ἔστιν ἅν πάντες Ἕλληες οἱ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἀποφασίζουσιν τὴν Μετεμψυχώσεων δογματικῶς διαφέρονται. Ὡς περὶ τὰ εἶδη τῆς ψυχῆς. Communiter igitur omnes Græci, qui Animam immortalem statuerunt, eam de uno corpore in aliud transferri, censuere: sed in formis animarum dissentiunt. Recte Paganinus non potuit Nyssenus omnes omnino auctores præ oculis habere quando sic locutus est: De Thaletē enim, Aristotele, Xenocrate, Homero; Hesiodo &c. nil minus constat.

Apud Veteres nonnulla reperiri quæ Pherocydem Transmigrationem te-

§ III. Sed id quod refert Gaudentius *nihil discrete legi apud scriptores de Pherocyde Syro an Animarum commentationem docuerit, an contra, perperam dicitur*: cum de Pherocyde nostro apud Suidam voce Περικλῆδης: Καὶ πρῶτον ἴδωμεν περὶ τῆς Μετεμψυχώσεως λόγον εἰσγηγασθαι. Et primum de METEMP-

SYCHOSI sermonem docuisse. Quæ ex Hesychio, Milesio seu Illustri lib. de iis qui eruditionis famâ claruere procul dubio hausit Suidas, qui ait, ἔτος πρῶτον τοῦ ἀπὲρ Μετεμψυχώσεως λόγον εἰσηνεύκε. Sed hunc vi. sec. scriptorem Christianum opinionem Gregorii Nysseni Hispaniarum, ut ait Hieronymus, episcopi, & Nemelii episcopi Emiseni, sec. iv. auctorum secutum conjicio; quod scilicet qui inter Gentiles Animarum Immortalitatem tenerent, earum & Transmigrationem adstruerent omnes: Atque ita quem legerat Animarum Immortalitatem, vitamque post mortem futuram adseruisse, & quidem primum sermonem de Transmigratione docuisse, retulisse. Ut opiniones cognatæ, imo vel æquipollentes fere ex horum mente fuerint habitæ Animorum Immortalitas asserta, & Metempsychosis. Atque hanc nostram conjecturam, saniolemque Pherecydis opinionem firmare videtur Augustinus, qui hujusce sapientis sententiam enarraturus eam definit Animæ Immortalitatem, vitamque post mortem futuram. Epist. iii. ad Volus. Quod ergo, ait, ad magisterium ejus (Christi) attinet, quis nunc extremus idiota, vel quæ abjecta muliercula non credit ANIMÆ IMMORTALITATEM, VITAMQUE POST MORTEM FUTURAM? Quod apud Græcos olim primus PHERECYDES ASSYRIUS CUM DISPUTASSET, Pythagoram Samium illius disputationis novitate permotum ex Athletæ in Philosophum vertit.

§ IV. Interim & ea, (quanquam haud oppido multa de hoc Philosopho relata offendamus) amplius legimus quæ Pherecydem a Transmigratione Animarum fuisse alienum persuadere possunt. Sa-

Hunc interim a Metempsychosis fuisse alienum:

tum quod
Phœni-
ciam, id
est He-
bræam
secutus
fuerit
Philoso-
phiam.

pietiam quâ claruit ex *Phœnicum* libris occultis
unice hauisse fertur: ita Suidas in voce Περικύδης
Διδαχθῆναι δὲ ὑπὸ αὐτοῦ Πυθαγόρου λόγος. αὐτὸν δὲ ἐκ ἐσχη-
κέναι κατηχητῆν, ἀλλ' ἐαυτὸν ἀσκήσαι, κησαμδρον τὰ Φοι-
νίκων ἀποκευθα βιβλία. Ab eo (Pherocyde) institu-
tum Pythagoram fama est, ipsum vero NON HA-
BUISSE PRÆCEPTOREM; sed se ipsum exercuisse RE-
CONDITOS PHOENICUM LIBROS NACTUM. Pariter
Hesychius Illustris lib cit. Περικύδην τὸν Σύρον (ἐστὶ
δὲ μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἢ Σύρα) Φασὶν ἔσχεῖν διδάσκα-
λον, ἀλλ' ἐαυτὸν ἀσκήσαι, κησαμδρον τὰ Φοινίκων ἀποκευ-
θα βιβλία. Pherocydem Syrium ajunt (Syræ au-
tem una est e Cycladibus insulis) NULO MAGISTRO
usum suo marte profecisse postquam RECONDITOS
PHOENICUM LIBROS comparasset. Sed per Phœni-
ces haud raro significari Hebræos notissimum est, ut
Herodotus Phœnices in Palæstinâ locat qui circum-
ciduntur lib. II. § LVI. Præterea quod soli om-
nium hominum Colchi & Ægyptii & Æthiopes ab
initio statim pudenda CIRCUMCIDUNT. Nam &
PHOENICES & Syrii, qui sunt in PALESTINA didi-
cisse id ab Ægyptiis & ipsi confitentur. Verum
apud nullos in isthac Regione circumcisionem fuisse
usitatam præterquam solos Judæos auctor est Jo-
sephus Antiq. jud. lib. VIII. c. IV. Et Choerilus
Poëta apud Eusebium Hebræorum linguam vocat
Φοίνισσαν Phœniciam,

Γλάσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ τομάτων ἀφίεντες.

Ore peregrino PHOENICIA verba loquentes. Vi-
deantur Bochartus Chanaan lib. II. c. I. & alibi.

Dik-

Dikkinfonus Delph. Phœnicis. Cap. XII. p. m. 140.

Imo *Saturnum*, quem habere *Phœniciæ* regem, ipsum fuisse *Abrahamum* apertum facit idem Bochartus ibid. cap. II. sub fin. Atque Pherecydem ex *Noachidis* hausisse sua fama vetus est: sic Isidorus apud Clementem Alexandrinum lib. VII. Strom. Καὶ γὰρ μοι δοκεῖ τί ἐστιν ἡ ὑπόπλερος θεὸς, καὶ τὸ ἐκ αὐτῇ πεποικιλμένον φάρμακον. πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀληγορήσας ἐθεολόγησεν λαβὼν ἀπὸ τοῦ ἔξ Ἰαμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν. *Mibi enim videtur æquum ut ii, qui Philosophorum nomen sibi vindicant, discant quid sit quercus alata, & varium super ea pallium, quæ omnia PHERECYDES allegorice dixit in Theologia e CHAMI PROPHECIA sumto argumento, vel hypothese: Quemadmodum & ea, quæ hic illic a Pherecyde obscure & allegorice dicta & scripta offendimus non penitus ab historiâ Mosaicâ abhorere videntur: ita ex Syri nostri libro allegorico promit Clemens Strom. lib. VI. Ζὰς ποιεῖ φάρμακον μέγα τε καὶ χαλόν. καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγῆσιν, καὶ τὰ Ὠγῆσιν δώματα. Jupiter facit pallium magnum, pulcrumque, & varietate quadam in eo describit, vel disponit Terram, & Oceanum, & Oceani domos. Quæ hausta videntur ex Gen. I: 6-10. Et apud Maximum Tyrium legimus Dissert. XXIX. Ἀλλὰ καὶ ὁ Συρίος τὴν ποίησιν σκόπει, καὶ τὸν Ζῆνα, καὶ τὴν Χθονίην, καὶ τὸν ἐν τέτοις ἔρωτα, καὶ τὴν Ὀφιογέως γένεσιν, καὶ τὴν θεῶν μάχην, καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὸν πέπλον. Sed & Syrii) Pherecydis) poësin considera, in eaque Jovem, vel Cælum, & Terram, & in iis harmoniam, & Ophionis (Serpentis) progenerationem, & Deorum pugnam, & arborem, &*

peplum. Quæ sacram mundi antediluviani historiam sapiunt. Ut & initium libri Pherecydis nostri quod refert Laërtius in hujus vitâ. Ζεὺς μὲν ὁ ἄρχων ἐὶς αἰὲν, καὶ Χρῶν ἦν. Χρῶν δὲ ὄνομα ἐγένετο γῆν, ἐπαύη αὐτῇ Ζεὺς γέρας δίδων. *Jupiter quidem & tempus semper fuerunt, & terra erat; Aridae autem nomen* GE inditum est postquam ipsi *Jupiter DECUS* indiderit. Umbram Mosaicorum Gen. ^{11.} *comm.* 1, 2, 9, 10 11. quanquam minus recte intellectorum referre videtur. Per *Phenicum* itaque libros occultos, ex quibus sapuit Pherecydes, institutiones & scripta *Hebraeorum* intelligendas esse existimamus. Atque inde Hebræam de *Mentis immortalitate*, vitâque post mortem futurâ, ejusque ad Deum reditam sententiam assumpsisse Syrium nostrum, non per pecora circuitum, quem nesciebat institutio illa Phœnicia, plusquam probabile fit. Id saltem in confesso sit oportet Phœnices ab Abrahamo ejusque progenie edoctos plurima. Vid. Heurnius de Phil. Barbar. lib. I. p. 28--30. Quod si sit sanam de mente separata sententiam eruditos esse eosdem opinari par est, quemque ex hisce solis sumpsisse sua ferunt Pherecydem.

Unde
crassioris
idololatriæ
aversationem
bauerit.

§ V. Imo ex his Hebræorum Oraculis suam vulgaris Deorum cultus, crassiorisque Idololatriæ aversationem hausisse videtur, ex quâ a consuetis sacrificiis Diis offerendis suo exemplo auditores avocare satagebat: ut inde male audierit Deliis, qui Deum suum ob neglectum, imo rejectum cultum suum solitum, irâ accensum Phthiriafin, quâ decessit Pherecydes, in pœnam huic immisisse spargebant. Ælianus Var. Histor. lib. IV. cap. XXVIII.

Λε-

Λέγουσι δὲ Δηλίων παῖδες, τὸν θεὸν τὸν ἐν Δήλῳ μνηστῆντα
αὐτῷ ἔτο ποιῆσαι, κατήμενον γὰρ ὃ Δῆλῳ μετὰ τῶ μαθητῶν,
ἀλλὰ τε πολλὰ φασὶ περὶ ἑαυτοῦ σοφίας εἰπεῖν καὶ δὴ καὶ
ἔτο, μηδεὶ ἰὼν θεῶν ῥῦσαι, ὃ ὅμως ἔδεν ἥττον ἰδέως βεβι-
ωκέναι, καὶ ἀλύπως ὕμνοιον τῶν ἐκατόμβας καταθύον-
των. *Dicunt autem Delii Deum in Delo irā com-
motum & indignatione id fecisse, id est Phthiria-
sin immisisse. Nam quum quodam tempore in eā
insulā sederet cum discipulis suis; atque quum alia
multa de propriā sapientiā diceret, tum praecipue
illud, quod etiamsi nulli Deorum mactaret, ni-
bilo injucundius neque tristius vitam ageret, quam
qui hecatombas sacrificarent.*

§ VI. Et Pherecydem nostrum non modo men- *Tum*
tis *Immortalitatem*; sed & hujusce postquam dis- *quod vi-*
cesserit a corpore *vitam beatam laetamque aeter-*
nam docuisse, quorsum plurimum facit testimo- *tam dul-*
nium Augustini supra laudatum, clare fati innuit *cem bea-*
lonis Chii, Poëtae Tragici & Lyrici ac Philoso- *tamque*
phi vetustissimi, 1. qui ab ætate Pherecydis non *post mor-*
lon- *tem asse-*
lone
Cbio.

1. Qui ob ætate Pherecydis non tradit Lucianus in Macrobiis alium
longe absuit. Is enim Auctore Sui- a nostro, Historicum nempe, vo-
da Tragædias docere coepit O- lunt) Ion autem Chius quadrage-
lymp. LXXII. cum hic Olymp. LXV. narius Tragedias docere coeperit
ex ejusdem calculo natus sit. A annis Ionis natalis. in Pherecydis
quo non multum abijt Laërtius qui emortualem incidit, cujusque O-
Pherecydem fuisse ait Olymp. LIX. lympiadis primo anno sumpto:
Neque Cicero qui eum Dominatui xvii. enim Olymp. (LXVIII. anni)
Servii Tullii, qui Olymp. LXI. re- additæ XLV. faciunt LXII. x. au-
gnum coepisse dicitur, assignat. tem Olymp. (XL. ann.) abstractis
Si itaque Pherecydes natus annos a LXXII. idem Olympiadum nume-
LXVIII. decesserit; (Pherecydem rus prodit.

enim LXXXV. ætatis anno mortuum

longe abfuit, de Syrio nostro epigramma quod
prostat apud Laërtium in hujus vitâ

Ως ὁ μὲν ἠγορεῖ τε κεχασμένῳ ἡδὲ καὶ αἰδοῖ,
καὶ φθίμενῳ ψυχῇ τεσπνὸν ἔχει βίον.
Εἴπῃς Πυθαγόρης ἐτύμως ὁ σοφὸς περὶ πάντων
Ἀνθρώπων γνώμας εἶδε καὶ ἱξέμαθεν.

*Ipsē quidem fortitudine ornatus atque pudore,
Vel MORTUUS ANIMO DULCEM HABET VITAM.
Siquidem Pythagoras, vere sapiens, de omnibus
Hominibus sententias vidit & edidicit.*

Ita Aldobrandinus.

Tum quod
idem sen-
sisse vi-
deatur ac
Pythago-
ras: cum
hujus sa-
pientia
præ omni
alia ab
eo com-
mende-
tur.

§ VII. Tandem non aliter de *statu Animæ se-
paratæ* sensisse Pherecydem quam Pythagoram in-
ferri posset inde, quod hic illius fuerit discipulus
genuinus, & observantissimus, qui maximopere
hunc suum coluit magistrum: (ut & ex illius cum
Phthiriafi decumberet curâ, & post decessum se-
pultura arguitur. Videantur Porphyrius de vitâ
Pythag. Num. xv. & Jamblichus de vit. Pyth.
Num. CLXXXIV. & CCLI.) Cujus inde doctrina su-
pra omnem in Græcâ terrâ Pherecydi fuerit proba-
ta, & de meliori notâ commendata, ut docet hu-
jus epitaphium, quod refert Duris apud Laërtium
lib. I.

Τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ λελῆ. ἢν δὲ τι πλεῖον
Πυθαγόρῃ τῷ μῶ λέγε ταῦτ', ὅτι πρῶτ' ἀπάντων
ἔστιν αὖ Ἑλλάδα γῆν. & ψεύδομαι ᾧδ' ἀγορεύων.

5a-

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 233 LIB. II.
Sapientiae totius in me finis: si vero quid plus, CAP. III.
PYTHAGORÆ MEO haec dic, quod PRIMUS OM-
NIUM

EST PER GRÆCAM TELLUREM; haud mentior
haec dicens.

Unde & Pythagoricam Philosophiam *Φερικύδης*
κλήρονομία Pherecydis hæreditatem alibi vocat Ta-
tianus. Sed Pythagoræ doctrinam non ferre cras-
sam Metempsychosin lib. i. demonstratum est.

C A P U T III.

*An EMPEDOCLES Animarum de corpore in
corpus & HOMINIS & BRUTI FRUTICIS-
QUE adseruerit?*

§ I. Empedoclem Agrigentinum, Pythagoræ au-
ditorem, haud vulgarem Metempsychosin
seors crassæ adfertorem vulgo existimatum esse nulli
ignotum est: imo hunc ultra Pythagoram in defi-
niendâ Transmigratione progressum volunt; quum
non ad *pecora* tantum; sed & ad *stirpes* mentes
relegasset humanas, quousque non delirarit Py-
thagoras. Ita Gaudentius, a præceptore transiens
ad discipulum, Exercit. 1. Cap. VIII. *Pythago-
ricam Animarum* TRANSMIGATIONEM *arrisisse non*
nescimus Agrigentino EMPEDOCLE, viro profecto
*apud Veteres famigeratissimo. Quin ULTRA LIMI-
TES PYTHAGORÆOS in ea opinione est visus pro-*

*Empedo-
clem Me-
tempsy-
chosin
non tan-
tum asse-
ruisse;
sed ultra
Pytha-
goram
hic pro-
gressum
esse se-
cundum
aliquos.*

Gg

gre-

gredi. Nam non solum de ipso haec leguntur apud Philostratum lib. 1. c. 1. de Apollon. Similem philosophandi rationem tenuisse perhibent Agrigentium Empedoclem, quod pluribus locis ejus carmina testantur, inter quæ & illud

ET PUER IPSE FUI, NEC NON QUANDOQUE PUELLA.

Sed apud Tertullianum talia reperiuntur cap. XXXII. de anima: Sed enim Empedocles qui se Deum delirarat, idcirco opinor dedignatus aliquem se Herōum recordari; THAMNUS ET PISCIS FUI. Addit Gaudentius. Ita superbissimus non solum Piscem se fuisse putavit; sed & THAMNUM VILISSIMUM RUBUM (mira superbia!) quousque certe Pythagoras non se extendit. Atque hinc apud Sextum Empiricum lib. VIII. advers. Mathemat. Empedocles contra Animalium occisores, & carnivoros inducitur:

*Non desistetis crudelem admittere caedem.
Pulchrumne afflicta sic vos discernere mente
Inter vos forma mutata: namque parentes
Charos occidunt natos, permulta precati
Stulti. Alique Jovi facientes sacra precantur.
Est alius non exauditus in aedibus istum
Occidit, clamans miseras epulasque paravit
Atque pater nati crudeli caede perempti,
Et matrum nati carnes in viscera condunt.*

*Unde hæc
de Empe-
docle
prognata.
Qui de*

§ II. Scilicet quod se Puerum aliquando, Puellam, Fruticem, Piscem, & Volucrem fuisse dixerit Agrigentinus, eum crassam Animarum trans-

transmigrationem docuisse vulgaris dictat opinio: CAP. III.
ita versiculi apud Laërtium in hujusce vitæ sub fin.

physica
corporum
immuta-
tione lo-
cutus est.

Ἡδὴ γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμεν κῆρ' τε κέρη τε,
Θάμιν' τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἄλδος ἔμπυρ' ἰχθύς.

*Jam enim ego PUER fui, PUELLAQUE,
FRUTEXQUE, AVISQUE, atque e mari igneus
PISCIS.*

Verum enim vero qui istos versus cum principiiis Empedoclæis contulerit, & ex his explicuerit, uti debet procul dubio, nihil eos facere ad dictam Μετεμψύχωσιν animadvertet. Hæc autem videri possunt apud Plutarchum, Hiëroclē, Clementem, &c. Plut. adversus Colotem op. tom. II. p. 4.

Ἄλλο δὲ σοὶ ἐρέω φύσις ὕδενός ἐστιν ἐκάστῃ.
Θητῶν ὕδὲ πῖς ὕλομένη θανάτῳ γενέθλη
Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διαλλαξίς τε μιν γέντων
Ἔστι φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

*Nunc aliud dicam tibi non mortalibus ullis
Natura est : neque res crudeli morte abolentur.
Mixtio sed tantum & rebus secretio mixtis
Accidit : hoc homines naturam nomine dicunt.*

Et pag. 1113.

Οἱ δ' ὅτε κατὰ φῶτα μίγνεν φῶς αἰθέρι
Ἡ κατὰ θηρῶν ἀγροτέρων γένος ἢ κατὰ θάμνων
Ἡ κατ' οἰωνῶν, τότε μὲν τῶν

G g 2

Γε.

Γένεσθαι, εὖ τε δ' ἀποκριθῶσι, τὰ δ' αὖ
Δυσδαίμονα πότμον εἶναι καλέσω.

*Ergo vir mixtis apparet quando elementis
Brutorum vel agreste genus, fruticesve videntur,
Aut volucres : nasci tunc haec dicunt & oriri :
Cum secernuntur mortem miseram, interitumque
Appellant.*

Et paulo post.

Νήπιοι ἔ γάρ σφιν δολιχόφρονές ἴσιν μέριμναι,
Οἱ δὲ γίνεσθαι πάρε' ἔκ' ἑὸν ἐλπίζουσιν, ἥτοι
Καταθήσκειν τε ἔ' ἐξόλυσθαι πάντη.

*Stulta & prolixas non admittentia curas
Pectora : qui sperant existere posse quod ante
Non fuit, aut ullam rem possum protinus ire.*

Ita nempe physicam corporum immutationem, quæ nihil ad *Animam* attinet innuit, & explicat Empedocles : (multum aliter de *Animo* philosophatus, de quo mox) volebat scilicet : *Nihil interire, seu annihilari; sed omnia corpora, cum per mortem interire videantur, solummodo dissolvi & discerni in particulas seu atomos primævas* : Corpora videlicet quando nascuntur ex variis diversæque speciei Atomis conflari, & quotidie per partium aliarum appositionem augeri & crescere : quæ particulæ compoliti nexu soluto citra ullum partium interitum ad sua redeant principia ; quæque dein iterum cum aliis particulis conjunctæ alii speciei,

ciei, vel individuo, prognerandæ aptæ natæ sint: CAP. III.
Unde perpetua corporum permutatio & regenera-
tio ut summæ rerum dematur nihil.

§ III. Quam hac fere ratione concipiunt ἀνακύ- Quæ quo-
χλασιν, seu rerum continuam permutationem: a Ter- modo
râ ad Gramen, Arborem, Fructus, a Gramine ad concipia-
Ovem ab Ove, & Fructibus ad Carnem Huma- tur.
nam, & spiritus vitales, ab Homine ad Terram
&c. Sic Terra in Aquam, Aqua in Aërem, Aër
in Ætherem & Ignem: & vice versâ Ignis in Aë-
rem, Aër in Aquam, Aqua in Terram; Terra
in Lapides, Lapides in Metalla &c. Transformari
conciuntur. In quibus omnibus non alia rerum
immutatio, quam varia diversarum, pauciorumque
vel plurium partium, locique positura.

§ IV. Constans nempe Antiquæ Sapientiæ sci- Eam
tum est, rerum universo decedere nihil: resque Priscæ
omnes eo quo interire videntur tempore apparere sapientiæ:
tantum desinere, seu e conspectu solummodo, non dogma
rerum naturâ, removeri; redire autem ad ea, unde univ-
primitus profluxerant, principia, ex quibus aliæ vers-
dein res enascantur. Si enim ea, quæ dissolvun- sale.
tur, in nihilum abirent, Universo naturaliter non
ita longe abesset ruina: atque undæ novæ rerum
prodirent species deficeret materia. Plutarch. lib.
de occulte vivendo, op. tom. II. Οὐ γὰρ ποιεῖ τῷ
γνωμένων ἕκαστον, ἀλλὰ δεικνυσιν, ὅσπερ ἑδὲ ἡ φύσις τῷ ὄν-
τος, ἄριστος εἰς τὸ μὴ ὄν ἐστίν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ ἀδῆλον ἀ-
παγωγή τῷ διαλυθέντος. Non enim ortus singulas res
efficit, sed demonstrat: sicut neque interitu res in
nihilum rediguntur, sed tantum in obscurum abdu-
cuntur. Apollonius Epist. ad Valerium: Θάνα-

τος ἑαίς ἑδενός, ἢ μόνον ἐμφάσει, κατὰ πρῶτον ἑδὲ γένεσις ἑδὲ.
 νός, ἢ μόνον ἐμφάσει. Τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἑαίας τραπὲν εἰς φύ-
 σιν ἑδοξε γένεσις. Τὸ δὲ ἐκ φύσεως εἰς ἑαίαν κατὰ ταῦτα
 θανάσιον. ἔτε γιγνομένη κατ' ἀλήθειαν πρὸς, ἔτε φθινομένη
 πρὸς. Μόνον δὲ ἐμφάνης ὅντος ἀοράτου τε ὑπερον, τὸ μὲν διὰ
 παχύτητα τ' ὕλης, τὸ δὲ διὰ λεπτότητα τ' ἑαίας, ἑαίας
 μὲν αἰεὶ τ' αὐτῆς, κινήσει δὲ διαφερέσεως καὶ στασιμότητος. Τὸ
 γὰρ πρὸς τὸ ἴδιον ἀνάγκη, τ' μεταβολῆς ἔκ' ἑξωθεν γιγνομένης
 ποθὲν. Ἀλλὰ τῷ μὲν ὅλα μεταβάλλοντος εἰς τὰ μέρη.
 Τῶν μερῶν δὲ εἰς τὸ ὅλον τροπομενῶν, ἐνόησι τῷ παντός.
*Nullus ullius est interitus nisi apparitione tantum,
 ut nec ullius ortus, nisi apparitione. Quidquid enim
 ex substantiâ ad naturam vertitur ortus videtur:
 contra quod ex natura ad substantiam, mors. Cum
 interea vere nihil quidquam generetur, aut corrumpatur.
 Solummodo quod sit, & invisibili posterius,
 illud propter materiae crassitiem, hoc vero propter
 substantiae tenuitatem, quae semper eadem est, so-
 lummodo motu & ordine differt. Illud enim ut pro-
 prium sit necesse est, cujus mutatio nusquam alicun-
 de ad exteriora progreditur, sed totum tantum in
 partes transmutatur: partes autem in totum re-
 vertuntur concordia universi. Baruchias apud
 Reuchlinum de verbo mirifico lib. I. Dicerent nam-
 que ab rebus universis me segregare scientiam, quod
 quidem de naturae mobilitati subditis rerum dice-
 rent, quippe dum pariter scientiae perpetuitatem
 attendimus, naturaeque TORRENTIEM illum & in-
 stabilem fluvium, cujus nihil attingimus quolibet
 tempore nisi punctum. Adeo ne concionator noster
 desipuit quisquis tandem ille fuit qui Ecclesiasten
 conscripserit, sive Salomon, seu quod multi famant
 Esaias*

*Esaias ipse? Quid est inquit QUOD FUIT? ID QUOD ERIT. Et paulo ante GENERATIO PRÆTERIT ET GENERATIO ADVENIT. Etenim quomodo lavaberis nisi ligna transmutentur? Quomodo ALE-
RIS, nisi receptaculum vitales succos concoctis ac TRANSMUTATIS CIBIS & potibus in membra quæ-
que dispertiat? PÉCORA STERCUS, STERCORA FIMUS, FIMUS GRAMEN, GRAMINA LAC, LAC QUO-
QUE PECUS. Cuncta seculum rotat, ob idque a se-
quendo dictum. Quod sic nata propellit ut fluctus procellam, & dies horam, & hora momentum. AB-
SORBET HOC UT EGERAT ALIUD. FINGIT natura semper ne sit ociosa, tanquam ex cera modo equum, modo LEONEM, & eo DESTRUCTO HOMINEM.*

§ IV. Atque ita Empedocles physicam corporum immutationem, & partium ad principia reditum, & ex iis ad constituendam & procreandam cum aliis aliam quampiam speciem, vel individuum re-
meatum indicat. Quia ratione particulas, quæ nunc Empedoclæum constituiebant corpus, olim ad alia componenda & sustentanda corpora concurrisse, sicque quasdam ex illis corporum *puellæ, pueri, plantæ, avis piscisve* partes extitisse, secundum Naturæ ordinem & vicissitudinem, haud incommode agebat Agrigentinus. Ita Hierocles lib. de Fato & Providentiâ p. 28. & 30. hanc Or-
tus & Interitus rationem Empedoclæam explicat, atque diserte a mutationibus, redituque *Animarum* Immortalium ad principium, seu locum æthereum, unde venerant, distinguit, refertque ad *potentiam* *materiae sibi omnes formas conciliandi.* Ἀπὸ πῶτος δὲ ψυχῶν ἀέργεια ἢ αὐτοκίνητος προαίρεσις, καὶ τὸ λεγόμενον ἰφ

Indeque Empedoclis: quod egregie explicat Hierocles.

ἐφ' ἡμῖν ὁ δὴ τοῖς θεοῖς δικασαῖς ὑπόθεσις ἔυλογος γίνεται
 ἢ ἀνίσχεται διανομῇ. τὸ δὲ τυχαῖον ὅλον ταῖς ζητοῖς καὶ ἀλό-
 γοις ἀποδίδεται γενέσει. καὶ γὰρ κατ' ἕκαστον τεταγμένως, εἰδὲ
 κατὰ πᾶσα λελογισμένην ἀξίαν ἐκ μὲν τῆδε τῆς πυρὸς σβει-
 νυμδύς, ὅδε ὁ αἷρ γίνεσθαι, ἐκ τῆς δὲ τῆς ἀέρος παχυμδύς,
 τόδε τὸ ὕδωρ. εἰδὲ ἐκ τῶνδε μὲν τὴν σίλικον ἱππεὺς σῶμα ἢ κυ-
 νός, ἐκ τῆς δὲ ἄλλο τι. ἀλλὰ πάντα ἐκ πάντων ταῖς προ-
 πιπτήσεσι μεταβολαῖς δύναται γίνεσθαι, διὰ τὸ κοινὸν τῆς
 ὕλης, καὶ πρὸς πάντα εὐαγαγοὶ τοσούτον ταῖς μετέχοντα
 καὶ θείας ἀνάγκης, ὥστε κατὰ γένεσιν ἕκαστα διασάξεσθαι, καὶ συμ-
 παραγεῖν πρὸς τὸ αἰδιον τῇ διαδοχῇ τοῖς ὑποσφαιῖσιν αὐτὰ αἰ-
 τίοις. καὶ γὰρ ἐπεισῆλθέ πέντε καίνοισι ἐκ τῆς αἰθερίας τόπος τῇ ὑπόβασιν
 ποιησάμενον, ἵνα καὶ τῇ θεῖα κρίσει παιδαγωγῇ πρὸς ἐπά-
 νοδον, ὥς ἐν τοῖς κατ' ἕκαστα ὡς περὶ τοῖς. τὰς λογικὰς καὶ
 ἀθανάτους ψυχὰς ἐκείνην κατήστας ἀνάγκη πλεῖστον ἐπιστρο-
 φῆς καὶ κηδεμονίας λόγον τυγχάνειν παρὰ τῶν συγγενῶν πρὸς
 ἀνέστησιν ἢ εἰς κακίαν ὑποφορᾶς. *De:* *Humanorum au-*
tem ANIMORUM OPERATIO EST VOLUNTAS SEIPSAM
MOVENS, & quod dicitur SITUM IN NOBIS. Atque
hæc probabilis ratio est, cur Divini iudices non æ-
quam distributionem habeant. Quod autem fortui-
tum est, id totum MORTALIBUS & rationis exper-
tibus tribuitur generibus. Neque enim in unoquo-
que sigillatim, neque pro dignitate & æstimatione
ratione confirmata EX IGNE ISTO EXSTINCTO HIC
AER ORITUR, EX HOC VERO AERE DENSO HÆC A-
QUA, NEQUE VERO EX HIS QUIDEM SEGETIBUS E-
QUI, CANISVE CORPUS, EX ISTIS AUTEM QUIDPIAM
ALIUD, VERUM OMNIA EX OMNIBUS, MUTATIONI-
BUS INGRUENTIBUS, NASCI POSSUNT. PROPTER MA-
TERIE COMMUNIONEM ET FACILITATEM AD CONCI-
LIANDA SIBI OMNIA; quæ usque eo ordinis, & di-
vina

vinæ necessitatis partem habent, ut quæque per
GENUS conseruentur, & simul aspirent, atque con-
currant ad aeternitatem PERPETUA SUCCESSIONE cum
causis a quibus dependent, & originem suam trahunt.
Non enim advenit quidquam in illis quod ex ÆTHEREA
PLAGA discessionem fecerit, ut divino quoque iudicio in-
struatur ad REDITUM, prout in singulis HOMINIBUS
usu venit: siquidem ANIMOS RATIONE præditos atque
IMMORTALES necesse est inde profectos magnam curæ,
& salutis suæ rationem obtinere a cognatis, ad direc-
tionem, & emendationem proclivitatis ad vitium &c.

§ V. Quâ ratione omnem Pythagoræam Trans-
mutationem explicandam vult Reuchlinus, de arte
Cabbalistica lib. II. p. 662, 663. Haec verba, ait,
scilicet Gangem regem fuisse πρὸς ὄνον, seu potius πρὸς-
ὄνον σῶμα progenitorem, seu progignens corpus & jar-
chæ præsentis, quem in modum se quondam Eu-
phorbum extitisse dixerit Pythagoras: πρὸς ἑτον
ἔφη Ἀπολλώνιε χη τὸν πρὸς ὄνον θεῶρει τὸν ἐμὸν, μᾶλλον δὲ
τὸ πρὸς ὄνον σῶμα. τῆτο γὰρ ὁ Πυθαγόρας Εὐφορβὸν ἠγείτο.
Haec verba, inquam, ait, NON ANIMARUM TRANS-
MIGRATIONEM, sed CORPORUM TRANSMUTATIONEM
inducant, instar cujuslibet MATERIÆ, quæ sit apta
istius vel illius FORMAM recipere. Perinde atque
Comœdia diceret ego prius Tragoedia fui, quia ex
eisdem Tragoedia nascitur, & Comoedia literis ac
Elementis, ut Aristoteles ait in libro de generatio-
ne primo. Aut Canis quidam si diceret, ego ante
diu Equus fui, propter cuiusdam Equi corpus quod
depastus est canis, quo alimento in substantiam rei
alitæ converso, Equus ille plebejo sermone dicatur
ipsius canis πρὸς ὄνον σῶμα id est PROGIGNENS CORPUS

Quo sensu
omnem
Pytha-
goræam
Μεταψυ-
χῶσεως
quoque
explican-
dam vo-
luere
Reuchli-
nus, &
Longi-
nus.

H h

fuisse,

fuisse, videlicet inde prognatus sit. Non autem Equi ANIMAM IN CANEM TRANSIISSE quispiam ex hoc sermone arbitrabitur. Quâ igitur re PYTHAGORAM docuisse crederem ANIMAS TRANSIRE IN ALIA CORPORA, eo solum quod se EUPHORBUM PRIUS FUISSE dixerit, cum hic manifeste constet, atque conveniat non quidem Animam, sed ipsum CORPUS indicatum fuisse EUPHORBUM, & nihilominus hoc ipsius dictum non fuisse planum, sed merum ENIGMA quo arcanum quoddam illi seculo incognitum voluerit innuere, scilicet MATERIAM PRIMAM OMNIUM FORMARUM non solum CAPACEM, sed AVARAM etiam esse, ac semper desiderio motam nullâ formâ satiari. Et Cæsar Longinus Trino Magico, de Myster. Pythagoricis Canone VIII. Qui intelligit inquit antiquum illud enigma quo arcanum quoddam illi seculo incognitum innuebatur: scilicet MATERIAM PRIMAM OMNIUM FORMARUM NON SOLUM CAPACEM, SED AVARAM etiam esse, ac semper desiderio motam nulla forma satiari: intelliget (assentiente Capnionē) quid PYTHAGORAS voluerit innuere per TRANSMUTATIONEM, ex eo quod se EUPHORBUM PRIUS fuisse, dixerit: intelliget quoque profundus rerum arcanarum scrutator eos TOTO COELO ABERRARE, qui hinc colligunt PYTHAGORAM DOCUISSE ANIMAS TRANSIRE IN ALIA CORPORA. Sicuti & Transmutationem Empedocleam tantum ad corpus & vitam Vegetativam referendam docet idem Longinus, Trino Magico de Mysteriis Chaldaeorum & Aegyptiorum, Canone III. Et qui intelligit VITAM VEGETALEM convenienter ad dicta EMPEDOCLEIS QUI PONIT TRANSANIMATIONEM ETIAM IN

PLAN-

PLANTAS intelliget quid hi (interpretes Zoroastris) velint per radices terrae significare.

§ VI. Interim & id notandum esse videtur, quod, si maxime hæc Transmutatio *Empedoclea* crasse pro Animæ rationalis in aliud corpus transitu capienda foret, non apte Empedocles Transmigrationem ulterius quam Pythagoras extendisse dici posset: cum & hunc *Terrestria quacunq̃* pervagari corpora, hausto ab Aegyptiis veneno, quæ inde *Allium & Caepa* inter Deos, & *frangere morsu* nefas, Mentem fecisse passim ajant: hinc quoque in *Arbores* Humanis Animabus transiit. Theodoretus Epitomæ Divinorum decretorum cap. de Judicio: PYTHAGORAS animarum in corpora transitus fabulatus est, dicens eas non solum in corpora BRUTORUM; sed etiam in ARBORES transire.

§ VII. Quam itaque de Mentis humanæ post mortem statu sententiam tenuerit Agrigentinus quæris? Eam comperio quæ a crassa Metempsychosi aversa penitus est: *Vitam* scilicet, *plene beatam, æternam, immutabilem in immortalium Deorum habitaculis ducendam* pro his *hac vitâ terrestri ad finem perductâ* adseruit Empedocles. Id nobis conservavit Clemens Alexandrinus Strom. lib. v. p. 442. Ubi iis qui honeste atque pie viverent promittit noster quod sint futuri

Neque si vel Empedoclis opinio crasse sumenda foret, illum ultra Pythagoram processisse recte dici.

Animam rationalem secundum Empedoclem, si in vitâ terrestri pie vixerit, post hominis mortem in beatas Divorum transire sedes, mortaliū vicissitudinibus exemptam penitus.

Αθανάτοις ἄλλοισιν ὁμίετοι, ἔντε τραπέζαις.
Εὖναι ἀνθρώπων ἀχέων, ἀπόκηροι, ἀτελεῖς.

Scilicet hunc in modum ex emendatione Scaligeri legendi sunt hi versus.

IMMORTALIUM CÆTERORUM CONTUBERNALES AC
CONVIVÆ,

EXPERTES HUMANARUM MISERiarUM, INCORRUP-
TIBILES, IMMORTALES.

Atqui Metempsychosis Morti quam sæpissime ite-
randæ implicat, miseriis infinitis de novo submit-
tit, a Deorum mensis arcet longissime.

Unde se
Deum
immor-
talem
dixerit.

§ VIII. Atque hinc & *in vitâ*, quum Mentem
Diis simillimam reddere, a perturbationibus purga-
tam, & ad Numinis intuitum aptam summa ope
niteretur, θεὸν ἀμβροτοὶν *Deum immortalem*, quia
talis certo futurus erat, se dixit: ut alios scilicet,
præprimis Agrigentinos suos, i. molles admodum,
ad virtutum suarum imitationem alliceret: ita apud
Laërtium sequentes significant versiculi :

ὦ φίλοι οἱ μέγα ἄτυ κατὰ ξανθὸν Ἀκραγαντος
Ναίετε ἄκρα πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
Χαίρετ' ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἀμβροτός, ἐκ ἔτι θνητός,
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τελεμήμυρος, ὥσπερ ἔοικε,
Ταινίαις τε περὶ τεπέλει τ' ἐφεσὶν τε θαλαίῃς,
Τοῖσιν ἅμ' εὖ τ' ἀν' ἰκῶμαι ἰς ἄστεα τηλεθόωσα,
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι. οἱ δ' ἅμ' ἐπόνται
Μύριοι, ἔξερέοντες ὅπη πρὸς κέρδι' ἀταρπῶς,
Οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δὲ τι νῆσαν
Παντοίαν ἐπυθοντο κλύειν εὐνηκέα βᾶξιν.

O

i. Molles admodum.] Sic addit TIBUS Empedocles dixisse fertur, A-
Laërtius. Magnum autem Agrigen- GRIGENTINOS, ITA DELICATE VI-
tum ideo dixisse tradit Potamilla, quod VERE, QUASI CRAS MORITUROS;
eam urbem octingenta hominum millia ITA DOMOS EDIFICARE, QUASI SEM-
incolerent; quibus DELICATE VIVEN- PER VICTUROS.

O Amici qui magnam urbem apud flavum Acra-
ganta

Incolitis summa urbis, bonorum cogitatores ope-
rum,

Salvete, ego vobis DEUS IMMORTALIS NON AM-
PLIUS MORTALIS,

Versor cum omnibus honoratus, quemadmodum
debet,

Tenusque circumseptus, coronisque florentibus,
Quibus simul ac veniam ad urbes longe florentes,
Viris, feminisque color. Hi vero simul sectantur,
Innumeri rogantes quâ ad lucrum semita

Hi quidem vaticinationibus usi, hi vero morbo-
rum

Omnium querebant audire decoram famam.

Hujus nempe celebre est τὸ νηεῦσαι κακότητος.
In omnibus, inquit Plutarchus, magnum, Divi-
numque illud Empedoclis sum arbitratus τὸ νηεῦσαι
κακότητος, id est A MALIGNITATE VITIOQUE, ESSE
JEJUNUM. Cæl. Rhodigin. lect. antiq. lib. XIV.
c. III. Qua prorsus ratione Epictetus, Enchrid.
Cap. XXI. illum, qui contentus sit iis quæ obve-
niunt, ea autem quæ negantur non appetat ait
futurum ποτὲ ἄξιον τῆ θεῶν συμπόλην, ALIQUANDO DIG-
NUM DEORUM CONVIVAM; sed eum qui omnia ex-
terna despiciat ἔ μόνον συμπόλην τῶν θεῶν, ἀλλὰ ἔ συ-
νάρχοντα, non solum convivam Deorum, sed IMPE-
RII EORUM PARTICIPEM. Addit Epictetus ἔ τω γὰρ
ποιοῦν Διογένης, ἔ Ἡράκλειτος, ἔ οἱ ὅμοιοι ἀξίως θεοῖς τε
ἦσαν καὶ ἐλέγοντο. Sic enim cum facerent Diogenes &
Heraclitus, & similes, merito DIVINI ut erant,
H h 3 ita

ita & dicebantur. Non itaque satis solidum quod insequentibus ex Timæi relatione tradit Laërtius: quod nempe *ex jaſtantiâ & philautia ſe Deum dixerit* Agrigentinus. Nec erat quod *ſuperbiſſimi* notam ei inureret Gaudentius. Quemadmodum & hic cauſam Empedoclæam ſtrenue agit Sextus Empiricus contra Mathematicos p. 60. Ο' μὲν γὰρ γραμμαπκός, αἰτ, καὶ ὁ ιδιώτης ὑποληφονται κατ' ἀλαζονείαν, καὶ τὴν πρὸς τὰς ἄλλας ἀνθρώπους ὑπεροφίαν, ταύτ' ἀνεφθέρχθαι τὸν φιλόσοφον. ὅπερ ἀλλότρεϊόν ἐστι ἢ καὶ μετρίαν ἔξιν ἐν φιλοσοφίᾳ ἔχοντα, ὅχ' ὅτι γε ποσὸς ἀνδρὸς. ὁ δὲ ἀπὸ φυσικῆς ὁρμῶμεν θεωρίας σαφῶς γινάσκων ὅτι ἀρχαῖον ὅλως τὸ δόγμα ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια γινώσκεισθαι, ὅπερ ἀπὸ Πυθαγόρου δοκῶν κατεληλυθέναι, κείται μὲν καὶ παρὰ Πλάτωνα ἐν τῷ Τιμαίῳ, εἴρηται δὲ πολὺ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους,

Γαῖην μὲν γὰρ γαῖαν ὀπίωτα μὲν, ὕδατι δ' ὕδαρ,
Ἡέρι, δ' ἥερα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ αἰδηλον,
Στόργην δὲ στοργή, νεῖκε δὲ τε νεῖκε λυγρῶ.

conſiſci ὅτι ὁ Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ἑαυτὸν προσηγόρευεν, ἵππει μὴ κατὰρ ἀπὸ κακίας τηρέσας τὸν νῦν, καὶ ἀνεπιτόλωτον, τῷ ἑαυτῷ θεῷ, τὰ ἐκτὸς κατελήφεν. *Grammaticus quidem, rudisque quispian & imperitus haec Philosophum existimabit dicere per ARROGANTIAM. Quod quidem est alienum ab eo qui vel mediocriter versatus est in Philosophia, tantum abest ut id cadat in tantum virum. Qui autem rei physicae cognitione imbutus est, aperte sciens antiquum esse dogma, similibus similia cognosci, quod quidem descendisse videtur a Pythagora, situm est autem apud*

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 247 LIB. II.
apud Platonem in Timæo, dictum est autem longe CAP. III.
antea ab ipso Empedocle,

*Terram nam terra, atque unda conspeximus un-
dam;
Aëre Divinum nos aëra vidimus, igne
Clarum ignem; lite est lis, visus amore
Est & amor;*

*intelliget, quod Empedocles SEIPSUM appellavit
DEUM, quoniam cum solus conservasset MENTEM
A VITIO PURAM ET IMPERTURBATAM, EO QUI IN
SE ERAT DEO, DEUM QUI ERAT EXTRINSECUS
COMPREHENDIT.*

§ IX. Eandem Empedoclis de Animarum justa- Mentem
ex senten-
tia Em-
pedoclis,
quandiu
in terre-
sibus
oris ver-
setur,
exilium
pati ali-
quando
in pa-
triam, si
pie vi-
tam du-
cat, re-
versu-
ram.
rum separatarum statu sedeque mentem § VII. af-
fertam videre licet ex iis quæ de ipso Plutarchus,
referente Eruditiss. Dickinsono Physicâ Vet. & Ver.
p. m. 10, tradidit: quod scilicet duos cum mundos
asseruerit: *intellectualem* videlicet, atque hunc vi-
sibilem, docuerit *justam sanctamque vitam non in*
eo sensibili; sed in hoc (intellectuali nempe) *sum-*
me, semperque beatam fore, una cum Daemonibus
aliis immortalibus hilarem atque triumphantem.
Scilicet Mentes humanæ dum has incolunt regio-
nes *exilium* patiuntur aliquando, si bene vortat,
2. in beatam Patriam reversuræ Plutarch. de exilio
op. tom. II. p. 607. Ο δὲ Εμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φι-
λοσοφίας προαναφώνησας,

Εἴτι

.2. In beatam patriam.] Idem ita Trismegistus, ut vidimus lib. II.
que in his tenebat ac Mercurius cap. I. § XXI.

Ἔστι δ' ἀνάγκης χρεῖμα θεῶν ψήφισμα παλαιὸν
 Εὔτε τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γνῖα μίηη,
 Δαίμονες οἵ τε μακράωνες λελόγγασι βίοιο.
 Τέως μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλλάσσει.
 Τὴν δ' ἐγὼ νῦν εἰμὶ φυγὰς θεῶν καὶ ἀλήτης.

*Fata jubent, stant haec decreta antiqua Deorum.
 Si quid peccando longævi Dæmones errant
 Quisque luit poenas, coeloque extorris ab alto
 Triginta horarum per terras millia oberrat:
 Sic & ego nunc ipse vagor, divinitus exul.*

Ad quæ commentantem audiamus Plutarchum.
 Οὐχ ἑαυτὸν ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσσι μεταναστὰς
 ἐπαυῖθα καὶ ξένης καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας. &c. Equi-
 dem ostendit non se modo, sed suo exemplo omnes ho-
 mines hic exules, & inquilinos esse. Hoc enim vo-
 luit intelligi. Non sanguis vobis, o homines, non
 spiritus concretus Animæ ortum, naturamque prae-
 buit: sed ex his corpus conformatum est terrige-
 num, atque mortale. Origenem animæ aliunde
 huc advenientis lenissimo vocabulo peregrinationis
 indico. Quæ si verissime loqui velis, exulat, &
 vagatur divinis ejecta decretis atque legibus. — De
 coelo & Luna in terram, & terrestrem vitam de-
 lata. Hierocles comment. in Aur. Carm. p. 253,
 254. Κάτεισι γὰρ καὶ ἀποσπίπτει δ' εὐδαίμων ὁ χῶρος ὁ ἀν-
 θρωπῶς ὡς Ἐμπεδόκλῃς φησὶν ὁ Πυθαγόρειος

— — Φυγὰς θεῶν, καὶ ἀλήτης,
 Νείκει μαινομένῳ πίσυνος. — — —
 Ἄνεισι δὲ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἔξιν ἀπολαμβάνει,

Εἰ Φεύξει τὰ πρὸ γῆν , καὶ τὸν ἀτερπέα χῶρον ,
ὡς αὐτὸς λέγει ,
Εἴηα Φόνος τε , κότος τε , καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν
αἷς ὃν οἱ ἐκπεσόντες , ἄτης
— — ἀνὰ λειμῶνά τε καὶ σκότος ἠλάσκεισιν .

*Fertur nempe homo deorsum , & felici regione
excidit , cum , ut inquit Pythagoreus Empedocles*

— — — *Divinitus exul & errans ,*

Lite furente agitur . — — —

Sed revertitur , atque primum habitum resumit ,

Terræ si fugiens , tristem despexerit oram ,

ut idem ait ,

*Quo caedesque , iraeque , & caetera turba ma-
lorum . In quam qui ceciderint , Atae*

— — per pratum , tenebrasque vagantur .

§ X. Quid autem de *plene malis* censuerit Em- Eam vero
si pessime
vixerit
nunquam
reditu-
ram.
pedocles ex iis elicere est quæ alibi de illius *Geniis*
cælo dejectis , Deorumque *irâ impulsis* significat
Chæronensis : hos nempe cælo exturbatos , & in
inferiora dejectos a Diva Nemese perpetuis horro-
ribus esse agitandos , continuis per quatuor Ele-
menta jactationibus sine fine torquendos , quæ
inde *nunquam* in vitæ lucisque *campos* effugere , re-
direque detur . Ut ab eorum statu miseram & *ine-
luctabilem* eorum , qui in ære alieno sunt , con-
ditionem per assimilationem scite depingit . Ο δὲ
ἀπαξ ἐπειληγὲς , μένειν χρεώσης διαπαντός , ἄλλον ἐξ ἄλλῃ
μετὰ λαμβάνων ἀναβάτην , ὥσπερ ἴωσθαι ἐγχαλινωθεῖς .
ἀποφυγὴ δὲ ἔκ ἐστιν ἐπὶ ταῖς νομάς ἐκείνας καὶ τὰς λειμῶνας ,
ἀλλὰ

ἀλλὰ πλάζονται, κατὰπερ οἱ θείλατοι ἢ ἔρανοσπετεῖς ἐκεί-
νοι ἔμπεδοκλέης δαίμονες

Αἰθέριον μὲν γὰρ σφε μὲν πόντον δε δῖοκα.
Πόντῳ δὲ χθονὸς ἔδρας ἀνέπλυνε. γαῖα δ' ἐς ἀνγὰς
Ἡελίῳ ἀχέμαντῳ, ὃδ' αἰθέρῳ ἔμβαλε δῖναις.

*Jam qui semel involutus est debitis, is SEMPER
manet obaeratus, alium ex alio sessorem frenati in
modum equi suscipiens. NEQUE DATUR EFFUGERE
IN PASCUA ILLA ET PRATA: sed vagantur sicut illi
Empedoclei DÆMONES sive Genii, DEORUM IRA
IMPULSI, AC COELO DETURBATI:*

*Ætheris hos almi vis in maris abjicit undas:
In Terram eructat Pontus. Titanis ad orbem
Subvectat Tellus: in vasta volumina magni
Ætheris impellit Titan.*

Alios autem quandoque in Veritatis prata, bea-
tamque patriam secundum Empedoclem reversuros
§ precedenti videre est. Nec itaque Empedoclem
Infernum ignorasse, vel negasse constat: imo ve-
ro ut *reatenus*, ita & *nomine tenus* adseruisse eun-
dem legimus: demortuos enim eis αἶδᾶς relegari do-
cuit, uti apud Diogenem lib. viii. in vitā Empe-
doclis significat versiculus Empedocleus

Αἶψα δ' ἔξ αἶδας καταφθιμὸν μὲν αἶδός.

EXSTINCTUMQUE hominem nigro revocabis ab
ORCO.

§ XI. Non ergo crassæ Animarum Transmigrationi adhæsit Empedocles : neque ultra terminos eam produxit Pythagoreos.

CAP.
III.

Conclusio.

C A P U T IV.

Neque CHALDÆOS & PERSAS crassam Transmigrationem tenuisse. Adduntur nonnulla de ARABIBUS.

§ I. **A**Ntequam ad Platonem cum Gaudentio descendamus eos qui Platone priores de Animæ separatæ statu sermones instituerunt, crassæque *Metempsychosi*, ut nonnullorum fert opinio, adhæserunt lustrare non erit incongruum. Εγὼ δὲ *secundum* Χαλδαίους, & Ἰνδῶν Μάγους, inquit Pausanias, *πρώτους* οἶδα εἰσόντας ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπων ψυχὴ. Καὶ σφισι καὶ Ἑλλήνων ἄλλοι τε ἐπέισθησαν, & ἔχοντες Πλάτωνος Ἀρίστον. Ego vero CHALDÆOS & INDORUM *utpote* Magos primos scio dixisse IMMORTALEM esse hominum Mentem. *Animæ immortalitatem asserentes.* *Iisque assensu deinde sunt cum alii Græcorum, tum potissimum PLATO Aristonis filius.* Messen. lib. iv. § xxxii. Persas autem idem hic cum *Chaldæis*, quæcunque fuerit in aliis capitibus forte discordia, sensisse constat. Atqui eos, qui inter Gentiles Animæ immortalitatem adstruxerunt, hujusce pariter tenuisse *Ricidivatum* omnes supra assertum vidimus. De his itaque hoc capite videamus : de Indis alibi acturi.

§ II. *Chaldæos* itaque & *Persas*, quorum & institutio.

I i 2

Animas
hac vita

functas
ex mente
Mago-
rum vel
in superas
sedes lu-
cidas
transire,
vel in te-
nebrico-
sas infe-
riores
petrudi.

stitutione, uti notatum supra est, usus est Pythagoras, τῇ Μετεμύχῳσιν ignorasse ea quæ de Animâ philosophantur asseverant. Animos scilicet ajunt immateriales, & *immortales*: eosque post discessum e corpore, prouti bene malève vitam instituerit homo, vel in *sedes lucidas*, unde in corpus descenderant, redire eosdem, vel in *loca tenebricosa*, tristiaque immitti. Ita ex Psello Stanlejus in Historiâ Philosophiæ Orientalis lib. 1. sect.

II. cap. x. *Animus cum sit ignis IMMATERIALIS & INCORPOREUS, & ab omnibus compositis, & materiali corpore distinctus, IMMORTALIS est secundum Chaldæos. Nihil materiae aut caliginis particeps illi immisum est; multo minus compositus est, ut in ea, ex quibus constitutus fuit, resolvi queat. Et ibid. ex Plethone in Orac. Chald. Animus a SEDE PRORSUS LUCIDA in hoc corpus delapsus, si BENE operam suam corpori accommodaverit, in EUNDEM rursus LOCUM REDIT: sin MALE, in sedes has (his) DETERIORES hinc se recipit, pro ratione eorum quæ in vitâ fecerit. Et mox: Ita CHALDÆI RESTITUUNT Animos post mortem prout se PURIFICARUNT in omnibus mundi partibus; quosdam etiam ULTRA MUNDUM evehunt, ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβάζουσι.*

Mentes
per sep-
tem gra-
dus ex
patria
descen-
dere & in
eandem
ascendere
secundum
eosdem.

§ III. Tenuerunt nempe Animarum ex Deo descensum per *septem* gradus, id est per septem Planetas in hoc corpus crassum: atque hinc per eodem gradus ad Deum ascensum, ut tandem in *supramundano lumine*, in Patriâ cœlesti beate vivant. Id in sacris Mithriacis Symbolicâ septem Januarum scalâ insinuabatur. Stanlejus Hist. Phil.

Orient.

Orient. lib. II. cap. IX. de Persis : In Mithriacis
 sacris, prout Lampridio in Commodio appellantur,
 erat auctore Celso apud Origenem lib. VI. pag. 290.
 duarum Cæli revolutionum significatio, cum ejus
 quâ stellæ fixæ feruntur, tum ejus quâ Plane-
 tæ, Animâ etiam per eos transeunte. Tale autem
 fuit Symbolum. SCALA erat in quâ erant SEPTEM
 JANUÆ, quarum OCTAVA suprema fuit. Prima ja-
 nuarum erat ex Plumbo, secunda ex stanno, Ter-
 tia ex aere, Quarta ex ferro, Quinta ex metallo
 misto, Sexta ex argento, Septima ex auro. Pri-
 mam faciebant SATURNI, plumbo notantes tardi-
 tatem ejus sideris; secundam VENERIS, comparan-
 tes ei stanni splendorem & mollitiem; Tertiam JO-
 VIS æream & solidam: quartam MERCURII, est
 enim laboris patiens, & negociator, & quod Mer-
 curius & ferrum multum laudentur. Quintam
 MARTIS propter misuram inaequalem, & variam;
 sextam LUNÆ argenteam; septimam SOLIS auream,
 colores siderum horum imitati. Hæc enim sacra Mi-
 thriaca ad Animæ ex Deo in inferiora descensum;
 ejusque ad superiora reditum referenda esse indicat
 Porphyrius de Antro Nympharum p. 253. Οὕτω
 ἡ Πέρσαι τὴν εἰς χάτω κάθοδον τῆ ψυχῶν, ἡ πάλιν ἔξοδον
 μεταγωγῆντες, τελευτοῦν τὸν μῦθον, ἐπωνομάσαντες σπήλαιον
 τόπον. πρῶτα μὲν ὡς ἴφη Εὐβελῶ, Ζωροάστρε ἀντοφύες
 σπήλαιον ἐν τοῖς πλησίον ὄρεσι τῆ Περίδῳ ἀνηγόν ἡ πη-
 γὰς ἔχον ἀνιέρωνται, εἰς πῦλιν τῶ πάντων ποιητῶ καὶ πα-
 τέρων Μίθρε, εἰκόνα φέροντος αὐτῶ τῶ σπηλαίου τῶ κόσμου, ὃν δ.
 Μίθρε ἐδημιόργησε. τῷ δὲ ἑκτος, κατὰ συμμετρίας ἀποστάσεις,
 σύμβολα φερόντων τῶν κοσμικῶν, στοιχείων καὶ κλιμάτων.
 Eodem modo PERSÆ DESCENSUM ANIMÆ IN INFE-

RIORA, ET REGRESSUM EJUS mystice significantes sacerdotem initiant, ipsi loco speluncae nomine imposito. Quandoquidem, auctore Eubulo, Zoroaster primus omnium in montibus Persidi vicinis antrum nativum, floridum fontibusque irriguum in honorem creatoris, patrisque omnium MITHRÆ consecrauit. Ita ut antrum conditi a Mithra mundi figuram ei præberet: ea vero quae intra antrum erant CERTIS INVICEM INTERVALLIS DISPOSITA, ELEMENTORUM, CLIMATUMQUE mundanorum symbola, seu figuras gererent.

Mentem
bonam,
seu eam
que se
aquis Pa-
radisiacis
abluerit,
stimque
restitue-
rit in
lumen su-
pramun-
danum
reditu-
ram.

§ IV. Videlicet Anima pia post mortem ad *Lucem Patrisque radios*, unde in Terram missa erat, ascendit; ad quod festinandum est, & omni studio adnitendum. Orac. Zoroast. vl. 215, & 216.

Χρή σε σπεύδων πρὸς τὸ φάος καὶ πατρὸς ἀγνῶς,
Εἴηεν ἐπέμψῃ σοι ψυχὴ, πολὺν ἑσσαμένη νῦν.

*Oportet te festinare ad lucem, & patris radios
Unde missa tibi est Anima, multa induta mente.*

Quæ recte explicat Psellus Animam a Deo superne habere subsistentiam suam, & oportere ad eundem reverti. Εἰδὼν, αἶτ, ἐκ ἀπὸ σπερμάτων ἡ ψυχὴ τὴν ὑπέρτατον ἔλαβεν, ἔδ' ἐν σωματικαῖς ὑφαισθήκει κερᾶσει, ἀλλὰ ἀνοθεν ἀπὸ θεῶ τὴν ὑπαρξιν ἔχει πρὸς ἐκείνον καὶ ἐπιστρέφω &c. Posteaquam non ex seminibus accepit substantiam Anima neque corporeis subsistit temperamentis, sed a Deo superne habuit esse, ad illum etiam non convertatur oportet. Ubi per multam mentem, quâ induta anima est ex luce def-

descendens i. cum Aug. Steucho intelligas *similitudinem Dei*, & id ipsum quo divina est Anima. Vid. de perenni Philof. p. 168. Cælius Rhodiginus Lect. antiq. lib. xvii. cap. xiv. *Zoroastrem abs quo omnis veterum Theologorum sapientia demanasse creditur, memoriæ prodiderunt Chaldaei quidam non indocti homines, solitum dicere, alatam esse Animam, fractis vero alis, ac gradu (quod ajunt) dejectam in elementa ferri præcipitem, tum illis succrescentibus in gradum reponi, & ad SUPEROS REVOLARE.* — — *Zoroaster porro — — qui non Aëtopum modo (ut dicitur) attrivit, sed omnis literaturæ interioris penitissima ingressus videtur, resciri posse dilapsas perdocuit, ac confractas alas: ex conditorioque ac spelunca, & (ut plane dicam) ex ærumnarum pistrino, unde velut de crypta supernum raro suspexerit lumen, ubique compeditus distinetur animus, dum agit ac utitur sensibus, emersum patere, si ex fluentis quatuor, quibus (inquit) Paradisus Dei abluitur, & irrigatur, hauserimus nobis salutares aquas. Adjecit & singulorum quasi nomenclaturam: ejus inquit quod ab Aquilone profluit, nomen interpretari, RECTUM valet: quod ab Occasu, EXPIATIO: quod ab ortu, LUMEN: quod 2. a meridie PIETAS. &c. Quæ lucem*

1. Cum Aug. Steucho.] *Magnam magna, hæc multa mens plena Divina autem mentem inquit, etsi Pselius i. naturæ, instinctusque beati notionisque las reminiscencias interpretatur, mibi celestis.*

tamen videtur oraculum similitudinem Dei, & id ipsum quo Divina est Anima sensisse, illamque Divinitatem designasse, quam sedibus Æthereis descendens tulit anima secum. Hæc

2. A meridie pietas &c.] *Hæc quatuor flumina Zoroâstris per totidem virtutes Prudentiam Temperantiam fortitudinem & Justitiam ab Ambrosio explicata videas apud*

CAP. IV. cem fanerantur iis quæ § præcedenti dixit Porphyrius.

§ V. Locum nomine tenus si quæris ubi beatae Mentis resideant Παράδεισον, ubi virtus, sapientiaque & aequitas congregatae sunt, declarant nostri: ita habent Oracula vers. 247—250.

Anima-
bus beatis
sedem
Paradi-
sum dici
supra
omnes
mundos
corporeos
positam.

Ζήτησον Παράδεισον

Δίξας σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν, ἢ πῃ τάξῃ

Σώματι τηρέσας, ἐπὶ ταῖς ἀφ' ἧς ἐρρῆς

Αὐτῆς ἀναστήσεις, 3. ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἐνώσεις.

Qua-

apud Piërium Hieroglyph. lib. xxi. tuis explicata ibidem habentur.

— Redigit in memoriam mihi, 3. ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἐνώσεις, sacro ser-
moni opus uniens.] Ad hæc verba
ait Piërius, Zoroastris dictum: A-
LATUM quippe ESSE ANIMUM; quod
ita Clericus: Pletbo intelligit pre-
apud Platonem latissime differtur, de-
cibus esse conjungendam operam, hoc
cidentibusque alis præcipitem eum in
est τῶν τελειῶν sacros ritus. Suspicio
corpus ferri, illisque mox succresceni-
hoc in loco esse aliquot verba corrupta,
bus ad superos revolare. Sed percon-
Et respici potius conjunctionem Mentis
tantibus eum discipulis, qui pacto alis
cum ratione æterna, de quâ Jambli-
bene plumantibus, animos volucres
chus sect. X. cap. VI. ubi mentem exi-
fortiri possent: IRRIGETIS inquit
πάσης ὅλης extra omnem materiam ope
ALAS AQUIS VITÆ. Iterum scilci-
Theurgie μόνῳ τῷ αἰδίῳ λόγῳ συντι-
tantibus, unde has aquas peterent, sic
μένῃ, cum solâ æternâ ratione unitam
per parabolam, qui erat hominis mos,
describit. Contra nihil corruptum
respondit: QUATUOR AMNIBUS PA-
mihi facile persuadet sensus. Dixe-
RADISUS DEI ALLUITUR, ET IR-
rat Zoroaster, quisve sit, Quere
RIGATUR, INDIDEM VOBIS SALU-
Paradisum, quære tu Animæ cana-
TARES AQUAS HAURIATIS. Quæsie-
lem, unde aut quo ordine servus sis
rit vero aliquis quinam hi fluvii sint,
factus corporis, in Ordinem a quo ef-
ut si accipirem mersare suum ibi ve-
fluxisset iterum resurgat. Jam medium
lit, eos nanciscatur. D. Ambrosius
ad hoc tradens addit ἱερῷ λόγῳ ἔρ-
FLUMINA ZOROASTRIS QUATUOR
γον ἐνώσεις sacro sermone opus adunans,
VIRTUTES TOTIDEM, in quas divi-
id est juxta sacrum sermonem, qui
ditur sapientia, PRUDENTIAM quip-
scilicet mentis purgationem exhi-
pe TEMPERANTIAM, FORTITUDI-
bet, opus instituens. Eadem ra-
NEM Et JUSTITIAM intelligit, fon-
tione ac Pythagoras in Aureis
temque esse sapientiam &c. quæ la-

Kai

Quaere PARADISUM

Quaere tu Animæ canalem, unde aut quo ordine
 Servus factus corporis, in ordinem a quo effluxisti
 Iterum resurgas. Sacro sermoni opus uniens.

Et vers. 290—292.

— — — Φεύγε σὺ ταῦτα

Μέλλων εὐσεβίης ἱερὸν Παράδεισον ἀνοίγειν,
 Ἐνθ' ἀρετῇ, σοφίᾳ τε καὶ εὐνομίᾳ συνάγονται.

— — — Fuge tu ista

Qui SACRUM PARADISUM reclusurus es,
 Ubi VIRTUS, SAPIENTIAQUE, ET ÆQUITAS con-
 gregatae sunt.

Atque hanc beatorum sedem *supra* omnes *mun-*
dos corporeos in *luce* supramundana *infinita* posi-
 tam ajunt: Stanlejus lib. I. sect. II. cap. II. de
 Chaldaeis, *Proximum e Deo effluvium est ὑπερχόσ-*
μιον φῶς, SUPRAMUNDANUM LUMEN, *infinitum*,
idemque incorporeum, ac lucidum spatium, INTEL-
 LECTUALIUM NATURALIUM, inter quas Animus
 humanus est, BEATA SEDES. Et cap. XI. *Omnes-*

K k

bae

— — — Καὶ φράζου ἕκαστα
 Ἡΐαχον γνῶμην τῆσας καθύπερθεν ἀρί-
 στην.

Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰδέρ' ἐλευ-
 θερον ἔλθης,
 Ἐσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος, ἐν
 ἔτι θνητός.

Uttere delectu, atque inquire in

singula, vitam
 Temperet ut RATIO quasi currum
 auriga volantiem.

Sic ubi deposito jam corpore, libera
 coeli

Templa penetraris, Deus immorta-
 lis, & omni

Spreus ab illuvie terrarum, eris in-
 teger ævi.

bae aeviternae, & incorporeae Naturae sedem in SUPRAMUNDANO LUMINE sortitae sunt; quod lumen incorporeum est, SUPRA ALTISSIMUM CORPOREUM MUNDUM POSITUM, atque inde superiora versus in infinitum porrectum. Proclus a Simplicio, in hoc Zoroastris oraculum, citatus:

Ἀφθν ἐμψυχῶσα Φάϑ, πῦρ, αἰθέρα, κόσμος.

Affatim animans lucem, ignem, aethera, mundos.

Proclus, inquam, ait hoc lumen esse supra septem Mundos, ut monas est ante vel supra triadem Empyrei, Aetherei, & Materialis mundorum. Addit etiam Primigenium hoc lumen esse imaginem Paternae profunditatis ac propterea esse supramundanum. Praeterea hoc lumen, cum sit supramundanus sol, emittere fontes lucis; & mysticos sermones docere esse inter res supramundanas, esse enim solarem mundum, & universale lumen, secundum Oracula Chaldaica. Unde Pletho explicat ἀμφιφανὶ τὸ ψυχῶς χάρον, undique splendentem Animae locum.

Hunc amplius Paradisum assertum, atque de eodem plura qui voluerit Thomam Heyde de Religione Persarum cap. xxiv. & alibi, adeat

Et Animis in-
felicibus
Haden.

§ VI. Atque locum *Paradiso oppositum* penitus, tristibus umbris, sacro sermoni non auscultantibus inhabitandum, squalidum, profundum, obscurum carcerem, *sub vel in terrae* abditis, ubi catenis ligantur, pænæque hominum angores, Ἀδην vocant. Orac. Zoroast. vers. 240-246.

Μήτε

Μήτε κάτω νέυσεις εἰς τὸν μελαναυγέα κόσμον
 Ὡς βυθὸς αἰὲν ἄπιτος ὑπὸ τρωταί τε καὶ Ἄδης
 Ἀμφικνεφής, ῥυτῶων, 4 εἰδωλοχαρής, ἀνόητος,
 Κρεμνόδης, σκολιός, πωρὸν βάτης, αἰὲν ἐλίσσων,
 Αἰεὶ νυμφεύων ἀφανὲς δέμας, ἀργὸν, ἄπνευμον.
 Καὶ ὁ μισοφανὲς κόσμος καὶ τὰ σκολιὰ ρείθεα,
 Ὅφ' ὧν πολλοὶ κατασείρονται.

*Nec deorsum pronus sis in nigricantem mundum,
 Cui profunditas semper infida substrata est , &*

HADES

*Circumquaque nubilus, squalidus, IDOLIS GAU-
 DENS, amens,*

*Præceps, tortuosus, caecum profundum, semper
 convolvens,*

*Semper tegens obscurum corpus, iners, & spiri-
 tu carens.*

*Et osor lucis mundus, & tortuosa fluenta
 Sub quae multi catenis ligantur.*

Et vers. 251—253.

Μήτε κάτω νέυσεις, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπὸκειται
 Ἐπταπύργος σύρων κατὰ βαθυμῖδ' ἢ ὑπὸ δέτης
 Ἀνάγκης θρόνον ἱστὶ

K k 2

Ne-

4. Ἐιδωλοχαρής.] Umbris gau-
 dens. Inferni Epitheton. Sic Ani-
 ma Achillis ad Ulyssē Odyss. 4.

Πῶς ἔτλης αἰδὸς δε κατελδόμεν, ἔνθα
 τε νεκροὶ

Ἀφραδίης νάεισι, βροτῶν εἰδωλα κα-

μότων.

*Quo pacto andes ad INFEROS veni-
 re ubi mortui*

*Temerarij habitant hominum SIMU-
 LACRA MORTUORUM?*

*Neque deorsum sis pronus, praecipitium terrae
subjacet,
Septemvium trahens per descensum, sub quo
gravis
Necessitatis thronus est.*

Et vers. 266.

Αἱ πόλιναι μερόπων ἀγκλισται.

Poenae hominum angores.

*Pios quo-
que cor-
pus ali-
quando
in sedes
lucidas
transper-
tatuos.*

§ VII. Imo eos qui Animum in hac vitâ ad pietatem appulissent etiam σῶμα suum servatuos atque in *lucidas sedes* aliquando apportatuos docent. Ita in iisdem reperire Oraculis est vers. 258—261.

Ἐκτείνεις πυρινὸν νῆν
Ἔργον ἐπ' εὐσεβείης ρευτὸν καὶ σῶμα σαῶσις.
Οὐ τῷ τ' ὕλης κρημνῷ σκίβαλον καταλείψει,
Ἀλλὰ καὶ ὑδάτω μερίς εἰς τόπον ἀμφιδάοντα.

*Extendens igneam mentem
Ad opus PIETATIS fluxum etiam CORPUS servabis.
Nec materiae praecipitio RETRIMENTUM relin-
quet.
Sed idolo etiam pars est in loco undiquaque splen-
dente.*

Ubi nonnulli per ρευτὸν σῶμα hocce *corpus cras-
sum* quod in terrâ circumfert Anima intelligunt;
atque

atque adeo de *Resurrectione corporum* interpretantur. Sic August. Steuchus de perenni philosophia lib. IX. cap. XV. *Igneam, luminosam, ut vides, vocat mentem, CORPUS autem FLUXUM. Quicumque VIXERIT PIE RESURGET CUM CORPORE ob pietatem, quam coluisset, efficiens ut etiam CORPUS, quod natura FRAGILE, FLUXUMQUE est, maneat INCOLUMÉ. Est autem vaticinium de RESURRECTIONE CORPORUM. Et Mortuorum Resurrectionem tenuisse ab ævo Persas pluribus dabit Thomas Hyde de Religione Persarum cap. XXIV, XXXIII &c. Ni forte corpus aethereum, solitum Animæ vehiculum, quocum superne descendit, quocum etiam ad superiora redit, cum $\chi\omega\gamma\iota\varsigma\ \delta\chi\eta\mu\alpha\tau\omicron$ seu absque vehiculo subsistere Animam non posse, opinarentur, intelligendum sit. De quo mentis vehiculo ita Stanlejus Hist. Philos. Orient. lib. I. sect. II. cap. X. ex mente Chaldæorum: *Animus autem cum CORPORE ÆTHEREO, quasi cum vehiculo, semper versatur; atque hoc continuo attactu PARTICIPEM IMMORTALITATIS facit. Est inanimatum quidem suâ naturâ; sed animatur ab anima irrationali (quam sapientes vocant εἶδωλον, simulacrum animæ rationalis) imaginationeque & sensu ornatum totum videt, audit, omni denique sensu viget, & ceteris hujusmodi animæ irrationalibus facultatibus utitur. Et mox: SIMULACRUM animi hoc est ea pars, quæ cum sit rationis expers, cum parte rationali est conjuncta, & ab ejus vehiculo pendet, particeps est SEDIS UNDIQUAQUE LUCIDÆ; NEQUE ENIM UNQUAM ANIMUS DEPOSIT SUUM VEHICULUM, ὄχημα. Et hunc sensum vers. 261.**

Ἀλλὰ καὶ εἰδῶλα μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα.

Sed idolo etiam pars est in loco undiquaque splendente.

suadere videtur. Verum dubium est num id corpus *æthereum* (animæ vehiculum) quidem σῶμα πνεύον, *corpus fluxum* proprie dici possit: cum a mente sit *inseparabile*, semperque ab animâ animeatur: Saltem non nisi maxime improprie σκύβαλον *rejectamentum*, *retrimentum*, id quod ἐν τῷ ᾧ ἔλκεσιν χρημνῶ *in præcipitio materiae reponitur*, ob rationem memoratam audiet; sed illam apprime in corpus *crassum* quadrare denominationem apertum est, utpote *quod in pulvere reponit anima, aliquando reassumptura.*

*Id omne
saltem
quod per-
manet in
sedes su-
pramun-
danas
transire.
Probabi-
lissimum
interim
bos &
corporum
Revivif-
centiam
agnovif-
se.*

§. VIII. Ut ut sit sive voluerint Chaldæi, mentes suas post hominis obitum cum corpore suo æthereo τόπον ἀμφιφάον petere corpore *crassiori* quo in terris vestita fuerat anima *nunquam* revicturo: sive contra eas cum vehiculo suo superas sedes mox transcendere asseruerint; ita tamen ut *reversuras* easdem aliquando opinati fuerint, atque corpus depositum rursus *vivificaturas*, in eoque *æternum beate victuras*, quod mihi quidem videtur probabilissimum: (antiquâ nempe sic eos instituyente traditione 5.) id saltem patet abunde, illud omne quod

5. *Antiquâ nempe sic eos instituyente traditione.* Scilicet non eo per-tingit humana ratio: unde & ætas sequior nonnulla in patrum tradi-
tione animadvertens vix rationi

pervia ea ratiociniis suis accom-
modare adnixa fuisse videtur, at-
que sic detortis rerum ideis res
implicuisse, sapientiamque Tradi-
tionariam lapsu temporis corrupif-
se

quod de homine permanet, si *pie* vixerit, in *regionem vitamque beatam* transire. Probabilissimum autem esse nostros voluisse ipsa *corpora deposita* aliquando *revictura* Theopompus apud Laërtium aperit: dum homines secundum sententiam *Magorum* aliquando *revicturos*, & immortales futuros diserte tradit, verba sunt: Ἀναβιώσονται κατὰ τὰς Μάγας τὰς ἀθρόους; καὶ ἔσονται ἀθάνατοι, καὶ τὰ ὄντα αὐτῶν ἐπικυκλήσει διαμένειν. REVICTUROS *secundum* MAGOS HOMINES, & futuros immortales: & *res omnes suis revolutionibus permanere*. In Proæmio. Ubi duo Magorum dogmata indicari putem rerum permanentiam spectantia: alterum *mentium* respectu, quæ naturâ immortales sint, hincque perpetuo permaneant, imo & aliquando in eo quo quondam in hoc orbe vestitæ fuerant corpore vitam iterum tracturæ essent. Alterum rerum *materialium*, quæ in esse continentur continuâ interitus & ortus revolutione; dum corruptio unius generatio sit alterius.

§ IX. Imo *corporum* aliquam *Reviviscentiam* Quam & Cadaverum pol-
lindura
bis usita
ta inferre
videtur. quandoque futuram *Chaldæis*, *Persisque* creditam, & horum *cadavera* ab omni putredine conservandi consuetudo (quemadmodum de Ægyptiis proditum supra est) *Melleque*, *Cerave* condendi opinabile facit. Herodotus lib. I. § xxxvi. de Ba-
bylo-

se penitus: ut forte obtinuit & in capite de *Reviviscentia corporum* quam Vetusissimi pure transumpserint, posteriores autem nonnulli corrupta cogitata consulentes in corporis cuiuspiam *Ætherei* ex Sphæris, vel *aërii* ex aëre allati ad superos reditum, vel *umbræ* reman- sionem, vel aliud quidpiam detor- serint. Ita ut Priscorum Doctri- na non unice ad *Rationis dictamen*, Posteriorumque *rationum* dimetien- da sit.

byloniis: Ταφαὶ δὲ σφι ὁ μέλιτι. *Sepulcra iisdem in MELLE sunt.* De iisdem Strabo Geogr. lib. xvi. *Unguntur sesamo, lugent mortuos ut Aegyptii, & alii permulti, SEPELIUNT IN MELLE, CERA CADAV- VER OBLINUNT.* Ut & oleo in isthoc opere quan- doque usos vetustissimos Babylonios Beli, condi- tura docet: cuius cadaver eruto a Xerxe sepulcro *in oleo jacere*, vitreâ urna conclusum, comper- tum est. Uti est apud σ. Ælian. Var. Histor. lib. xiii. cap. iii. De Persis Herodot. lib. i. § 26. Κα- τακηρώσωντες τὸν νεκρὸν γῇ κρύπτεισι. *Mortuum CERA CIRCUMLINENTES in terram condunt.* Strabo lib. xv. *Sola sepeliunt corpora CERA OBLINENTES.* Ci- cero Tuscul. quæst. lib. i. *jam CERA circumlitos condiunt, ut quam MAXIME PERMANEANT corpora.*

Quæ tum
corpora
secundum
Magos
immu-
tanda.

§ X. Ea interim corpora respectu qualitatum *immutanda* fore, quando illa iterum assumpsērunt vel assumpturæ sint Animæ, ut iis indutæ in terrâ æquabili & planâ seu renovatâ, civitateque bea- torum sine fine vivant, ex Magorum mente do- cet Plutarchus: dum homines eos nec *alimento indigentes*, neque *umbram projicientes* faciat. De Ifide, & Osiride p. m. 370. Ἐπεισὶ δὲ χρόνος ἐμαρ- μένῳ, ἐν ᾧ τὸν Ἀρεϊμάνιον λοιμὸν ἐπάγοντα ἔχοντες ὑπὸ τῶν ἀνάγκη φθαγῆναι παντοίας ἔχοντες ἀφανισθῆναι, & δὲ γῆς ἐπιπέδῳ ἔχοντες ὁμαλῆς γενομένης, ἓνα βίον καὶ μίαν πολι- τεύαν ἀνθρώπων μακαρίων καὶ ὁμογλώσσων ἀπάντων γενέσθαι. Θωόπομπῳ δὲ φησὶ κατὰ τὰς Μαγὰς ἀνὰ μέρῳ τρεῖς χίλια ἔτη

σ. Ælian. Var. Histor. lib. xiii. νεκρὸς ἐν ἐλαίῳ &c. *Xerxes Darii si- cap. iii.] Ἐέρξης ὁ Δαρείου παῖς τῷ λινῷ effosso νεκρῷ Beli monumento, Βήλας τῷ ἀρχαίῳ διατεκνύσας τὸ μῆμα, vitream urnam reperit, ubi jacebat in πύλον ἀελίην εὗρεν, εἶδα ἣν κείμενος ὁ OLEO cadaver &c.*

ἐτη τὸν μὲν κρατῶν, τὸν δὲ κρατῆσαι ἢ θῆαν, ἄλλα δὲ
 πρὸς χίλια μάχεσθαι, ἢ πολεμεῖν, ἢ ἀναλύνειν τὰ ἑτέρω
 τὸν ἕτερον. τέλει δὲ ἀπολείπεσθαι τὸν ἄδην, ἢ τὰς μὲν ἀν-
 θρώπων εὐδαίμονας ἔσεσθαι, μήτε προφῆς δευδῶδες, μήτε
 σκυῶν ποικίλους. *Appetere porro fatale tempus quo
 necesse sit peste & fame ab his adducta Arimanium
 omnino perdi atque aboleri.* TERRAQUE ÆQUABILI

ET PLANA FACTA UNAM VITAM UNAMQUE CIVITA-
 TEM BEATORUM *hominum universorum, unaque
 lingua utentium* FORE. Theopompus ait de senten-
 tia MAGORUM vicibus ter mille annorum alterum
 Deorum superare, alterum succumbere: & per
 alia tria annorum millia bellum eos inter se gerere,
 pugnare, & alterum alterius opera demoliri: tan-
 dem Plutonem deficere; & tunc HOMINES FORE
 BEATOS, NEQUE ALIMENTO UTENTES, NEQUE UM-
 BRAM EDENTES.

§ XI. Tandem Chaldæos atque Persas a crassa
 Animarum Transmigratione fuisse alienos ex eo-
 rum *animalia immolandi*, & extra sacra, homine,
 canequē exceptis, promiscue occidendi consuetudi-
 ne affatim elucet. Sic de Chaldæis Jovi Belo *Animali-
 bus lactentibus* rem sacram facientibus Herodotus
 Beli templum, quod erat Babylone, describens
 lib. I. § xxxiii. *Extra sacellum altare est aureum,
 atque praeter hoc aliud altare ingens ὅπερ θύεται τὰ
 τέλεα τῶν προβάτων, ἐπὶ γὰρ ἔχουσιν βωμὸν ἐκ ἔξωθεν θύειν ὅτι
 μὴ γαλαθηνὰ μῆνα, in quo INTEGRÆ ÆTATIS OVES
 IMMOLANTUR: quandoquidem supra aureum illud
 non licet hostias mactare, praeterquam LACTENTES.*
 Atque hanc gentem rei venaticæ maxime deditam
Animalium stragem licitam duxisse palam est: unde

Semiramis *Leones, Pardales, similesque feras* necare consueta si *Leaenam* superasset, de eo gloriabatur haud leviter, ut est apud *Ælianum Var. Hist. lib. XII. cap. XXXIX.* Et de *Persarum* Magis idem *Herodotus* *ibid. § XXVI.* MAGI vero cum ab aliis hominibus, tum a sacerdotibus *Ægyptiis* differunt. Siquidem hi nullius animantis occisione se polluant, praeter ea duntaxat quae Diis immolant: οἱ δὲ τῇ Μάγῳ αὐτοχειρὶ πάντα πλὴν κυνὸς καὶ ἀνθρώπου κτείνουσι, καὶ ἀγώνισμα ἔτο μέγα ποιεῖνται, κτείνοντες δὲ μοίως μύρμηκας τε, καὶ ὄφεις, καὶ τὰλλα ἐρεπετὰ καὶ πετεινά. MAGI suis ipsorum manibus, excepto homine atque cane, QUIDVIS OCCIDUNT, imo inter se certabant quis plures FORMICAS, SERPENTES, REPTILIA aenique alia, atque VOLUCRIA plura occideret. Persaeque diem natalem celebrantes 7. multa animalia mactare solitos, indeque lauta apparare convivii idem tradit *ibid. § XXIV.* Ut hos Soli *E- quos* immolare consuevisse notissimum. Atque & *Bovem* ad aram *Solis* litasse *Xerxen* testis est *Plutarchus* in parallelis, op. tom. II. p. 305. Imo *Oromazæ* ἱκεταῖα θύειν, καὶ χαριστήρια, votivas, & pro gratiis agendis oblatas victimas: *Areimano* ἀποτέγοντα, καὶ σκυθῶν ἀVERRUNCANDI mali causa institutas, & tetricas immolandas docuit *Zoroaster*: ut apud eundem est de *Iside* & *Osiride* p. 369.

§ XII.

7. *Multa animalia.*] *Cælius Rhodiginus* *Antiq. lect. lib. XVIII. cap. XVIII.* Festum peragunt (*Persæ*) cari student; diverso autem, id est quod vitiorum vocant interitum, in quo *Arimani* molestiae plurimum inferre. SERPENTUM, & ANIMALIUM e-

§ XII. Hisce addi possent ea quæ de Persarum Religione retulit Doctiss. Heydus, videlicet: *PERSAS ab origine semper credidisse in unicum verum, & omnipotentem Deum, judicem omnium hominum, die judicii, quo futura esset OMNIUM RESURRECTIO, ut quisque merita referret, VITAM ÆTERNAM IN PARADISO CRYSTALLINO, VEL INFERNALIVM POENAM; agnovisse quod quotidie peccarent, hinc agentes pœnitentiam propter omne peccatum sibi notum, cogitatione, sermone, facto, corporale, & spirituale; censuisse dari Planetarum & Angelorum omnibus rebus, regidnibus & urbibus præfecturam, illosque esse Dei ministros, hominum piorum bono, & adjutores contra Tentatorem (dato scilicet cuique custode Angelo) id est Diabolum, malas cogitationes suggerentem; perro eos sensisse hominibus insidere a Deo missam & infusam מורה lucem quandam per quam imperant, operantur, discunt artificia: eos sibi repræsentasse PONTEM JUDICIALEM SUPER DORSUM INFERNI, quem si quis a nemine Angelorum præpeditus transit ad PARADISUM pertingat, alias E PONTE DELAPSUS CADAT IN TARTARA. Scilicet in isto ponte duo sunt constituti Angeli examinatores מורה & שרש: quorum ille trutinam in manu habet, ut merita examinet, ac si nimis LEVIA sint, E PONTE DEJICIAT hominem; si GRAVIA ADMITTAT IN PARADISUM delato tamen judicio ad Deum, qui illud firmari jubet, & exequi; interea vero statuisse quod ANIMÆ PIORUM ESSENT APUD DEUM, ALIORUM ALICUBI USQUE AD RESURRECTIONEM, ABSQUE ULLO PURGATORIO. Uti hæc summatim exhibentur apud Leidekkerum*

Uti & ea
quæ de
Persis
tradidit
Thomas
Heyde.

de Republ. Hebr. tom. II. p. 341. Quæ si ita se habeant, quod discutiat B. L., crassam sane Metempsychosin eliminant.

Neque
Arabes
Metemp-
psychosi
subscrip-
sisse sacra
Mentibus
separatis
facta
monstra-
re.

§ XIII. De *Arabibus*, quos crassioris *Metemp-
psychosæ* affines supra audivimus, & ex vetustis *Chal-
dæorum* fontibus hausisse sua fere constat: Ut se
Noachidas gloriantur & religionis suæ fundamen-
tum *Noachi religionem* ajunt referente Hottingero
ex Beidaro, & Kessæo Hist. Orient. p. 169. & seq.
Confirmante Petro della Valle qui itinerum suorum
Hist. part. II. c. VIII. *Hic Emir* (Arabum tum
Dynasta anno 1616) *asseverat se testimoniis fide dig-
nis suum ex NOACHO descensum in lineâ rectâ, ne-
que unquam interruptum, probare posse, apud Span-
hemium Hist. Job. cap. IV. p. 130. hæc pauca
addenda videbantur.*

Hos, quorum sapientibus & idem cum iis, qui
Chaldæorum & Persarum erant, nomen *Magorum*
erat, teste Plinio Hist. Nat. lib. XXV. cap. XI.
(quemadmodum & aliarum gentium auctore Lu-
ciano in Macrobiis 8. (quosque discendi causâ adiif-
se ac cum Rege (Mago principe) apud eosdem
versatus esse fertur Pythagoras Vid. Porphy. de
vitâ Pythag. Num. XII. ab *Animarum in quacun-
que*

8. Luciano in Macrobiis.] *Καὶ οἱ vocant, genus illud fatidicum, Diif-
καρθεῖνοι, αἰτ, δι Μάγοι, γένος τῆτο que sacrum apud Persas, Parthos,
μαρτιῶν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον παρὰ το Bactrios, Chorasmos, Areas, Sacas,
Πέρσαις, καὶ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Medos, & plerasque alias gentes Bar-
Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, baras, & firma corporis valetudine
καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις sunt præditi; & longævi, quod quia
βαρβάρους, ἱρρωμένοι τέ εἰσι, καὶ πολυχ- Magicam exercent, exquisitissimâ vic-
ρόνιοι διὰ τὸ Μαγεύειν διατρώμενοι καὶ ἀν- tus ratione utantur.
τοὶ ἀκριβέστεροι Præterea quos Magos*

que corpora migratione abiisse concludi poterit. I. Ex sacris ad placandos Manes institutis : de his ita Stanlejus Histor. Phil. Orient. lib. III. cap. IV. *Septimus mensis quem Syri & SABÆI vocant primum Tisbri, medius habet SACRUM MANIUM, ad QUOS PLACANDOS comburunt varios cibos. Emunt omnis generis cibos ac fructus siccos ac virides, quoscunque in foro inveniunt ; quos variis rationibus struunt, atque incendunt noctu, in honorem MORTUORUM, cum osse coxæ cameli. Igni etiam infundunt mistum vinum, quod bibant MORTUI. Quorsum referenda forte Sacrificia mortuorum in sacris τῷ Baal Peor Moabitarum, & Madianitarum, gentium Arabicarum, Idoli : quorum mentio Psalmo CVI: 28. Et copulaverunt se cum Baal Peor, & comederunt SACRIFICIA MORTUORUM. Nam MORTUORUM SACRIFICIA, ait Vossius de Idolol. lib. II. cap. VII. p. 172. ex multorum opinione ea sunt quæ offeruntur DIIS MANIBUS. Sic B. Augustinus in hunc locum : MORTUIS HOMINIBUS tanquam DIIS sacrificarunt : Itidem Cassiodorus, ac Remigius. Ac prævit Apollinaris in Psalmorum paraphrasi*

Οἱ δὲ Βεελφεγόριοι μαινώμενοι τελετῇσι,
Νεπτερίης ἐπάσαντο καταφθιμένων ἐχαιτόμβης.

*Ipsi vero Beelphegoris polluti ceremoniis
Inferas gustarunt mortuorum victimas.*

Hæc enim in hominum, brutorum, aliorumve entium corpora novos velut carceres mox, morte subingressâ, trajectas mentes negant.

Ut & A-
nimalium
caedem
multifa-
riam.

§. XIV. Idem II. ex frequentissima Animalium in usum sacrum caede colligere est. Stanleyus ibid. p. m. 311, 312. *Annum inchoabant a mense Nisan, cujus festos habebant tres primos dies consecratos cultui Divae Belthae, cujus templa celebrant, VICTIMASQUE in iis immolabant. Sexto die ejusdem mensis TAURUM Deae suae Lunae mactabant, ac sub vesperam eo epulabantur. Octavus dies erat etiam festus, & noctem ejus diei celebrabant in honorem septem Deorum, offerebantque AGNUM Deo caeco, hoc est Marti. Quindecimus dies sacer erat Sammaeli (quo nomine Talmudici angelum mortis appellant) celebrabaturque VICTIMIS & oblationibus VARIIS. Vigesimo conveniebant in caenobium Charanaeorum, dictum Cadi, ubi TRES TAUROS immolabant, unum Saturno, alterum Marti, caeco Deo, tertium Lunae. Mactabant praeterea NOVEM AGNOS, septenos septem Diis, seu Planetis, unum Deo Geniorum, alterum Deo Horarum. Hisce HOLOCAUSTA AGNORUM, ET GALLORUM GALLINACEORUM adjiciebant. Vigesimo octavo die ibant ad templum, quod eis erat in civitate Saba, ad certam portam Charanis Assarab dictam, & Hermae Deo suo INGENTEM TAURUM, ut & septenos AGNOS septem Diis, unum Deo Daemonum, alterum Deo Horarum mactabant &c. Et ibidem p. 313. Ejusdem mensis (Thammuz) dies vigesimus sacer erat Sammaeli, aliisque Diis, ac Daemonibus, NOVEMQUE agnos tō Hanan mactabant. P. 314. Sexto mensis Elul OCTO AGNOS mactant. Vigesimo sexto ejusdem mensis OCTO PULLOS GALLINACEOS totidem GALLOS, ET GALLINAS &c. P. 315. Festo*
Ve-

Veneris, quam Beltham dicunt, MULTÆ PECUDES mactantur. P. 316. *Decimo mensis alter Canun dicti Sammaëli* OCTOGINTA QUADRUPEDES TOTIDEMQUE AVES urunt. Imo tandem quinquennibus festis *Hecatombas* ab iis mactatas offendimus. Diodorus Siculus lib. III. cap. XLIII. *Ad quinquennem festi celebritatem undique finitimi conveniebant, cum ut HECATOMBAS SAGINATORUM CAMELORUM Diis fani præsidiis immolarent, tum ut de aquis inde scaturientibus aliquid in patriam referrent, quarum potu sanitatem conciliari traditum esset.*

§ XV. Quemadmodum & III. Animalium *car-* Et car.
nium e-
sum.
nibus vescendi consuetudo non in iis aliquando habuit *Parentes, Natofve* putavisse Arabes obscurum non est. Ut festo Lunæ die de *Tauro* convitari solitos mox audivimus: sicuti *carnes* ex animalibus oblatis comedere vulgo consueverant. Stanleyus ibid. p. 315. *Trigesimo die mensis qui primus canun appellatur) sacerdos sedet in alto tribunali — orationem ad conventum habet, quā populi constantiam in sacris, multitudinem, sedes & excellentiam prae caeteris omnibus effert. Docet etiam quae sit amplitudo imperii sui, quaeve ejus duratio. Tandem e tribunali descendit, & convivantur IDOLOTHYTIS. Neque suis neque Draconibus hic parcebant. Idem Stanleyus ex Maimonide de Sabæis Histor. Phil. Orient. lib. III. cap. v. Quodam die CARNEM SUILLAM comedere solebant &c. Arabes Draconum partibus in cibis adhibitis ad Auguria se præparare tradidit Philostratus de vitâ Apollonii lib. I. cap. XIV. Hoc autem didicit (bru-*

(brutorum animalium voces cognoscere) cum Arabiam peragraret. ARABES enim ab avibus, non secus atque ab oraculis eorum, quae ventura sunt, auguria captant: id autem assequuntur, ut ajunt, DRACONUM CORDE, aut EPATE in CIBIS assumpto. Et qui inter eos Nomades sunt *fermâ* ali ex Ælio Gallo prodit Plinius Hist. Nat. lib. vi. cap. xxviii. NOMADES lacte & FERINA CARNE vesci. Quod & de carnibus Camelorum interpretatur Strabo Geogr. lib. xvi. Regio Nomadum victum ex CAMELIS ducentum. Nam & ex eis pugnant, & iter faciunt, & nutriuntur lacte, & CARNIBUS UTUNTUR. Ut de Troglodytis, (de quibus idem Strabo lib. i. Hi ex ARABIBUS sunt qui ad alteram sinus Arabici partem vergunt ad Ægyptum, & Æthiopiam) idem paulo ante: VESCUNTUR CARNIBUS & ossibus simul contusis, & in coria involutis, & postea assatis. — Vescuntur etiam SANGUINE admixto lacte. Ita ut si a nonnullis Animalibus quoad usum communio rem abstinerint Arabes non id ob creditam in ea humanarum Animarum transmigratorem fuerit factum; sed aliam omnino ob causam, & equidem potissimum communem utilitatem: ut a Bove abstinere ob ejus in Agriculturâ usum Stanlejus Hist. Phil. Orient. lib. iiii. cap. v. Quasdam pecudes, quas occidere Judæis licuit, interficere SABÆI nefas ducebant; exempli gratiâ BOVEM, quem colebant propter ingentem ejus in AGRICULTURA usum. Quod idem de plurimis aliis observatum supra vide lib. i. cap. xvi. § II. & III. Ab Ove ut apud eundem Stanlejum est, ibid. Ab OVIBUS etiam interficiendis abstinebant. Eandem

pro;

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 273 ^{LIB. II.}
^{CAP.}
procul dubio ob causam quam lib. & cap. cit. § v. IV.
dedimus: *Agnos enim Arabibus mactatos præce-*
denti § xiv. vidimus.

C A P U T V.

Num Indorum BRACHMANÆ METEMP-
SYCHOSIN crassam docuerint.

§ I. **D**E *Brachmanis*, quos secundum Alexan- ^{Brach-}
drum apud Clementem Strom. lib. i. ^{manas}
audivit Pythagoras, quique teste Apulejo Floridor. ^{crassam}
lib. ii. *pleraque Philosophiæ Pythagoricæ contule-* ^{Anima-}
runt, Metempsychosin sic dictam Pythagoricam ^{rum}
professis hunc in modum Gaudentius cap. xv. *Tem-* ^{Transmi-}
pore Herodis, atque Lomitiani floruit Apollonius ^{gratio-}
Tyanneus insignis planus & Magus. Contulit is se ^{nem ex}
ad INDOS, collocutusque cum BRACHMANIS, & ^{commu-}
Jarcha rege deprehendit eos quoque cum Pythago- ^{niori opi-}
ra de TRANSMIGRATIONE animarum sentire; memo- ^{nione af-}
rat id Philostratus in vitâ Apollonii lib. iii. *Is* ^{seruisse.}
etiam testatur alibi viguisse PYTHAGOREAM DISCI- ^{Eosque}
PLINAM APUD EOSDEM. Atque hos Indorum Ma- ^{opinionis}
gos Animarum transmigrantium assertores passim ^{de Ani-}
habitos supra lib. i. cap. iii. videre est. Imo eos ^{ma Æ-}
id dogma quasi proprium *ἑνεργία* sibi vindicasse ex ^{gyptiis se}
Philostrato addit Paganinus, haud parum sollici- ^{fuisse}
tus ne ex hoc Brachmanarum asserto bellum *ἀσ-* ^{magistros}
τρωον hos inter & Herodotum suboriat, quod ^{vendita-}
plagam letiferam hujus aliquando apportet auctori-
tati:

M m

tati:

tati : unde gladium applicandum ratus Indos non audiendos decernit : Ita differit. *Facessunt autem non parum negotii verba Philostrati, quae etiam repetita in Photii Biblioth. p. 1003. est reperire. Nam dixere Brachmanae non solum se cum Pythagora docere ANIMAS COMMEARE ; sed EX INDIA ejusmodi opinionem manasse ad Aegyptios, ex Aegypto porro ad Pythagoram transisse. Id si vero est consentaneum VACILLARE necesse est testimonium HERODOTI afferentis PRIMOS AEGYPTIOS id sancivisse, quod in principio opusculi observavimus. Huic argumentationi (pergit Gaudentius) sic occurro ; ut dicam satis esse nos habere fidem Philostrato narranti Brachmanas coram Apollonio professos Pythagoream animarum Transmigrationem. Quod vero antiquissimis temporibus, ANTEQUE AEGYPTIOS, ET PYTHAGORAM SIC DOCUERINT INDI, id licet adstruant Jarchae sacerdotes & comites, NON EST QUOD NOS EIS CREDAMUS. Moris enim est, ut nationes multa de suis majoribus, incerta quamvis, & sublesta narratione proferant ; quod fecisse videntur Brachmanae, dum voluerunt Apollonio persuadere Majores suos inter mortales primos architectatos fuisse de Animabus in corpora e corporibus migrantibus sententiam. Verba Jarchae quæ innuit Gaudentius habentur cit. lib. III. Philost. de vitâ Apollonii cap. VI. Ubi rogante Apollonio de Animâ quidnam sentitis ? Id ipsum inquit Jarchas QUOD VOBIS PYTHAGORAS, NOS VERO AEGYPTIIS TRADIDIMUS.*

*Idem afferente
Apollonio
Tyanneo.*

§ II. Verum enim vero non opus est quod soli Jarchæ cum suis comitibus in contentione cum AEGYPTIIS

GYP-

gyptiis de doctrinæ antiquitate adhibeamus fidem; sed ipsum Apollonium apud eundem Philostratum licet appellare testem: Ille enim vel ipsos *Gymnosophistas*, Ægyptiorum sapientes, ab *Indis* traxisse originem ex Indiâ in Ægyptum descendisse eosdem apud Thespesionem edisserit: atque hinc sapientiam Indorum Pythagoræ commendasse. Ad-dita quoque ratione cur origine Indicâ orti putari noluerint. Sic Apollonius lib. vi. cap. vi. *Hujus autem sapientiae vos quoque consultores Pythagoræ tunc fuistis cum Indorum sapientiam laudabatis, propterea quod vos quondam Indi fueritis. Sed quoniam pudore sermonis, qui vulgo ferebatur, quod Divinis portentis ex ea terra pulsi huc venistis, aliud quidvis potius, quam Æthiopes ab Indis venientes putari voluistis, atque omnia propter hanc evitandam opinionem a vobis facta sunt. Omnem itaque illorum habitum exuistis, quasi cum veste simul & illud assumpturi ut Æthiopes non autem Indi putaremini. Deos quoque magis Ægyptio, quam vestro ritu colere instituistis. Ser-mones insuper nequaquam eorum meritis dignos de Indis habuistis quasi calumniam evitaturi, si eos calumniati essetis a quibus venistis &c.* Ut & idem de sententiâ de Animâ loquens paulo ante ait illos *Gymnosophistas* ea quæ huc spectant Pythagoræ præceptoris suo quondam tradidisse. *Ego igitur, inquit, sic peractâ juventâ cum adhuc non satis hæc intelligere mihi viderer, ad vos respexi, quos fama est multa scire de rerum natura, & ea quondam præceptoris meo Pythagoræ narra-visse.* Neque multum a vero abludit Apollonii

assertum : cum Mitzraim Ægyptiorum parens ex Assyriâ vel terrâ Sinehar in Ægyptum descenderit; atqui *Indiæ* nomine temporibus priscis omnem terram ultra Mare mediterraneum Orientem versus significatam fuisse laxius viris doctis notatum est. Vid. Vossius de Idololat. lib. i. cap. xxvi. p. 97. & c. xxx. p. 116. Concinit quod ex Aristotele habet Laërtius in proëm. *Ægyptiis vero ANTIQUIORES esse MAGOS Aristoteles auctor est in primo de philosophia libro.*

Brach-
manas ex
mente
Reuchlini
ex Græcis
ortos.

§ III. Fortius autem cum Brachmanarum novitatem urgeat Eruditissimus Reuchlinus, & omnem eorum doctrinam a *Græcis* arceffat (contra quam ex Pausania audivimus) atque eam demonstrare adnixus sit, paulisper huic rei immorandum erit. Ita de verbo Mirifico lib. ii. apud illum Baruchias: *De Indorum autem Philosophis, quos BRACHMANAS vocant, non est multa disputatione opus, quoniam illos EX GRÆCIS coepisse primum, cum alia infinita, tum plurima illic SIMULACRA nobis argumento sunt, quæ & GRÆCA sunt, & GRÆCO RITU coluntur, ut Minervæ, ut Apollinis Delii, ut Dionysii Lemnæi; & Amyclæi, & cætera, quorum diligenter in vita Tyannæi Apollonii meminit Philostratus.* CONCORDANT etiam Indi cum Græcis in opinionibus & disciplinis. Nam Jarchas Apollonio dicere solebat sententiam de Anima hominis talem illis esse qualem Pythagoras Græcis, & ipsi Ægyptiis tradiderunt, quasi praeceptores Ægyptiorum Brachmanes fuerint, tamen id non tam antiquitatis ordinem quam opinionum innovationem indicat, praesertim cum idem Jarchas avum suum vixisse narret quo tempore nullus in India magnus Phi-

Philosophus, neque aliquod illic generosum ingenium pullula verit.

§ IV. Ad quam sententiam, cui facilis admodum suum calculum adjiceret *Laërtius*: dum ^{1.} philosophiam a Græcis ortum duxisse persuadere allaborēt, Vid. Proæm. animadvertendum est: Neutiquam rationi consentaneum existere Antiquissimos Brachmanas, sapientiæ gloriā ^{2.} præclaros, Genti in philosophiā novitiæ sub ferulam mittere. Hæc enim quidquid habuit sapientiæ, a *Barbaris*, & longo labente tempore hausit: faces *Graecorum* lucidæ ad soles *Ægyptios*, *Chaldaeos*, *Indos* accensæ. Ita Diodorus Græcorum eruditionis famā clarissimos *Ægyptiorum* facit discipulos lib. I. p. 86. *His ita explicatis*, ait, recensendi nobis sunt, qui priscis illis temporibus sapientiā, & doctrinā celebres apud GRÆCOS peregrinationes in ÆGYPTUM ad jura & disciplinas gentis cognoscendum susceperunt. Etenim sacerdotes *Ægyptiorum* *Orphcum*, *Musæum*, *Melampodem*, *Dædalum*, *Homerum* Poëtam, *Lycurgum* Spartanum, *Solonem* Atheniensem, *Platonem* Philosophum, *Pythagoram* Samium, mathematicum *Eudoxum*, *Democritum* Abderitam, & *Oenopidem* Chium ad ipsos

M m 3

ad-

1. Philosophiam a Græcis ortum duxisse.] *Καὶ ὅτε μὲν ἀπὸ Ἑλλήνων δ' ἐστὶ τῶν ἀλλοφύλων ἐδῶκεν εἰς τὴν φιλοσοφίαν, ἥς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τὴν πύσαντες, ἐνδόξα γέ, καὶ δικαία, περὶ βαρβάρων ἀπίστευται προσηγορίαν. Ἰα- τε τὰ θύλα πεπιστευμένῳ ἐνισθῆς. Nos vero unam amplius ex gentibus exte- buit, cujus & ipsum nomen barbaram ris, celebrem, & justam, & circa res Divinas religiosam creditam comi-*

2. Præclaros.] *Porphyrus de memorabilibus. Indicam videlicet.*

adventasse e sacris commentariis referunt. Signaque horum omnium, qua imagines, qua desumptas a locis aut operibus appellationes ostentant. Et ex cujusque professione artis demonstrationes afferunt quibus probant ex Ægypto cuncta quibus admirationem illi apud Graecos sibi pepererint translata esse. Et mox unde sententiam suam de conditione mentis separatae traxerint Graeci declaraturus idem Siculus addit: Nam ORPHEUM plerosque Mysteriorum ritus, & quae circa errationem ejus Orgia celebrantur totamque de INFERIS fabulam INDE AS-PORTASSE. Nam Osiridis & Bacchi initiorum caeremonias easdem esse; Isidisque & Cereris, praeterquam quod nomine differant, inter se plane convenire. τὰς ἔ τῶν ἀσεβῶν ἐν ᾧ δὲ τιμωρίας, ἔ τὰς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας ἔ τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιίας ἀναπεπλάσμεναι παρεισπαγεῖν, μιμησάμενοι τὰ περὶ τὰς ταφὰς τὰς κατ' Αἴγυπτον. Et dum POENAS IMPIORUM APUD ORCUM ET PIORUM TEMPE, & pervulgata imaginum figmenta introducit, ÆGYPTIORUM FUNERATIONES cum imitari dicunt. Animarum nempe Deductorem Mercurium, pro veteri Ægyptiorum instituto, Apidis cadaver, aliquo usque deductum illi tradere qui Cerberi larvam prae se ferat. Id cum ORPHEUS CUM GRÆCIS COMMUNICASSET HOMERUM ejus vestigia SECUTUM poemati suo inseruisse De Thalete ex Ægyptiis sapiente visum supra est: item Pherecyde Phoenicum libris, Pythagora Ægyptiis, Babyloniiis, Brachmanis &c. ipsis Ægyptiis Indorum sapientiam commendantibus teste Apollonio, imo iisdem origine Indicâ, vadimonio praestante eodem, prognatis: ut Brachmanarum

fa-

Sapientiam multis elogiis passim efferentem habemus eundem Tyannæum Vid. Philost. de vitâ Apollonii lib. III. cap. v. lib. VI. cap. VI. &c. A Chaldæis per Berosum disciplinas accepisse Græcos auctores sunt 3. Vitruvius & Josephus. Longum foret ire per singula. Omnia quæ circa rerum naturam philosophabantur Græci pridem innotuerant Barbaris, speciatim *Brachmanis* teste Megasthene apud Clementem Strom. lib. I. p. 224. Ἀπαντα μὲν τοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, λέγεται ἔ παρὰ τοῖς ἔξω τῇ Ἑλλάδος φιλοσοφῶσι. τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλεσμένων Ἰσδαίων. *Omnia quidem quae de natura dicta sunt a Veteribus dicuntur etiam ab iis qui extra Graeciam philosophantur, partim quidem apud Indos a Brachmanis, partim vero in Syria ab iis qui vocantur Judaei.* Quæ apte cum iis quæ dedit Pausanias cohærent. Et quanti passim Priscis Gentibus facta sit Græcorum sapientia Saitici illius ad Solonem declarat oratio : ὦ Σόλων Σόλων Ἕλληνες αἱ παῖδες ἐστέ. γέγων δὲ Ἕλληνας ἔστω. Νέοι ἐστέ τὰς ψυχὰς πάντες; ἐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοήν παλαιὰν δόξαν, ἐδὲ μᾶθημα χρόνῳ πολὺν ἐδὴ. *O Solon Solon GRÆCI PUERI SEMPER ESTIS, nec quisquam e Graecia senex! quia juvenis semper vobis est animus in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia.* Apud Platonem in Timæo. Ut & ibidem Solonem dixisse se expertum esse NEQUE SE IPSUM, NEQUE ALIUM

3. *Vitruvius & Josephus.* De contra Apionem lib. I. Et Architect. lib. IX. cap. VII.

ALIUM GRÆCORUM QUEMPIAM COGNITIONEM ANTIQUITATIS ULLAM HABERE legere est. Atque contra peritissimis Ægyptiis *Indos ingenio sublimiores, veriora etiam de Natura, & Diis opinari* putarat & reppererat Apollonius. Uti apud Philostratum est de vitâ Apoll. lib. IV. cap. VI.

Potius a
Chaldeo-
rum seu
Assyrio-
rum Ma-
gis ortos
Brach-
manas.

§ V. Rectius multo Clearchus Solensis in libro de Disciplinâ *Γυμνοσοφιστῶν ἀπογόνους εἶναι τῶν Μάγων φησὶν Gymnosophistas*, Indorum nempe, a MAGIS ortum duxisse asseverat, apud Laërt. Proöem. Quam assertionem haud improbat quod nonnulli *Brachmanas* originem traxisse velint a Baccho Indico, qui ex Assyria venerit, quem *Noachum* interpretantur. Vid. Vossius de Idolat. lib. I. cap. XXV. p. 94. Neque adversatur conjectura fâcis probabilis quâ *Brachmanas* quasi *Abrahameos* ab Abrahamo oriundos volunt. Heurnius Phil. Barbar. lib. II. cap. II. BRACHMANNOS oriundos esse ab ABRAHAMI Patriarchae filiis natis ex concubinis, quos ille in Orientem ablegavit, firmissima Antiquitatis firmant testimonia. Adamantinis enim literis haec verba clarissimum ejus testimonium praebentia Divina Mens exaravit.

I. Pergens vero Abraham accepit uxorem, cujus nomen Ketura.

II. Quae peperit ei Zimramen, & Jokschanem, & Medanem; Jischbakum quoque, & Schuachum.

III. Jokschan autem genuit schebam & Dedanem: filii vero Dedanis fuerunt Aschurim, & Letuschim, Leummim.

IV. Filii autem Midianis Hepha, & Hepher, & Chanoc, & Abidab, & Edaba; omnes hi fuerunt filii Keturae.

V.

V. Dederat autem Abraham quidquid erat sibi ^{CAP.} V.

Jitzchako:

VI. Filiis vero concubinarum uxorum quas habuit, dedit Abraham dona: ac dimisit eos a Jitzchako filio suo, dum adhuc viveret, Orientem versus, ad regionem Orientalem incolendam. Vid. Gen. XXV. Dona haec, pergit Heurnius, quae Abraham hisce suis filiis largitus fuit, indubie praeter aurum & vestes, maxima & amplissima fuere, artes nimirum & disciplinae reconditae, pura Astrologia, ac Magia naturalis, quâ non olim duntaxat fulsere, verum etiamnum tantum pollent (siquidem fides propitia Lusitanis, oculatis ejus testibus) ut invia humanae cognitioni culmina scandant.

§ VI. Illud autem argumentum Reuchlini pro origine institutionum *Brachmanicarum a Graecis* desumptum a nominibus Deorum *Graecis*, ritibusque, reapse nullum est: pari enim ratione & veteres *Germanos* instituta sacra a *Graecis*, *Romanis*ve accepisse quispiam inferre posset; cum Tacitus iis Deos *Graecos Romanos*que attribuat *Mercurium, Herculem, Martem*: Deorum, inquit lib. de moribus Germanorum *maxime MERCURIUM colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. HERCULEM ac MARTEM concessis animalibus placant.* At quis Antiquos Teutonas, quois nulla fere cum aliis gentibus antiquitus commercia, eodem notante Tacito ibid. Delphis, Româve Deos, Diisve suis nomina arcessisse credat? vel in gratiam eorum, quos inter & Germanos postquam his innotuerint, pessime passim conveniebat, prisca delevisse nomina, Romanaque sup-

Ex omnibus
Graecis
apud
Philosophum
neutiquam legitime
originem
Græcam
inferri.

N n

po-

posuisse opinetur? Alia interim omnino Germanas aures personuisse nomina Diva qualia *Tuisco*, *Thor*, *Woden*, *Frea*, vel *Frico* &c. nullus ignorat. Imo vel ipsos *Ægyptios*, Græcorum in omni re Divinâ & humanâ magistros, ab hisce quidquid erat Mysteriorum mutuasse concludendum foret; quoniam Herodotus & Diodorus Siculus illorum cultum Divinum describentes *Niliacorum* Numina *Graecis* passim nominibus enunciant. Ut prior lib. II. cap. XLII. XLIII. XLVI. XLVII. *Jovem*, *Herculem Pana*, *Lunam*, *Bacchum* &c. memorat: Posterior Biblioth. lib. I. p. 10. 11. 12. 13. de *Jove*, *Vulcano*, *Cerere*, *Minervâ*, *Saturno*, *Rhea*, *Junone*, *Vesta Mercurio* &c. sermonem facit. Atque tandem Veteres *Persas* *Jovem Græcum* coluisse rite aliquis assereret: dum hoc de iis habeatur Herodoti Οἱ δὲ νομίζουσι Διὸς μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα τῶν ἑρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τῷ ἑρᾶν Δία καλέοντες. *Moris habent editissimis quibusque consensis montibus, JOVI hostias immolare*, OMNEM GYRUM COELI JOVEM APPELLANTES. lib. I. § XXV. Scilicet Historici Græci, Latinique nomina Barbara his vel illis nominibus Græcis exprimere consueverunt, quia conjiciebant ex hac illave rituum, Historiæve similitudine istos Barbarorum Deos, ac instituta, eosdem esse, qui apud Græcos, Romanosque sub iis nominibus significabantur: ut in hisce qua interpretes & conjectores explicandi sint. Atque hac ratione apud Philostratum, imo & Curtium Vid. lib. VIII. cap. x. & xi. nomina Deorum aliarumque rerum *Graeca* quasi *Indis* usitata occurrunt.

§ VII. Quæ autem ex Philostrato memorantur *simulacra* Græca in Deorum cultu usurpata sublesta admodum fidei sunt : dum *sine simulacris* Numen coluisse nostros Brachmanas aliunde haberi possit. Locus quem pro suâ hypothese innuit Reuchlinus habetur lib. III. cap. III. de Vit. Apol. ubi ita Philostratus : *Deorum quoque SIMULACHRA complura illic se vidisse tradit, (Apollonius) nihilque miratum esse quod INDORUM, aut Ægyptiorum Deorum illic IMAGINES viderit, stupuisse autem quod eorum qui apud GRÆCOS antiquissimi habentur aspexerit SIMULACHRA, ceu MINERVÆ POLLADIS, & APOLLINIS DELII, præterea & DIONYSII & AMYCLEI, & aliorum hujusmodi. Horum enim singulis INDI STATUAM posuere GRÆCOQUE RITU iisdem sacrificant.* Verum de Brachmanis ita Bardefanes Κατὰ παράδοσιν τῶν περγόγων καὶ νόμων ἔτε Φορεῖσιν, ἔτε ἔθονα σέβονται &c. *Ex Majorum & legum traditione neque occidunt, neque SIMULACHRA colunt.* Apud Eusebium de Præpar. Euang. lib. VI. cap. VIII. Atque vel hoc unum hos non a Græcis coepisse monstrare potest.

§ VIII. Et quantum ad id quod addit Reuchlinus quod *etiam Indi cum Græcis in opinionibus & disciplinis concordent* : per se non magis Græcos Brachmanarum magistros, quam hos illis sapientiæ auctores extitisse infert ; imo vero probabiliter, si quid hos inter sit concordie, recentiores Græcos sic mediate, vel immediate ab Indis antiquioribus fuisse edoctos ait : vel utrosque ex iisdem potasse fontibus. Tandem id quod præterea urget Vir Doctiss. non ita videlicet antiquam fuisse Brach-

Reliqua
Reuchlini
argu-
menta
expensa.

manarum philosophandi rationem : cum ea *vix supra avum Jarchæ*, ascendat, ut hisce infert : *praesertim cum idem Jarchas avum suum vixisse narret quo tempore* NULLUS IN INDIA MAGNUS PHILOSOPHUS *neque aliquod illic GENEROSUM INGENIUM pullulaverit* : arguit ex erroneâ hypothesi : non enim id ait Jarchas quod inde conficit Reuchlinus ; sed longe aliud quidpiam enarrat : locum quem respicit Capnion habemus lib. III. Philost. de vitâ Apoll. cap. IX. ubi verba : *Accepi namque avum meum septem supra octoginta sapientes hoc loco congregasse, cum esset ipse omnibus junior, unde cum annos centum & triginta vixisset, solus hoc ipso in loco remansit, quod de comitibus nullus superesset nec in tota India esset quispiam qui philosophiam & vivendi generosum morem natura appetere.* Scilicet hæc res est : Apollonius Brachmanas octodecim numero esse animadvertens, aliquid mystici forte isti numero subesse existimabat, unde Jarcham interrogabat quid sibi vellet iste numerus ? Ad quod Jarchas se cum suis nihil ad numerum in hisce attendere, atque sapientum fociorum numerum inconstantem esse, nunc *majorem*, nunc *minorem* prout res, sapientia scilicet cum virtute ferebat. Quod exemplo declaraturus Avum suum enarrat aliquando *septem & octo sapientes* eo ipso in loco congregatos vidisse, quibus omnibus ipse erat ætate minor ; verum cum annos centum & triginta vixisset, *illum solum* ex tanto numero eodem in loco superstitem fuisse, reliquis mortuis, neque per aliquod tempus ullis ex totâ Indiâ, qui desiderio philosophiæ, vitæque generosæ Gymnasium

finem Brachmanicum frequentarent, succedentibus. CAP. V.

Quas rerum Brachmanicarum angustias quatuor durasse annis ea quæ sequuntur significant: *Cumque Ægyptiorum quidam*, ait Jarchas, *felicissimum esse scriberent, quod solus huic throno præfuisset* AN-
NOS QUATUOR, *nolite inquit Indis virorum paucitatem improperare.* Quibus elapsis sapientum numerus iterum paulatim crevit. Nihil itaque in hisce pro asserto Reuchlini. Imo vero contra jam ante Jarchæ Avum Brachmanarum collegium in florentissimo fuisse statu indicant: cum jam hujus ætate *octoginta & septem* numerarentur sapientes, omnes hoc nostro *seniores.* Sed e diverticulo in viam!

§ IX. Hos Brachmanas *Animarum* humanarum de uno in aliud corpus docuisse *Revolutionem* continuam, sequentia, quantum mihi quidem videtur, negant. Asseruerunt Indorum Gymnosophistæ prætermentis *Immortalitatem* capite præcedenti § I. memoratam *homines bonos post hanc vitam in statum beatum, meliorem purioremque vitam transi- turos secundum Brachmanas.* id docet Mandanis, qui e Brachmanarum erat collegio, responsum Alexandri magni nunciis datum, cum Alexandrum pro filio Jovis haberi, atque agnoscere ab iis postulabant, quod nobis exhibet Strabo Geogr. lib. xv. *Mandanum summopere laudari*, Megasthenes ait) *qui cum Alexandri nuncii eum ad Jovis filium vocarent: & obediendi dona pollicerentur, inobediendi vero minarentur cruciatum respondit, nec illum Jovis filium esse, nec magnæ parti Terrarum imperare, nec se illius donis permoveri, cui nulla facietas esset, nec minas extimere* Ως ζῶντι μὲν

δεχῶσα εἴη τροφοὺς ἡ Ἰνδική, ἀποθανόντι δὲ ἀπαλλάσσας τὴν
σαρκὸς ἀπὸ γήεως τετραχωμένης, μεταστὰς εἰς βελτίω κα-
ταγώτερον βίον, *cum vivens satis ab India nutrire-
tur, MORTUUS vero ab attrita jam senio CARNE
LIBERARETUR IN MELIOREM PURIOREMQUE VITAM
IMMUTATUS.*

Imo im-
mutabi-
lem im-
mortalitatem.

§ X. Et hanc meliorem purioremque vitam *im-
mutabilem immortalitatem* ipsis signare liquet ex
inscriptione sepulcrali Sarmanochagæ, cujus me-
minit idem Strabo lib. eodem. *Aderat etiam,*
inquit, ut ajunt is qui se Athenis concremavit,
quod alii in rebus adversis facere dicuntur, ut præ-
sentia mala effugiant, alii in rebus secundis, quem-
admodum hic. Nam quum omnia ex sententia huc
usque fecisset, abeundum sibi erat, ne quid quod
nollet ingrueret, seu accideret immoranti, Καὶ δὴ καὶ
γελῶντα ἄλλεσθαι γυμνὸν ἐπαληθευμένον ἐν περιζώματι ἐπὶ
τὴν πυγὰν. ἐπιγεγράφαι δὲ τῷ τάφῳ ΖΑΡΜΑΝΟΧΗ-
ΓΑΣ ΙΝΔΟΣ ΑΠΟ ΒΑΡΓΟΣΗΣ ΚΑΤΑ ΤΑ ΠΑΤΡΙΑ
ΙΝΔΩΝ ΕΘΗ ΕΑΥΤΟΝ ΑΠΟΘΑΝΑΤΙΣΑΣ ΚΕΙΤΑΙ.
Nam et ridentem eum & nudum & unctum in ro-
gum isse affirmat, & inscriptum fuisse in sepultu-
râ HIC IACET ZARMANOCHAGAS INDUS
EX BARGOSA, QUI SECUNDUM PATRIAM
INDORUM CONSUETUDINEM SE IMMOR-
TALEM FECIT. Scilicet hac vitâ rite functos
beatos prædicant. Τὴν ἀθάνατον λήξιν ἀπολαμβάνοντας,
IMMORTALEM JAM SORTEM ASSECUTOS Gymnoso-
phistæ. Porphy. de Abstin. lib. iv. § XVIII.

Morte
Animos
a vincu-
lis cor-

§ XI. Atque morte Animum *corporeis vinculis*
liberari penitus, inque *lucem* diam excedere eun-
dem, *superumque* sortem consequi ex mente Brach-
ma-

manarum ea quæ de morte *Calani* notantur, sicut
& alia probant. De Hac *Ælianus*. Var. Hist. lib. ^{poreis li-}
v. cap. vi. *Est & CALANI INDI finis dignus quem berari*
laudemus, alius dixisset quem admiremur. Fuit au- ^{penitus,}
tem ejusmodi. *Κάλαν* ὁ Ἰνδῶν σοφιστὴς μακρὰ χαίρων ^{superum-}
φράσας Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Μακεδόσι, καὶ τῷ βίῳ, ὅτε ^{que sor-}
ἐβαλὴν ἀπολύσει αὐτὸν ἐκ τῶν τῷ σώματι δεσμῶν &c. ^{tem con-}
Calanus sophista Indus, quum longum valedixisset
Alexandro, Macedonibus & Vitæ, quando SEIPSUM
E CORPORIS VINCULIS LIBERARE volebat, exstruc-
tâ & apparatâ pyrâ in pulcherrimo Babylonis su-
burbio ex lignis aridis & ad provocandam bonam
fragrantiam delectissimis cedro, thyio, cupresso, myr-
to & lauro, ille solitum exercitium obivit (erat
autem id cursus) & accedens in media strue consti-
tit coronatus foliis arundinum, affulgente sibi sole
quem ipse adorabat: atque hoc dederat signum Ma-
cedonibus, ut pyram incenderent, quod quum fecis-
sent, ille circumdatus flammis immotus constitit:
neque ante collapsus aut subversus est quam exspi-
rasset, &c. Cujusnam vero post hanc vitam con-
ditionis persuasus fuerit *Calanus*, *Cicero* verba,
quæ *pyram* ascendens protulit *Indus*, referens da-
bit: *O praeclarum, inquit, discessum e vita cum*
ut Herculi contigit, mortali corpore cremato IN LU-
CEM ANIMUS EXCESSERIT. De *Divinat.* lib. i. &
Quæst. Tusc. ii. *Videri etiam possunt Strabo* lib.
xv. *Diodorus* lib. xvii. *Plut.* in *Alexand.* p. 703.
Atque iis *Mortem* esse animarum a corpore libe-
rationem attestatur *Porphyrus* de *Abstin.* lib. iv.
& xviii. *Αὐτοὶ δὲ ἔτις πρὸς θάνατον διάκεινται, ὡς τὸν*
μὲν τῷ ζῆν χρόνον, ὥσπερ ἀναγκαίαν τιὰ τῇ φύσει λειτῆρ-
γίαν

γίαν ἀχσσίας ὑπομῆναι, σπεύδαν δὲ τοῖς ψυχὰς ἀπολύσαι
 τῶν σαρμάτων. *Illi vero erga MORTEM ita affecti sunt,*
ut totum vitae tempus tanquam necessarium quod-
dam naturæ ministerium INVITI tolerant, PROPE-
RENT vero ad ANIMARUM A CORPORE LIBERATIO-
NEM. Et ad μακαριότητα καὶ εὐδαιμονίαν medium &
 transitum, ut idem addit Porphyrius — — Ἄλλὰ
 πάντες αὐτοὺς (τετηνότες εὐδαιμονίζοντες — — ἐπισκήψ-
 ῃσι τῶν. *Quin potius OMNES EOS JAM MORTUOS*
BEATOS PRÆDICANTES aliqua præcipiunt. Et
 mox ἑκείνους δὲ μακαρίζουσιν &c. ILLOS vero FELI-
 CES PRÆDICANT.

Mors
 Brachma-
 nis nati-
 vitas ad
 vitam &
 felicem
 vitam:
 vita au-
 tem præ-
 sens vitæ
 umbra,
 & lugu-
 bre quic-
 quam.

§ XII. Et ex his principiis *Indis nostris Mors*
nativitas ad veram & felicem vitam existimata;
 hæc vero *vita terrestris* vitæ potius cujuspiam um-
 bra: imo vero quidpiam lugubre. Strabo lib. xv.
 Πλείους δὲ αὐτοῖς εἶναι λόγους περὶ θανάτου. νομίζειν μὲν γὰρ
 δὴ τὸν μὲν ὡτάδε βίον, ὡς ἀν' ἀκμὴν κυομένων εἶναι. τὸν δὲ
 θάνατον γενέσθαι εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαιμόνα τοῖς Φι-
 λοσοφῆσαι. *Item multa eos de MORTE dicere. Et*
HANC VITAM putandam esse quasi quendam VIVIDUM
HOMINUM CONCEPTUM (vel quasi recens concepto-
rum hominum flatum) MORTEM vero NATIVITA-
TEM AD VERAM ILLAM ET FELICEM VITAM iis qui
recte philosophati sunt. Porphyrius de Abstinentiâ
 lib. iv. § XVIII. Καὶ σφᾶς μὲν αὐτοὺς δακρύουσιν ἐν τῷ
 ζῆν διαμείναντας ἑκείνους δὲ μακαρίζουσιν τὴν ἀθανάτον λή-
 ξιν ἀπολαμβάνοντας. SEIPSOS quidem LUGENT, quod
 adhuc IN VITA MANEANT, illos vero (defunctos)
 felices prædicant *immortalem jam sortem affectos.*
 Unde non tantum Mortem non expavecebant ut
 apud Clementem Alexandrinum est Strom. lib. iii.

καταφρονῶσι δὲ θανάτου, αἰτ, ἡ παρ' ἑδὼν ἡγῶνται τὸ
 ζῆν, πείθονται γὰρ εἶναι παλιγγενεσίας. CONTEMNUNT
 mortem, & fere NIHIL EXISTIMANT vivere, cre-
 dunt enim esse Reviviscientiam. Verum & contra
 desiderio ejusdem boni veluti cujuscpiam appetibilis
 summopere ferebantur. Hinc Fati dies apud eos
 sæpe occupatus. Curtius lib. viii. cap. ix. § xxxii.
 Apud hos OCCUPARE FATI DIEM pulchrum; & vi-
 vos se cremari jubent quibus aut segnis atas, aut
 incommoda valetudo est: expectatam mortem pro
 dedecore vitæ habent.

Lucanus Pharsal. lib. iii. vers. 240. & seq.

Quique suas struxere pyras, vivique calentes
 Conscendere rogos: pro! quanta est gloria genti
 Injecisse manum Fatis, vitæque repletos
 Quod superest donasse Deis!

Quod tam crebro & communiter fiebat ut Pli-
 nius eos voluntariâ morte vitam semper finire dixe-
 rit Histor. Nat. lib. vi. cap. ix. Quintum, ait,
 genus (Indorum) celebratae illic, & prope in re-
 ligionem versæ sapientiae deditum, VOLUNTARIA
 SEMPER MORTE vitam accenso prius rogo finit. Zar-
 manochagæ & Calani exempla vidimus. Hinc quo-
 que inter demortuorum Uxores de comburio cum
 mariti cadavere contentio, unaquaque id sibi ut-
 pote optime de marito meritæ, maximeque ab eo
 dilectæ, velut prærogativum vindicante, ut sorte
 rem decidi necesse fuerit: ita Ælianus Var. Hist.
 lib. vii. cap. xviii. Apud Indos vero eundem
 O o ignem

ignem cum mortuis viris uxores audent ingredi.
 Φιλόλιμναι δὲ αἱ γυναῖκες περὶ τέττε τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἡ
 κληρὸν λαχῶσα συγκαίεται. *CONTENDUNT autem am-*
bitiose de hoc defuncti uxores: cui vero fors obti-
git, ea simul comburitur. Valerius Maximus lib.
 II. cap. VI. § XIV. *Verum quid ego fortissimos hoc*
in genere prudentiæ viros laudem? respiciantur IN-
DORUM FEMINÆ, quæ, cum more patrio complu-
res eidem nuptæ esse soleant, mortuo marito in
CERTAMEN Judiciumque veniunt quam ex iis maxime
DILEXERIT; 4. VICTRIX GAUDIO EXULTANS, de-
ductaque a necessariis lætum præferens vultum
conjugis se flammis superjacet, & cum eo tanquam
FELICISSIMA crematur: superatae cum TRISTITIA ET
MOERORE in vita remanent. Vid. & 5. Propertius
 lib. III. Eleg. XI.

§ XIII.

4. *Victrix gaudio exultans.*] Nulla-
 tenus itaque verisimile est hanc
 consuetudinem ortum traxisse a
 lege ob scelerata in maritos ab
 uxoribus patrata veneficia latâ,
 quam causam post alios memorat
 Strabo, ita tamen ut fidem non
 adhibeat, Geogr. lib. XV. p. 480.
Item ut uxores cum viris defunctis
comburantur ob hanc causam quod
quum aliquando adolescentulos adama-
rent a viris secedebant, vel eos VE-
NENO INTERIMEBANT, ut ergo ve-
neficia tollerentur, hanc legem condi-
tam esse, quæ profecto lex & causa
mibi NON SATIS PROBABILIS vide-
tur. Ignominiosa enim horret omne
 vivens quod ratione ducitur, &
 cum fato venerint mœrore obruunt,
 atque ea quæ ex scelere sunt pro-
 gaata rarissime habentur appeti-
 bilia.

5. Propertius lib. III. Eleg. XI.

Felix Eois lex funeris una maritis
Quos aurora suis rubra colorat
equis.

Namque ubi mortifero jacta est fax
ultima lecto,

Uxorum fusi stat pia turba comis;
Et certamen habent leti, quæ viva
sequatur

Conjugium, pudor est non li-
cuisse mori.

Ardens victrices, & flammæ pec-
tora præbent.

Imponuntque suis ora perusta viris.

§ XIII. Non autem queiscunque vitam *melio- rem*, *beatamque* pollicebantur sapientes Indi; sed tan- tum iis qui vitam *decenter* instituissent, seu uti- mos audivimus qui *recte philosophati fuissent*: ex- iusto enim Numinis iudicio post mortem unicui- que pro *merito* suo *tormenta* vel *praemia* prae dica- bant. Strabo Geogr. lib. xv. Παρεπλέκον δὲ καὶ μύθους ὡς τῶν καὶ Πλάτων περὶ τῆ ἀφθαρσίας ψυχῆς, καὶ τῶν κατ' Ἀδὰς κρίσεων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. *Inferunt fa- bulas quasdam quemadmodum Plato de Immortali- tate Animae, & de JUDICIIS QUAE APUD INFEROS FIUNT, & alia huiusmodi non pauca.* Apulejus Floridor. lib. ii. *Hi, Brachmanæ, pleraque phi- losophiae Pythagoricae contulerunt, quae mentium documenta, corporumque exercitamenta: quot par- tes animi: quot vices vitae: quae DIIS MANIBUS PRO MERITO SUO CUIQUE TORMENTA, VEL PRÆ- MIA.* Unde omni industriâ vitam ad virtutem pic- tatemque componere adnitebantur, ut se decenter ad mortem, quæ vitæ melioris foret initium, *præ- pararent*, neque hac destituerentur aliquando, ejus- que loco *tormentis* subicerentur. Strabo loco cit. *Mortem vero nativitatem (esse) ad veram illam & felicem vitam iis qui recte philosophati sunt.* Διὸ τῇ ἀσκήσει πλείστη χρῆσθαι πρὸς τὸ ἐπιμοῦναι τὸν ἑαυτοῦ ψυχῆν, Id- circo eos multa exercitatione uti ad MORTIS PRÆ- PARATIONEM.

§ XIV. Et crassam Animarum humanarum per varia corpora circulationem inter decreta Brach- manica fuisse incognitam *Animalium* istorum, quæ homines ad opera non adjuvant; *caedes & esus* discipulis Brachmanis concessus aperte docet. Stra- manis concess-

CAP.
V.sum Ani-
marum
in illa
transi-
tum cre-
ditum
negare.

bo Geogr. lib. xv. Ἐτη δ' ἐπὶ τὰ καὶ τρεῖς καὶ ἑξή-
σαντα ἀναχωρεῖν εἰς τὴν αὐτῆς κτῆσιν ἔχαστον, καὶ ζῆν ἀδελ-
φοὺς καὶ ἀναιμύτους μᾶλλον, σινδονοφορέντας, καὶ χρυσοφορέντας
μετρίως ἐν ταῖς χερσὶ καὶ ταῖς ὤσιν, προσφερόμενον σάκεας
μὴ τῶν πρὸς τῆς χρεῖαν συνεργῶν ζώων, δριμέων, καὶ ἀγρο-
τῶν ἀπαιχόμενον, &c. *Et cum triginta & septem*
annos sic vixerit (sub institutione sapientum Brach-
manarum discipulus) *in sua secedere & laxius li-*
centiusque vivere (refert) *sinдонem induere, au-*
rum in manibus & auribus MODERATE *gestare, &*
CARNIBUS VESCI ANIMALIUM, QUÆ HOMINEM AD
OPERA NON ADJUVANT, ab acribus & condimentis
abstinere, &c. Scilicet 3. triplex, referente Stra-
bone,

3. *Triplex referente Strabone obti-*
nebat Brachmanarum species &c. Brachmanas tantum in duas fami-
lias dispescit Porphyrius, *Monta-*
nos & Gangeticos, seu eos qui a-
gros Gangi fluvio affitos incolunt:
& omne Indorum Theologorum
genus (sub quo & Samanæ) *Gym-*
nosophistas appellat, ut omnes Brach-
manas nudos degisse existimasse vi-
deatur, & tantum loci respectu dis-
tinctos. Ita de Abstin. lib. iv. §
xvii BRACHMAN autem nullius cu-
juspiam imperio subditus est, neque
aliis vectigal quicquam pendit. *Ex*
his autem philosophis alii MONTES in-
colunt, alii circa GANGEM fluvium
habitant &c. Strabonis interim ma-
gis arridet distinctio ut *Gymneta*
sint qui publicum antiquumque
Gymnasium thronumque sapientiæ
teneant, quem locum descriptum
vide apud Philost. de vitâ Apoll.
lib. iii. cap. iii. iv. v. ubi cuilibet sa-
pientiæ Tyroni xxxvii. annorum
spatium scientiæ & virtutis exer-
citationi insumendum erat. Qui
Gymnetæ, utpote iis quæ absolu-
te necessaria sunt contenti, rerum-
que Divinarum contemplationi
Animisque purgandis perpetuo in-
tenti, ab omnibus superfluis absti-
nentes neque *vestibus*, neque *car-*
nibus usi fuerint, ut vivida sic ex-
hiberent gulæ, superbiæque ex-
stirpandæ exempla: Brachmana-
rum purgatissimi habitus, maxime-
que culti. *Montani* autem & *Ci-*
viles ii qui postquam xxxvii. annis
in sapientiæ circo sese exercuif-
sent varias Indiæ oras, *montanas*,
a spissis hominum turbis remotio-
res, vel *campestres & urbanas*, in-
ter *conceives* juxta sua instituta vi-
ventes, his morum magistri, in-
colere consueverant: qui omnia
impura & gulam irritantia religio-
sissime caverint, unde *ab acribus &*

com-

bone, obtinebat Brachmanarum species vel loco, V.
vel habitu, vel moribus aliquantum distincta:
Montani, Gymnetæ, seu Gymnosophistæ & Civi-
les, de quibus hunc in modum Geographus lib.
eodem: *Atque horum alios MONTANOS, alios GYM-*
NETAS, alios CIVILES appellari. Rursumque MON-
TANOS pellibus cervorum uti, & peras radicibus &
medicamentis plenas gestare, & cum Magica & car-
minibus & ligaturis medicinam affingere. GYMNE-
TAS nudos degere, quod etiam nomen significet, &
magna ex parte sub dio tolerantiam, quam prius
diximus USQUE AD TRIGESIMUM ET SEPTIMUM
ANNUM EXERCERE. Mulieres cum iis vivere, non
tamen permisceri. Atque hos in admiratione maxima
haberi. Quos vero CIVILES diximus sindonem ges-
tare, & in urbe vel in agro degere, Nebridæ vel
Damarum pelles induere. Atque hac ratione rem
concipimus, quod videlicet in Asceteriâ seu loco
ascetico Brachmanarum, ubi contemplationi rerum
Divinarum, mentisque purgationi invigilabatur
perpetuo, vesci *carnibus*, quæ huic rei obesse cre-
debantur, vetitum fuerit omnino, alias autem
easdem *modice* in cibum assumere haud ita nefas
existimatum sit. Sic declarare Apollonio videtur

O o 3

Jar-

condimentis abstinuisse apud Strabo- fuerint, ut idem testis Strabo est:
nem est lib. cit. Imo & ea intac- (quidquid ut inserviat hypothesi
ta voluerint quæ humano generi ajat Porphyrius) ut scilicet & suo
profint multum conservata: qualia exemplo populares suos ad confi-
animantia isthuc laborum focia. milium harum rerum usum *modestum*
Vestibus autem, & carnibus eorum & *legitimum* incitarent, atque ab
animalium, *quæ hominem ad opera indecenti revocarent.*
non adjuvant, perquam modice usi

Jarchas apud Philostratum de vitâ Apol. lib. iiii. cap. viii. Sciscitanti enim illi qualem advenienti Regi mensam apparatus essent Brachmanæ? *pinguem per juvencum* respondit Jarchas & omnia continentem quæ apud nos sunt. Ad quæ *pinguiter* igitur vivitis ait Apollonius? imo vero tenuiter inquit Jarchas, & QUANQUAM MULTIS NOBIS VESCI LICEAT, paucis tamen contenti sumus: Regi autem pluribus est opus. Sic enim expetit. Nullus autem vescitur ANIMALIBUS: neque enim talia hoc LOCO FAS EST COMEDERE. Scilicet Gymnetæ Gymnasium publicum quoad vivebant habitantes, sapientiæ, virtutisque doctores ab omnibus superfluis, quæque mentem aggravare poterant abstinebant, omnesque alios sub chiragogiâ suâ positos abstinere, sicuti generatim severo vitæ generi consuescere jubebant: his autem affectuum domandorum sapientiæque tyrocinio, post superatos triginta & septem exercitationis annos, posito in loca patria reversis & vestibus, & carnibus *modice* uti erat integrum. Sicuti & Phraotes Rex Indus a Brachmanis institutus ipse quidem *carnium* esu abstinebat, non tamen *Animalium* eadem horumque in cibis *usum* illicitum opinabatur: dum ipse exercitii gratiâ *venationibus* vacare solitus ea quæ necaverat fociis, amicisque comedenda apponebat. Philost. de vitâ Apoll. lib. ii. cap. xi. *Interroganti autem Apollonio Regem quali victu uteretur respondit, ego vinum tantisper bibo quoad solis sacra facio: HIS autem quæ in VENATIONIBUS CAPIO socii amicique VESCUNTUR: mihi enim exercitatio ipsa satis: epulae autem meae sunt olera &c.* Quem-
admo-

admodum Animalium internecionem haud ita de-
dignatos esse Brachmanas, tum *Montanos*, tum
Civiles, illorum *exuvia* his in vestium materiam
usurpata, ut mox audivimus, non difficulter per-
suadent: imo neque omne Brachmanarum colle-
gium *in luco extra urbem super PELLIBUS exerceri*
solitum, ut idem 4. testis Strabo est lib. cit.

§ XV. Imo qualemcumque Indorum a carne ab-
stinentiam (præter animalia humano operi dicata)
solummodo nonnullas certorum Animalium *partes*
spectasse colligi posse videtur ex iis quæ apud Phi-
lostratum lib. II. cap. XII. habentur: ubi Indorum
Regum convivium ex Damide describuntur. Verba
sunt: *Mensæ autem PISCES, AVESQUE imponunt.*
Integri præterea LEONES, & CAPRÆ, & APRI,
nec non & TIGRIUM CLUNES: caeteris enim anima-
lis hujus PARTIBUS vesci Indi PROHIBENTUR. *Fe-*
runt enim hoc animal cum primum nascitur, prio-
res pedes versus orientem solem attollere. Come-
dendi autem consuetudo talis servatur. Exurgens
enim ex propria sede conviva ad mensam accedit,
& particula ab aliis quæ diximus ANIMALIBUS abscis-
sa, aut avulsa in propriam sedem revertitur, pa-
nem quoque jugitur comedens. &c.

Indorum
a carni-
bus absti-
nentiam
qualem-
cumque
certas
tantum
Anima-
lium
partes
spectasse
videri.

§ XVI. Nec deest unde ipsos Brachmanas Diis *Brach-*
rem sacram *Animalibus* fecisse inferri possit: si e- *manas &*
nim Apollonio fides Diis *Græco ritu* sacrificare *animali-*
Brachmanis consuetum fuit ut audivimus § VII. *bis rem*
hujus *sacram* *fecisse*

4. Testis Strabo est lib. cit.] Ver-
ba: Refert & Philosophos ante urbem *malibus, ac Venere, abstinere seriis sermo*
in luco exerceri, intra compositum nibus intentos, & cum volentibus au-
quendam circuitum frugaliter viven- *dire communicantes.*

hujus Capitulis. Locus enim, ubi simulachra Deorum quibus *Graeco ritu* sacrificabant Indi Sapientes, erat ipsissima *Brachmanarum* sedes, Tumulusque, quem incolebant hi sancti, sacer, quem citato capite III. pluribus descriptum vide, atque inter alia ut Indiae medium & quasi umbilicum. Verum enim vero *Graecum* sacrificandi ritum *animalium* vulgo poposcisse *caedem* neminem latet, quo nec *Hecatombis* aliquando parsum constat, ut in *Panathenaeis* singulos Atticae pagos *Bovem* in commune sacrificium conferre 5. solitos offendimus. Atque adeo id quod generatim de *Indis* prodit Strabo, in eos scilicet eam incessisse Religionem, cavendum esse ne quid *mancum* offeratur Numini; sed contra id, quod omni parte sit integrum, sacris admoyeatur solum, unde non jugulandae sed suffocandae essent victimae, non ita importune & ad *Brachmanas* referri posset. Ita Strabo Geogr. lib. XV. p. 486. *Victimam non jugulant; sed praeculso spiritu necant, ne quid mancum deo offeratur, sed integrum.* Quemadmodum & hunc *victimam suffocandi* morem & apud *hodiernos Brachmanas* hactenus vigere auctor est Rogerius, Jan. apert. ad occult. Ethnicism. lib. I. cap. V. quamquam 6. aliam & minus coherentem rei afferat

5. *Solitos offendimus.*] Videatur vius quidpiam sit quam *Animal e* Potterus Archæol. Græc. lib. II. *vivis tollere*: cum & interim alias cap. XX. Meursius in Panathen. &c. ob creditam Metempsychosin, ne

6. *Aliam & minus coherentem.*] animae suis exturbentur sedibus a Scilicet ne *sanguinis fusi* rei fiant animantium internecionem prohibere eosdem *Brachmanas* referant re ex religione *Brachmanicâ* gra- auctores. Quod ad nos, Strabonem

rat rationem : *Certum tradens inter eos (Indos) V. celebrari festum quo Animal quoddam caedendum sit, quumque BRACHMANIS sanguinem fundere sit nefas, hinc eosdem, ne fusi sanguinis rei fiant, ANIMALIS AD SACRIFICIUM destinati CERVICEM AP- PREHENDERE, ATQUE FAUCES COMPRIMERE USQUE- DUM SUFFOCETUR. Apud Carolinum Ethnicism. hodiern. p. 79.*

§ XVII. Tandem eadem fuit de Mentis in hac & futurâ vitâ naturâ & conditione *Brachmanis ac Pythagoræ opinio, uti supra ex Philostrato, Strabone, Apulejo visum est : Idem Philosophiæ sco- pus : Pythagoræ videlicet Mentem purgare ab af- fectibus vitiosis. Brachmanis Voluptatem Moero- remque ex animo adimere, mentes confirmare, & motus sedare, ut Mandanis Onesicrito ab Alexan- dro Brachmanarum sapientia sciscitatum misso apud Strabonem lib. cit. significat : Omnia itaque dic- ta ait Geographus ad hoc pertinebant, quod is esset optimus sermo qui voluptatem, moeroremque ex A- nimo adimeret. — Et quod corpora ad laborem exercerent, ut MENTES CONFIRMARENTUR, QUIBUS MOTUS SEDARENT, & bona omnibus consulerent & publice & privatim &c. Unde & interroganti Mandani num talia apud Græcos dicerentur, re- spondit Onesicritus QUOD EADEM PYTHAGORAS DI- CERET. ibid. Eadem Philosophandi ratio Symboli- ca videlicet ut de Pythagora videre est lib. I. cap.*

*Idem in
bisce sen-
sisse
Brach-
manas
quod Py-
thagoras,
cujus
doctrinam
crassam
transmi-
gratio-
nem ne-
gare vi-
dimus.*

P p

II.

nem hic audire malumus, & re- causam respicientes sic facere hac-
centiores seu hodiernos legibus tenus credere.
παρρησιασμένοις insistentes, eandem-

II. § I. Et de Indis nostris apud Laërtium in proœmio καὶ φασὶ τὰς μὲν Γυμνοσοφιστὰς — ἀνιγματοῶδως ἀπορρηγομένης φιλοσοφίας. *Et ajunt Gymnosophistas ÆNIGMATICE philosophemata sua proponere.* Jarchas Apollonio apud Philost. de vitâ Apoll. lib. III. cap. V. Ἡμεῖς ἔφη ὦ Ἀπολλώνιε πάντα ὁράμεν τὰ τῆς ψυχῆς εἶδη συμβόλοις αὐτὰ μυρίοις ἐξιχνεύοντες. *Imo nos o Apolloni respondit (Jarchas) omnes animae videmus species innumeris eas* 7. *SYMBOLIS investigantes* Vid. & § XIII. ex Strabone. Uti & Utrorumque institutio præprimis ea quæ ad *statum mortuorum* pertinent spectabat, ut de Pythagoricâ monstravimus lib. I. Et de Brachmanicâ post Apulejum, Strabonem, alios testis est Diodorus, qui Biblioth. lib. II. p. 125. hunc in modum Περὶ λαμβάνονται δὲ ὑπὸ μὲν τῶ ἰδίων εἰς τε τὰς ἐν τῷ βίῳ ἡσυχίας τε, καὶ εἰς τὰς τῶν τελευτηκῶτων ἐπιμελείας, ὥς θεοῖς γεγονότας προσφιλέσονται, καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀδῶ μάλιστα ἐμπεύρας ἔχοντες. *A suis autem ad rem Divinam & defunctorum*

7. *Symbolis investigantes.*] Ad Quæ INDOS & Apollonium METEMPSYCHOSIN IN SENSU LITERALI HAUD Olearius: *συμβόλοις, clarissime hic dicitur SYMBOLICAM esse illam doctrinam de ANIMÆ antequam in cuiusvis corpore deveniret STATU IN ALIO CORPORE, prout cap. XIX. (in aliis edit. cap. VI.) deducitur: qua nempe EUPHORBUS OLIM PYTHAGORAS, navis Gubernator Apollonius, GANGES REX JARCHAS fuisse dicuntur: simul etiam quo symbolica illa doctrina tendat innuitur: scilicet ad eam, atque adeo quam hic Reipublicæ literariæ fecere lucem videri Eruditi in rem meam convertendo ipsam tanquam exemplar referre, re negatum fuit.*
 Sic porro: ut verosimile saltem sit

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 299 LIB. II.
CAP. V.
rum exequias adhibentur (Indorum Philosophi) ut
qui Deus eximie sunt chari, & rerum quæ ad MA-
NES (Haden, statumve futurum) spectant maxime
periti. Verum enim vero quam nullum decreta
Pythagorica cum Animarum de corpore in corpus
transmigratione perpetuâ habeant nexum lib. I.
demonstratum est.

§ XVIII. Homines itaque boni ex opinione *Conclusio.*
Brachmanarum post hanc vitam terrestrem semel
peractam I. in meliorem Purio remque vitam tran-
seunt. II. Non amplius morti obnoxii redduntur.
III. Corporeis vinculis liberantur penitus. IV. In
sedes lucidas evehuntur. V. Mors natiuitas ad ve-
ram felicem, & immutabilem vitam. VI. Unde
Letum res optanda, ut vita præsens lugubre quid-
piam. VII. Mali in Inferno supplicia dant. VIII. 8. A-
nimalium cædes & esus modicus licitus, &c. Sed
hæc cum Metempsychosi non in unâ sede mo-
rantur.

8. *Animalium cædes et esus modicus licitus.*] Immodicus videlicet, & proscripserint omnes Brachmanæ,
quæ rerum Divinarum contempla- atque in publico Gymnosophista-
tioni, Animarumque purgationi rum Gymnasio semper a carne ab-
obesse carnium usus ab iis prohi- stinuerint cum discipulis præcep-
bitus fuit, pari ratione uti Pytha- tores, carnium esum interdixisse
gora factum: cum itaque Anima- passim nostri dicti sunt.

CAPUT VI.

*An DRUIDÆ, Celtarum antiquissimorum,
Britannorum, Gallorum, Galatarum
&c. Magi Metempsychosin insti-
tuerint?*

LIB. II. § I.
CAP.
VI.

*Druidas
secundum
nonnullos
Metemp-
sychosin
asser-
tes.*

DRUIDAS, quos audivit Pythagoras, ut memoratum supra est, Animarum de uno corpore in aliud *Transmigrationem* sustinuisse lib. I. cap. III. Gaudentium, Lipsium, Vossium, Petitem &c. referentes vidimus: ita tamen ut in sola *hominum* corpora transmigrare humanas mentes voluissent hi sapientes, auctore Petito, brutorum non item. Vid. §. III. Quam tamen opinionis diversitatem ignorant passim viri docti; imo contra idem in hisce cum Pythagora tenuisse Diodorus, Ammianus, Valerius Maximus, Gaudentius, alii ajunt, atque adeo ex hypothese Animarum etiam in *bruta* transitum: Neque verba Cæsaris eam dicere distinctionem, quam inde exsculpsit vir doctissimus, hocce capite patefcet. De his ita Gaudentius Dissert. I. cap. XVI. PYTHAGORÆAM *scholam cum sectarentur* DRUIDÆ (unde ordine inverso Druidas Pythagoræ discipulos quispian conficiat) *Gallorum sacerdotes*, TRANSMIGRATIONEM quoque ANIMARUM a corpore in corpus *truebantur*. Id nos ignorare non sinit Lucanus dum inquit lib. I.

— — Vo-

— — *Vobis auctoribus umbræ*

*Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt, regit idem spiritus artus
Orbe alio.*

Umbras appellat Animas sejunctas a corpore,
quas cum Pythagora NEGABANT DRUIDÆ TENDE-
RE AD INFEROS, *sed Orbe alio, hoc est alio loco,*
alio corpore, alioque seculo regere membra. Concinit
Lucano Cæsar lib. 1. de bello Gall. dum ait Gal-
los (imbutos a Druidis) existimare NON INTERIRE
ANIMAS; SED AB ALIIS POST MORTEM TRANSIRE.
AD ALIOS. Hæc quam recte videbimus. Ante-
quam autem rei caput tractemus nonnulla de Drui-
dis eorum nomen & originem spectantia præno-
tasse operæ erit pretium: quo hæc Philosophorum
propago antiquissima innotescat aliquadantenus;
undeque sua hauserit primitus pelluceat.

§ II. *Druidarum* nomen minus recte origine *Druidæ-*
Græcum atque a voce *δρῦς quercus*, derivatum vo-
luit Plinius qui Hist. Nat. lib. XVI. cap. XLIV. ita *rum no-*
Nihil habent Druides visco & arbore in quâ gigna-
tur (si modo sit ROBUR) sacratius. Jam (forte
nam) per se ROBORUM eligunt lucos, nec ulla sa-
tra sine ea fronde conficiunt, ut inde appellati quo-
que interpretatione Græca possint DRUIDES videri.
Non enim in Gentium Barbararum nominibus
Græcæ Etymologiæ quærendæ sunt: ut ex Stra-
bone viri magni ^{1.} Casaubonus, Vossius, Dickin-
sonus.

P P 3.

sonus.

^{1.} Casaubonus Vossius, Dickinso- m. 19. Etymolog. voce *Druides*.
nus.] In not. ad Laërtj, lib. I. p. Delph. Phoeniciff. p. m. 188.

sonus. Sed potius ex eorum propriâ linguâ, sicque a Celtico *Deru* quod *quercum* indicat, unde & suum vocabulum *δρῦς* mutuassee feruntur Græci, origo petenda est. Dickinsonus de origine Druidum in diatriba de Noë in Italiam adventu ad Delphos Phoenicis. *Illis ergo potissimum assentior, qui DRUIDES arcescunt a CELTICA voce DERII, id est QUERCUS — — tantum vero abest ut Druides ἀπὸ τῆς δρῦος primum dictos arbitrer, ut potius GRÆCAM vocem δρῦς a CELTICA DERU formatam crederem. Quippe cum maxima Druidum fama & celebritas, haud exiguam quoque nomini arboris, a qua dicti sunt, gloriam creassent; Græci (quos olim Gallia colonos habuit) tandem aliquando Celticum nomen imbibierunt; & a *Deru quercum* *δρῦν* appellabant, neglecto quo prius illam, notassent vocabulo. Nam Græci antiquitus QUERCUM vocabant *οἰκονα* vel *οἰκόνδα*. Liquet ex Plinio lib. IV. cap. V. Sinus Saronicus inquit olim querno nemore redimitus, unde nomen; ita Graecia antiqua appellante quercum *Ἐκ*. Ab hoc igitur absoleto vocabulo Druides aliquando *Σαρωνίδες* appellantur *Ἐκ*.*

Druidarum vetustas.

§ III. Unde autem hæc Druidis a quercu denominatio, quæque horum sit vetustas in sequentibus ex eodem discere Dickinsono est: Porro itaque quaeras inquit pag. m. 190. unde QUERNA isthaec RELIGIO nata sit? nimirum E QUERCUBUS MAMRÆ: sub quibus olim Viri sanctissimi (penes quos tum rei divinæ faciendæ, tum justitiæ administrandæ cura fuit) religiosissime degebant: quarum umbra simul Abrahamo domicilium, Deoque templum praebeuit: habitabat Abrahamus inquit Ha-
giogra-

giographus Gen. XIII. 18. in quercubus vel quercetis Mamre. Et cap. XVIII. 1. Ad quercum Mamre. Sub qua tentorium suum fixit; altare extruxit Gen. XIII. 18. & XIV. 13. Et vitulas, capras arietes, & Cætera id genus sacrificia Jehovæ obtulit Gen. XV. 9. omniæque sacerdotii munia rite obivit. Immo vero Deum ipsum sub hac arbore una cum angelis hospitio accepit Gen. XVIII. Hic cum eo sermonem habuit; & foedus iniit, ac ab eo benedictus est. Admiranda sane quercuum præconia. Adhæc ut altius ascendam pergit Vir Doctiss. non abhorret ab omni fide Noam quoque in hoc ipso querceto vixisse: mihi argumento est ipsum nomen loci, qui teste Josepho *Ὀρὸν* dicitur, Vid. Delph. Phœnicis. p. 145. idque a Noa, quem priscum Ogygem vocabant. Noam vero sic dictum reor ab Oggiis suis id est subcineritii panis (qualem *אוי* vocant Hebraei) sacrificiis, quæ sub hisce quercubus pie & frequenter obtulisset. En primos sacerdotes quernos! En PATRIARCHAS DRUIDAS! ab his etenim Druidum secta, quæ Abrahami saltem tempora retro attingit (nam tempore Hermionis, qui statim post Abrahami mortem Germanorum Rex erat, Druidum collegia viguisse ferunt) natales suos repetat. Quippe quia sanctus ille vir & pontifex Abrahamus sub quercubus vixit, sacra peregit, ac Deo hospite fruebatur; NOSTRI HINC THEOLOGI sive Samothei (si non altius ad Noam, quem forte Samothæ hac in re prius imitatus erat respexerint) huius exempli claritudine, quercusque gloriâ (sub quâ Jehova requiescere dignatus est) eximie capti roborem lucos eligebant & in iis sacra procurabant;

reli-

*religiones interpretabantur : de omnibus fere controversiis publicis ac privatis constituebant ; prae-
mia , poenasque decernentes Plin. in Nat. Hist. &c.*
Haecenus Dickinſonus. Inde apud Celtas ſignum
Jovis excella Quercus , uti apud Maximum Ty-
rium eſt : Κελται οίβουσι μὲν Δία , ἄγαλμα δὲ Διὸς
Κελτικὸν ὑψηλὸν δρῦς. *Celtae volunt Jovem : Celti-
cum vero JOVIS SIGNUM altissima QUERCUS.* Dif-
fert. XXXVIII. Altissima videlicet quercus tempo-
ribus antiquissimis loci sacri erat insigne , ubi &
foedera pangebantur , utpote juramentis per Deum
praesentem praestitis vulgo firmanda , cujusmodi
erat quercus Sichemistica , de qua Jud. ix. 6. *Tum
congregarunt se omnes Sichemitae (& omnes incolae
munitionis , abeuntesque constituerunt Abimelecum
in regem apud ALTAM QUERCUM quae est in agro
Sichemitano.* Et Josuae XXIV. 25, 26. *Sic pepigit
Josua foedus cum populo die illo ; proposuitque ei
statuta & Judicia Sechemo. Deinde scripsit Josua
verba ista in libro legis Dei : & accipiens lapidem
magnum erexit illum ibi SUB QUERCU ILLA , QUAE
ERAT AD SANCTUARIUM JEHOVAE.* Inde & quod
Homerus refert mortales quondam ex alia quercu
Jovis voluntatem audivisse Dodonae Odyss. E.

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήνδραι , ὅφρα ἱεῶν
Ἐκ δρυὸς ὑψιλόμοιο Διὸς βαλὴν ἐπαύσῃ.

*Hunc in Dodonem dicebat ire , ut DEI
Ex QUERCU PROCERA Jovis CONSILIUM audiret.*

*Druidarum
dec-
trina.*

§ IV. De *Druidarum* institutis moribusque vi-
den.

dendus Cæsar est de bello Gallico lib. vi. § XIII, VI.
 XIV. ex quo notatum supra est eos *imprimis hoc*
persuadere voluisse NON INTERIRE ANIMAS; SED AB
 ALIIS POST MORTEM TRANSIRE AD ALIOS, atque
 hoc maxime ad virtutem excitari putasse metu mor-
 tis neglecto. De iis Strabo Geogr. lib. iv. Dru-
 idæ præter causarum naturalium studia moralem
 disciplinam exercent. Justissimi autem omnium opi-
 nione, ideo & privata & publica Judicia eorum
 fidei mandantur, adeo ut rem etiam bellicam antea
 judicarent, & Martem collaturi, illis jubentibus
 desisterent. Capitis quoque judicia horum senten-
 tiae permittebantur cumque horum est abundantia,
 & agri fertilitatem fore existimant. Ἀφ' ἧς δὲ
 λέγεται ὅτι καὶ οἱ ἄλλοι τοὺς ψυχὰς, καὶ τὸν κόσμον, ἐπι-
 κρατήσῃν δὲ ποτε καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ. IMMORTALES ANI-
 MAS, & mundum & hi & alii esse asserunt, ignem
 & aquam aliquando superaturos. Diodorus de Gal-
 lis lib. v. p. 306. Εἰώθασιν δὲ καὶ παρὰ τὸ δειπνῶν ἐκ τῶν
 τυχόντων πρὸς τὴν διὰ τῶν λόγων ἀμιλλαν κρατῶντες, ἐκ
 προκλήσεως μονομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους, παρ' ἑδὲν πτέρυμοι
 τὴν τῷ βίῃ τελευτήν. Εἰσχύει γὰρ παρ' αὐτοῖς ὁ Πυθαγόρας
 λόγῳ ὅτι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι συμ-
 βέβηκε, καὶ δι' ἐτῶν ἀεισμένων πάλιν βίῃν, εἰς ἕτερον σῶμα
 ἢ ψυχῆς ἐσθρομένης. διὸ καὶ κατὰ τὰς ταφὰς τῶν τετε-
 λευτηκότων ἄνθρωποις ἐπιτολὰς γεγραμμένας τοῖς οἰκείοις τετελευ-
 τηκόσιν ἐμβάλλειν εἰς τὴν πυρὰν, ὡς τῶν τετελευτηκέντων ἀναγ-
 νωσομένων ταύταις. Inter quoque epulas causa ex jur-
 gio quomodocunque arrepta, insurgere, & ex pro-
 vocatione, nihili vitæ jacturam aestimantes, inter
 se digladiari solent. Pythagoræ enim apud illos
 opinio invaluit, quod ANIMÆ hominum IMMORTA-

LES *sint*, ET IN ALIUD INGRESSÆ CORPUS DEFINITO TEMPORE DENUO VITAM CAPESSANT. *Ideo in funeratione mortuorum epistolae PROPINQUIS inscriptas in rogam conjiciunt, quae a DEFUNCTIS LEGANTUR.*

Lucanus Pharfal. lib. 1. vers. 450. & seq.

*Et vos Barbaricos ritus moremque sinistrum
Sacrorum DRUIDÆ positis repetistis ab armis.
Solis nosse Deos, & caeli numina vobis,
Aut solis nescire datum: nemora alta remotis
Incolitis lucis. Vobis auctoribus, UMBRÆ
NON TACITAS EREBI SEDES, DITISQUE PRO-
FUNDI*

*PALLIDA REGNA PETUNT; REGIT IDEM SPIRITUS
ARTUS*

*ORBE ALIO; longæ (canitis si cognita) vitæ
Mors media est. Certe populi quos despicit Arctos,
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget leti metus: inde ruendi
In ferrum mens prona viris, Animaeque ca-
paces
Mortis; & ignavum REDITURÆ parcere VITÆ.*

Diogenes Laërtius in proöemio: Δρῦιδας αἰ-
νυμάλωδᾶς ἀποφθγγομένους φιλοσοφῆσαι φασί, σέβειν θεοὺς,
καὶ μὴδὲν κακὸν δρᾶν, καὶ ἀνδρείαν ἀσχεῖν. *Druidas a-
junt obscure, & per sententias philosophari, colen-
dos Deos, nihil mali faciendum, & exercendam
fortitudinem.*

*Animas
humanas
post hanc
vitam in*

§ V. Hos autem Druidas crassam *Metempsychosin*
adseruisse quominus assentiar hactenus sequentia
mo-

movent. Tenuerunt Animas humanas post homi-
nis mortem in *alium Orbem* ab hoc nostro secre-
tum, qui sedes *Manium* sit, transire, ibique vi-
tam ducere : ita Lucanus

CAP.
VI.

*alium
Orbem
Manium
sedem
transire
ex mente
Druidarum.*

— — *Regit idem spiritus artus
Orbe alio.*

Mela lib. iii. cap. ii. *Hi, Druidæ scilicet, ter-
rae, mundique magnitudinem & formam : motus
coeli ac siderum, & quid Dii velint scire profiten-
tur : docent multa nobilissimos gentis clam & diu
vicinis annis in specu, aut in abditis saltibus.
Unum ex iis quae praecipunt in vulgus effluxit,
videlicet ut forent ad bella meliores, AETERNAS ESSE
ANIMAS, VITAMQUE ALTERAM AD MANES.* Scili-
cet ex opinione Druidum mentes separatæ non des-
cendebant *sub terram* omnes, seu bonæ seu malæ
fuerint, sicuti Græcorum Romanorumque ferebat
opinio vulgaris, ut supra tetigimus, quibus Infer-
nus Animas sive miseriæ sive felicitatis statui fo-
rent destinatæ continebat, duabus videlicet con-
stans partibus quarum *dextram* boni, qui præmiis
fruantur, incolant, *sinistra* malos, qui suppliciis
excrucientur, comprehendat. Diphilus Comicus
apud Clementem Strom. lib. v.

Καὶ γὰρ καὶ ἂν δύο τρίβας νομίζομεν
μίαν δικαίων, ἑτέραν δ' ἀσεβῶν εἶναι
Ὅδον, καὶ ἡ τὰς δύο χελεύει ἡ γῆ.

Nempe INFERORUM ponimus duplicem viam,

Qq 2

Hanc

*Hanc destinamus IMPIIS, illam PIIS,
Uttramque earum TERRA CONDIT GREMIO.*

Virgilius Æneid. vi.

*Heic locus est partes ubi se via findit in ambas,
DEXTERA quae Ditis magni sub moenia tendit,
Hac iter ELYSIUM nobis : at LÆVA malorum
Exercet poenas, & ad impia TARTARA mittit.*

Sed si pie vixissent supra terram, orbemve hunc-
ce quem nos incolimus, in beatas sedes in Orbe
Lunæ, aliorumve planetarum, stellarumque fixa-
rum, ut Veterum Ægyptiorum & Chaldæorum,
cum quibus idem fere Druidæ sapuisse videntur,
erat sententia, ascendebant : Atque hoc sententia-
rum divortium notare mihi videtur Lucanus

— — *Vobis auctoribus UMBRÆ
Non tacitas EREBI sedes, DITISQUE PROFUNDI
Pallida REGNA petunt : regit idem spiritus artus
ORBE ALIO.*

*Animas
separatas
in alium
transire
orbem,
vitamque
divinio-
rem apud
veteres
fama
constans.*

§ VI. Vetustissima etenim fama, & sermo con-
stans erat homines, seu Animas separatas in *alium*
mundum, aliamque vitam & diviniorem ibidem
agendam transire. Audiamus August. Steuchum
de perenni Philosophia lib. x. cap. xix. *Constat*
itaque fidem, inquit, *apud mortales semper olim*
fuisse celebrem, ESSE POST HANC VITAM ALIUD VI-
TÆ GENUS DIVINIUS ANIMIS PIIS, *justisque para-*
tum, *eamque famam constantem* PER OMNES GEN-

TES

TES seculis omnibus increbuisse, nunquam spem
 banc ex humanis pectoribus extinctam, maestos
 eos, ac tristes destituisse. Plato itaque in apolo-
 giâ ei δὲ αὐτὸν ἀποδημῆσαι ἐστὶν ὁ θάνατος ἐνθέρπει εἰς
 ἄλλον τόπον &c. Sin autem MORS est quasi hinc in
 ALIUM DEMIGRARE LOCUM: & vera sunt quae di-
 cuntur, esse defunctos illic omnes: quid eo melius
 dari possit? Esse priscam publicamque famam de
 IMMORTALITATE Animorum, de PRÆMIIS ÆTER-
 NIS, de consortio, SOCIETATEQUE BONORUM, quam
 decantavit extulitque miris laudibus ibidem Socra-
 tes, nihil melius contingere cuiquam posse quam
 cum sapientissimis, justissimisque viris versari,
 quos Græcorum optimos fuisse scirent omnes. Hancce
 celebrem, penesque OMNES FUISSE FAMAM Plato
 docet. Si vera inquit sunt, quae dicuntur, sermo
 constans unanimisque, omnium testimonio corrobora-
 tus, quem fontem aliquem magnum unde fluere,
 auctoritatemque, quam humanam habuisse necesse
 est. Magnus igitur omni seculo crebuit rumor homi-
 nes EX HAC VITA IN ALIUM QUASI MUNDUM PROFI-
 Cisci, BONOSQUE CUM BONIS CONGREGATOS BEATIS-
 SIME VIVERE; quorum tanta sit beatitudo, ut qui sa-
 piens sit, non unam modo, ut eo fruatur consortio,
 SED MILLE MORTES LIBENTER OCCUMBAT. Addit e-
 nim Socrates ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἠέλω τεθῆναι, ἢ ταῦτα
 ἀλγίστην: ego sapius optarim mori, si haec vera sunt.

§ VII. Atque illud est quod Cæsar ait Animas Quorsum
 secundum Druidas non interire; sed ab aliis post textus
 mortem transire ad alios. Orbis scilicet alterius in Cæsaris
 colas: non per informationem; sed associationem. referen-
 Quod & confirmat ritus funerandi priscis Gallis dus sit.
 Gallorum

consuetus, quo servi & clientes qui plurimum a Dominis in vitâ fuerant dilecti una cum demortui heri cadavere cremabantur: ut videlicet & in altero Orbe ipsi deservirent, grataque præstarent ministeria. Imo & omnia ea quæ ipsi vivo maximo-peri cordi fuisse constabat pari jacturâ illius possessioni quasi perpetuæ tradebantur. Ita Cæsar de bello Gallico lib. vi. § XIX. *Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica, & sumptuosa; omniaque quæ vivis cordi fuisse arbitrantur in ignem inferunt, etiam Animalia: ac paulo supra hanc memorium servi & clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funeribus confectis una cremabantur.* Mela loco citato: *Unum ex iis quæ præcipiunt in vulgus effluxit, aeternas esse Animas, vitamque alteram ad Manes: ITAQUE CUM MORTUIS CREMANT AC DEFODIUNT APTA VIVENTIBUS OLIM.* Ita ut & gratissima ac beata Amicorum confortia ibidem vigere crediderint. *Erantque addit Mela qui se in rogos suorum VELUT UNA VICTURI, libenter immitterent.* Si autem Spiritus post mortem hominis in alium transit Orbem vitam acturus ibidem, & ita quidem ut rerum cararum permaneat possessio, iisque libere uti possit novi Orbis incola, non ille in hoc orbe novis continuo ergastulis concluditur, atque minus multo renascitur in Brutum, ut ait tamen Metempsychosis sic dicta Pythagorica. Unde & recte hunc animarum in alium Orbem transitum Metempsychosi opponit Vossius de Idolol. lib. i. cap. xxxv. *Nec sane arbitror Druidis fuisse Deos animales. Ut qui Animas quidem putarint esse immortales, sed nullâ viventium cura tangi: sive*

METEPU-

Μετμψυχῶσι statuerint, ut voluit Diodorus: sive
ex eorum mente

CAP.
VI.

— Regit idem spiritus artus

Orbe alio.

Ut Lucanus ait in primo.

§ VIII. In isthoc Animarum Orbe *vitae* hac ter-
restri *melioris* participes futuras mentes & respectu
durationis, & respectu *qualitatis* voluit Druida-
rum Theologia: unde relate ad praesentem vitam
longa absolute id est *infinita* audit

In isthoc
orbe, alte-
ro vita
melioris
partici-
pes Ani-
mas.

— — LONGÆ, canitis si cognita, vitae
Mors media est.

Farnabius in loc. *Mortem* contemnunt, imo ap-
petunt, ut quae VIAM AD IMMORTALITATEM ster-
nat. Atque ita Poëta meminit *vitae rediturae* id
est post mortem non desitura; sed in alio orbe
iterum ducendæ. Appianus *secundae vitae*: CEL-
TÆ moribus feri, mortis contemptores OB SPEM SE-
CUNDÆ POST INTERITUM VITÆ. Et respectu *qua-*
litatis utpote quæ præstantiâ suâ *Mortem* ad illam
medium appetibilem reddit:

— — Quos ille Timorum

Maximus haud urget leti metus, unde ruendi

In ferrum mens prona viris, Animaque capaces

Mortis.

Verum quod peramarum Mortis gustum delini-
re,

re, timorumque maximum, ut ait Lucanus hujusce metum excutere potest suo bonitatis superponendo id statu vitæ præsentis præstantius longe habitum sit necesse est. Vid. § VI. sub fin. Hinc Ammianus Marcellinus de nostris ait quod quæstionibus occultarum altarumque rerum erecti forent, & humana despectarint ex consideratione immortalitatis Animarum, adeoque status melioris post hac futuræ. *Inter hos DRUIDÆ*, inquit lib. XV. cap. IX. *ingeniis celsiores, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, sodalitiis adstricti consortiis, quæstionibus OCCULTARUM RERUM ALTARUMQUE ERECTI sunt & DESPECTANTES HUMANA PRONUNCIARUNT ANIMAS IMMORTALES.*

*Sed solas
pías.*

§ IX. Non autem quoscunque in altero Orbe dulci vitæ gavifuros; sed *impíos* & sceleratos iræ Divinæ obruendos: atque ita hominum post hanc vitam sortem, pro vario vitæ institutæ genere, variam nonnullorum a sacris exclusione significasse *Druidæ* videntur. Cæsar loco citato: *Et si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, iidem (Druides) decernunt; præmia, poenasque constituunt: si quis aut privatus aut publicus eorum decreto NON STETIT, SACRIFICIIS INTERDICUNT. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, ii numero IMPIORUM AC SCELERATORUM habentur; iis omnes decedunt, aditum eorum, sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur.*

*Druidas
a Me.*

§ X. Atque Druidas a *Metempsychosi* crassa fuisset

se alienissimos plene convincit qui apud eos obtinuit mos argentum dandi mutuuum ea conditione ut apud *Inferos* seu altero in Orbe redderetur: Valerius Maximus lib. II. cap. VI § X. *Vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum est, PECUNIAS MUTUAS QUÆ HIS APUD INFEROS REDDERENTUR dare solitos; quia persuasum habuerunt ANIMAS hominum IMMORTALES esse. Dicerem stultos, nisi idem Bracati sensissent, quod palliatus Pythagoras credidit. Avara* addit Maximus § XI. *Gallorum philosophia.* Quibuscum admodum male cohærent quæ supra Dixit Paganinus *Animas se-junctas a corpore negabant Druidæ tendere ad Inferos.* Vid. § I. hujus cap. Confirmat Mela qui *& negotiorum rationem generatim ad Inferos delatam* addit: *Unum ex iis, inquit, loco supra citato, quæ præcipiunt, (Druidæ) in vulgus effluxit, videlicet ut forent ad bella meliores, ÆTERNAS ESSE ANIMAS, VITAMQUE ALTERAM AD MANES. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt apta viventibus olim. NEGOTIORUM RATIO ETIAM ET EXACTIO CREDITI DEFEREBATUR AD INFEROS.* Quæ utique supponunt I. Certissime partes contrahentes post hanc vitam, si ulla crediti recuperandi spes & certitudo haberi possit, iisdem in locis vic-turas. Atque quidem II. eodem tempore ut debitor si prior obierit non isthoc loco secunda morte excedere possit antequam creditor illuc immigra-verit, atque adeo debiti solutionem altero fato præscindi nequeat: quod non amplius subeundam mortem innuit. III. Se mutuo conventuras, ne-gotiaque mutua tractaturas. IV. Nominique sol-

*tempsy-
chosi fuisse
se alienos
mutuum
in altero
orbe red-
dendum,
& nego-
ciorum
rationem
ad Infe-
ros dela-
tam do-
cere.*

vendo pares futuros debitores. Verum enim vero Transmigratio quam ajunt Pythagorica Æthalidem renatum nunc Trojam, Delum, Samum, nunc remittit aliorum: atque ex *inope* facit *Regem*, cui cum eo qui deterioris sortis est hand ita vulgare est commercium; imo vero & ex Rege, mediæque fortunæ viro mulierculam *pauperrimam* quæ solvendo non sit. Et quid si Fatum *Equum*, *Graculum*, *Ranam*, *Gallumve* procreaverit?

In Ani-
marum
mundo
non crasso
indutas
corpore
voluisse
mentes
Druidas
videri.

§ XI. Neque *crasso* in isthoc Animarum Mundo indutas *corpore* Mentes voluisse Druidæ videntur: dum literarum commercium inter hactenus viventes, & jam fato functos amicos per epistolas combustas haberi posse opinati fuerint. Ita Diodorus loco allato Διὸς ἔχεται τὰς ταφὰς τῶν τετελευτηκότων εἰς ἐπιστολαὶς γεγραμμένας τοῖς οἰκείοις τετελευτηκόσιν ἰμβάλλειν εἰς τὴν πυρὰν, ὥς τῶν τετελευτηκότων ἀναγνώσομένων ταύτας. Ideo (quod Animam credant esse immortalem) in *funeratione mortuorum* EPISTOLAS PROPINQUIS INSCRIPTAS IN ROGUM CONJICIUNT, QUÆ A DEFUNCTIS LEGANTUR. Sed literæ exustæ oculos crassos omnino fugiunt: & si unquam, non nisi iis, qui subtilioribus, quam ea quæ hominum sunt, membris opticis (quales Manium habentur oculi) sint præditi, novi quidpiam distincte enarrabunt. Atque hic idem penitus tenuisse quod Pythagoras, qui defunctos omni *corpore crasso* carere docuit, uti vidimus lib. I. cap. XII. imo & Ægyptii qui idem erant opinati, ut lib. III. cap. I. § XVII. patuit, Druidæ sic dici possunt.

Metemp-
sychosi
non sub-

§ XII. Porro Druidas crassam Animarum de corpore in corpus *transmigrationem* non asseruisse ex eo-
rum

rum *sacrificiis* satis fit apertum: dum vel hostiis *humanis* rem sacram facere consueverint? verum lege Metempsychosens abstinendum erat ab iis corporibus quæ *Majorum, Parentumve* Animas continere poterant, ne infandum committeretur *parricidium*, qualia certissime sunt quæcunque corpora humana. Cæsar in Sexto de bello Gallico § xvi. *Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus; atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis HOMINES IMMOLANT, aut se immolatu-ros vovent, administrisque ad ea sacrificia DRUIDIBUS utuntur; quod pro VITA HOMINIS, NISI VITA HOMINIS REDDATUR, NON POSSE ALITER DEORUM IMMORTALIUM NUMEN PLACARI ARBITRANTUR: publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia.* &c. Videantur & Strabo lib. iv. Mela lib. iii. cap. ii. &c. Neque Mentium in *Bruta* transitum somniasse *Animalia* quæcunque *capta Marti immolandi* Gallorum mos, cujus testis Cæsar est ibid. § xvii. Et *ex pecoribus variisque belluis holocausta* faciendi, cujus Strabo loc. cit. meminit ex eodem principio persuadere potest. Imo & illorum *carnium* in cibis usus vulgaris de quo idem Geographus: *Coenitantes in stramentis assident, plurima cum lacte illis esca, CARNIBUSQUE MULTIFARIAM, præsertim suillis & recentibus, & salitis.* ibid.

§ XIII. Tandem quæcunque fere apud Auctores Veteres de opinione Druidum, quantum mihi patuit hactenus, expressis verbis leguntur tantum

Et quæ
offendun-
tur apud
Veteres
passim de

sententia
Druidum
tantum
animæ
immorta-
litatem
dicere,
et apud
Manes
existen-
tiam,

*Mentis immortalitatem dicunt, ejusque 2. existen-
tiam apud Manes, ut audivimus Strabonem, Am-
mianum Marcellinum, Valerium, Melam &c. Imo
id solum esse quod ex institutis Druidarum in vul-
gus, sectæque extraneos, effluerit ultimum auc-
torem habemus, qui Gallis nostris parum amicus
(scilicet ipso definitore hæc gens *superba, super-
stitiosa, immanis* atque *fera* credenda est) riden-
dam Metempsychosæ fabulam sub splendido titu-
lo aeternitatis *Ani-narum, vitæque alterius ad
Manes* divenditaturus non fuisse, atque id *unum*
esse quod de Druidarum opinionibus innotuerit
enarraturus videtur. Quod ulterius claret ex Jam-
blichō, qui *Galatarum* opinionem describit *Ani-
mam interitus expertem esse, mortuisque supersti-
tem manere*. Ita ille de vitâ Pythag. Num. CLXXIII.
Ἐτι καὶ νῦν Γαλάται πάντες, καὶ οἱ Τράλλεις, καὶ οἱ πολλοὶ
τῶν Βαγβίρων τὰς αὐτῶν ψυχὰς πείθουσι, ὡς ἔκ ἐπι φθαρῆναι
τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ διαμένειν τῶν ἀποθανόντων, καὶ ὅτι
τὸν θάνατον οὐ φοβητέον, ἀλλὰ πρὸς τὰς κινδύνους εὐρώσας
ἐκτέον. Unde etiam GALATÆ omnes & Thracæ (vel
Tralliani) & alii multi Barbarorum liberos suos
instituunt ut credant ANIMAM INTERITUS EXPER-
TEM ESSE, MORTUISQUE SUPERSTITEM MANERE, a-
deoque mortem iis non pertimescendam; sed firma-
to animo periculis occurrendum. Quod Diodorus
Pythagoricæ sententiæ per omnia conforme judi-
cans Πυθαγόρας λόγον dixit, & pro suo conceptu
explicuit, vel phrasi vulgariori expressit: hunc
in-*

2. Existentiæ apud Manes.] Ap- bus feri, mo- tis contemptores ob SPEM
pianus in Celticis: CELTÆ mori. SECUNDÆ POST INTERITUM VITÆ.

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 317 ^{LIB. II.}
interim a crassa transmigratio- ^{CAP.} ^{VI.}ne esse alienum lib. i.
noster docuit, & quâ ratione Pythagoræ Palinge-
nesia sit capienda lib. iii. videbitur. Haud male
interim Vossius de Idolol. lib. i. cap. xxxv. *Quod*
Druidarum dogma (verba Lucani attulerat

— — *Regit idem spiritus artus*
Orbe alio

— — *Ignavum est redituræ parcere vitæ)*

quasdam esse reliquias censeo traditionis a primis
Noachidis acceptæ de CORPORUM RESURRECTIONE,
ET ALTERA VITA.

C A P U T VII.

An GERMANI Veteres, & GETÆ pro
Metempsychosi steterint?

§ I. **D**E *Druidis* apud Gallos postquam locutus ^{Germanos}
erat Gaudentius iis ut *Metempsychosin* ^{Transmi-}
tronos accenset *Germanos* veteres atque *Getas*. ^{grationis}
Gallis inquit eodem cap. xvi. *ad GERMANOS, po-* ^{crassæ}
pulosque SEPTENTRIONIS manavit ejusmodi dogma. ^{assertores}
Nam Lucani sunt verba ^{ex ali-}
^{quorum}
<sup>opini-
one.</sup>

— — *Certe populi quos despicit Arctos.*

Scilicet idem cum Druidis sentiunt. Appianus
in Celticis: CELTÆ moribus feri, mortis contemp-

R r 3

tores

tores ob SPEM SECUNDÆ POST INTERITUM VITÆ. De Celtis loquitur Appianus, CELTARUM autem nomine non soli Galli, sed & GERMANI intelliguntur.

A Gallorum institutis alienos Germanos secundum Cæsarem; sed perperam.

§ II. A Gallorum contra institutis alienos esse Germanos voluit Cæsar & apud eosdem extitisse Druidas, imo vel alios sacrificiis invigilantes negavit. Ita de bello Gallico lib. VI. § XXI. factur: GERMANI multum ab hac consuetudine (Gallorum scilicet) DIFFERUNT: NAM NEQUE DRUIDES HABENT, qui rebus divinis præsent; NEQUE SACRIFICIIS STUDENT. Deorum numero eos solos ducunt quos cernunt, & quorum opibus aperte juvantur, Solem & Vulcanum & Lunam: reliquos ne famâ quidem acceperunt. Sed res Germanicas minus perspectas habuisse Cæsarem viris doctis notatum est. 3. Et Germanos moribus & vivendi ritibus Gallis pares fuisse testem habemus Strabonem: Statim igitur regionem, ait Geographus lib. VII. non procul ab initio, trans Rhenum ad ortum vergentem GERMANI incolunt nationem GALLICAM PAULISPER IMITANTES & feritatis, abundantia & proceritate corporum, & colore flavo, cum RELIQUIS IN REBUS ET FORMA ET MORIBUS, ET VIVENDI RITIBUS PARES EXISTANT QUALES GALLOS DIXIMUS. Atque sacrificiis studuisse Germanos Veteres, imo vel iisdem quæ Druidarum ἀσπασμόν τεύον erant,

3. Viris doctis notatum est.] Bur- verisimile est: reclamante licet Cænetus Archæol: Philos. cap. II. p. sare quoad Germanos: utpote quorum m. 299. Germanos & Britannos origines a Celtis esse derivandas non eosdem cum Gallis habuisse Druidas dum satis didicerat.

erant, auctor Tacitus est de moribus Germanorum p. m. 434. *Deorum* inquit, *maxime Mercurium colunt cui certis diebus HUMANIS quoque HOSTIIS LITARE fas habent.* Et apud eosdem extitisse qui sacris præfuerint, qui iidem pro *Druidarum* instituto iustitiæ publicæ quoque fuerint administri idem nobis dedit Historicus ibid. *Cæterum neque animadvertere, neque vincere, neque verberare quidem nisi SACERDOTIBUS permittitur: non quasi in poenam, nec Ducis jussu, sed velut Deo imperante &c.* Tandem Germanos suos habuisse 4. *Druidas Bardos*, qui fortia virorum illustrium facta, eorumque conditionem beatam (s. ut suorum in proelia euntium animos accenderent) cantabant 6. ex eodem Tacito discere est: *primumque omnium virorum fortium, ait, ituri in proelia canunt (Herculem) sunt illis hæc quoque CARMINA quorum relatu, quem BARITUM (BAR-*

DI-

4. *Druidas Bardos.*] Scilicet Druidarum nomen erat generale sub quo & Bardi, & Eubages comprehendebantur. Vid. Pontanus append. ad itinerar. Galliæ Narbonens. p. m. 121. lapidem moventes depingit Annal. xiv. Igitur *Monam insulam*, inquit, incolis *validam & receptaculum per- fugarum aggredi parat* (Paulinus Suetonius) — — *Stabat pro litore diversa acies, densa armis virisque, intercurrentibus feminis, in modum Furiarum veste serali, cinibus dejectis, facies præferebant.* DRUIDÆQUE circum preces diras sublati ad coelum manibus fundentes, novitate aspectus perculere militem; ut quasi herentibus membris immobile corpus vulneribus præberet.

6. *Ex eodem Tacito discere est,*]

ditum, vide Beatum Rhenanum in loc.) *vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur.* Lucanus lib. 1. *Pharsal.* vers. 447. & seq.

*Vos quoque qui fortes animas belloque peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis aevum
Plurima securi fudistis* CARMINA BARDI.

Imo & alios præter Solem, Vulcanum, Lunam (quos Romanâ appellatione ita memorat Cæsar) Germanis fuisse Deos apud Vossium videre est de Idolol. lib. 1. cap. xxxvii. Germanos autem sub nomine *Celtarum*, quorum Magi *Druidae*, ut supra vidimus, quoque comprehendendi Herodotus, aliique monstrant. Ita Istri originem apud Celtas locat Historicus lib. ii. § xlv. *ISTER namque fluere incipiens a CELTIS, atque urbe Pyrene (Celtae autem sunt extra cippos Herculis, Cyneſtis finitimi, omnium in Europâ ad occasum habitantium ultimi)* &c. Et iterum lib. iv. § cvi. *Omnem enim Europam ISTER emetitur (sumpto ex CELTICIS initio, qui omnium in Europa ad solis occasum extremi sunt post Cynetas.)* Huiusce vero fluvii fontes in Germaniâ aperiri constat. Unde recte ad Herodoti locum Beatus Rhenanus *CELTARUM appellatione more Veterum auctorum Hecataei videlicet, Phylarchi, Hermippi & Diodori Siculi GERMANOS intelligere oportet.* Rerum Germanicar. lib. iiii. p. m. 128. Imo Illyrios, Germanos, Gallos, Hispanos Britannos generali denominatione *Celtas* dictos vulgatum est: videri possunt Buno not. ad Cluverii

rii introd. ad Geogr. lib. II. cap. I. § III. Reinesii. differt. de Deo Endovellico &c. Ut bene hic Gaudentius CELTARUM autem nomine non soli Galli, sed & GERMANI intelliguntur.

§ III. Germanis itaque Druidarum opinionibus inhærentibus non est quod multum allaboremus ut eos a Metempsychosi fuisse alienos evincamus: cum id de illorum magistris cap. præcedenti probatum sit. Atque nihil hic præsidii afferre Lucani & Appiani verba ibid. vidimus. Imo vero longe aliud quid de Germanis significare 7. Appianum Certum est quando ait quod iis *mores ferocissimi insint in aggrediendo insigni audacia, contemptus mortis maximus ob REVIVISCENDI spem*. Ain? id est Animæ per varia corpora *circulationem* creditam & exoptatam. Nego: misera hæc ad fortitudinem vitæ prodigam incitatio persuasoria, quæ si minus forte propitia sit Nemesis ex Homine *Brutum* promittat: vel si omnino belle res ceciderit conditionem humanam fragilem mortalem miseram alteram vitæ sancte, justeque ductæ, pulchreque depositæ faciat præmium. Hæc res est, si quid video: Gallorum & Germanorum *Bardi fortia virorum illustrum facta heroicis composita versibus, cum dulcibus lyre modulis cantitabant*, ut ait Ammianus lib. xv. cap. ix. Lucanum audivimus. *Ituri in prælia canere hæc carmina solebant, eorumque relatu suorum animos accendere*, ut §. præcedenti Tacitus. Qua autem ratione animos accendebant, & mortis fugabant metum? Spe atque exemplis

Germanos a Metempsychosi alienos; cum viros fortes post mortem vitam conditionemque divinam consequi voluerint.

S s

Ré-

7. Appianum.] De bello Celtico c. I.

Reviviscendi propositis: *Heröum* videlicet, omniumque *bonorum* fortiter pro aris & focis decertantium Animas, si cadant, non interire, sed *vitam suaviorem auspicari*, in Divorum consortio ducendam, nullaque amplius morte finiendam. Ita *Tuistonem* & *Mannum* gentis conditores carminibus istis animos facientibus Deos proclamare, & venerari consuetum erat. Tacitus ibid. *Celebrant carminibus antiquis* (quod unum apud illos memoriae & annalium genus est) *TUISTONEM DEUM terræ editum, & filium MANNUM originem gentis conditoresque*. Imo & *Herculem* (Heroem puto quempiam Germanum) Idem ibid. *Fuisse apud eos & HERCULEM memorant*, PRIMUMQUE omnium VIRO-
RUM FORTIUM ITURI IN PRÆLIA CANUNT. Sic Arminium, fortitudinis gloriâ præclarum, (qui ut Tacitus Annal. lib. II. sub fin. *Liberator* haud dubie *Germaniæ non primordia populi Romani, sed florentissimum imperium lacefferit: præliis ambiguus, bello non victus*) carmina sacra prædicabant ut idem testis est ibid. *Caniturque* (Arminius) *ad-
huc Barbaras apud gentes, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur* &c. Bonorum itaque *Animæ* ex sententiâ Germanorum Veterum post hanc vitam terrestrem in *vitam* meliorem beatam, *Divinam* in alio orbe ducendam transibant. Et hac ratione vitæ illius *augustioris* spes præsentem spernere vitam, ejusque jacturam nihil facere nostros docuit.

Et de-
mortuis
remanere
rerum
propria.

§ IV. Atque Germanos credidisse Animarum in felicem statum transitum in quo rerum solitarum permaneat usus aliquis, *funerandi ritus*, quo hæc cum

cum demortuo in ignem immittebant (non alium scilicet in finem quam ut huic in isthoc Animarum mundo inservirent) docet. Tacitus de moribus Germanorum p. 439. *Funerum nulla ambitio id solum observatur ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant.* SUA CUIQUE ARMA, QUORUNDAM IGNI ET EQUUS ADJICITUR. De Veteribus *Boruffis* Hartknochius Dissert. XIII. de funer. Veter. Prussor. *Si femina, ait, erat igni cremanda colus insigne sexus feminei solebat simul comburi. Si vir nobilis moritur arma, equi, servi & ancillae vestes, canes venatici, aves rapaces & alia quae spectant ad militiam: si ignobilis comburebatur id quod ad officium suum spectabat. Credebant addit Hartknochius quod RES EXUSTÆ CUM EIS RESURGERENT ET SERVIRENT EIS SICUT PRIUS.* Quam resurrectionem non aliam capio quam harum rerum ex cineribus ad esse quodpiam in alio orbe transitum, seu qualemcunque genesin. Quæ rerum existentia qualis concepta fuerit ab iis qui demortuos *homines*, præstantissimos scilicet, faciebant *Deos*, ut apud Germanos erat, & nulla interim rerum corporearum sit possessio nisi rerum crasse extensarum, ni *umbratilem* volueris, hactenus ignoro. Eandem interim, quæ hic Germanis erat, consuetudinem & aliis gentibus, præter *Gallos* de quibus vidimus, fuisse, cujusce rationem rerum in altero mundo usum memorant, apud auctores passim legere est. De *Tartaris* Asiaticis W. Litgouw refert Itinerar. lib. II. pag. 51. *Eos si Rex fatis cedat, prope illius sepulcrum cellam*

quampiam, puteumve instruere in quo ex quovis ministrorum ordine unum, qui maxime regi carus fuerit, contumulant, ut REGI IN PARADISO FAMULENTUR confepulti; Ut de iisdem tradit Martinus Jesuita *morientibus nobilibus vulgo servos nonnullos cum cadavere concremari: sicut & uxores, equos, arcus, sagittas &c. ut MORTUO & post facta INSERVIRENT* Vid. Carolin. Ethnicism. hodiern. lib. I. cap. XXIV. sect. IV. Et de Chinenfibus Linschotanus: *quod morientibus eorum primatibus nonnulli ex servis & pellicibus leto dentur vulgo, omnigenaque suppellex, monilia, gemmæ &c. cum cadavere tumulo condantur in demortui in alterâ vitâ CONSORTIUM ET USUM, apud eundem ibid.* Ubi paria fere de pluribus aliis gentibus legas. Verum enim vero talis *rerum propriarum* in alterâ vitâ *possessio, & usus* cum Metempsychosi non cohæret. Ea etenim non aliam formam quam utensilium humanorum capacem, qualis Bruti nunquam est, induendam asserit. Uti Maris in Mulierem transmigrationem creditam uxorum in feralibus negat internecio. Et tandem iisdem stricte rebus posthac utendi fides quæ in vitâ terrestri fuerunt usui, armis, equis, & quæ ad cujusque conditionem, officiumque spectabant, non Equitem in Peditem renasciturum, neque Militem in Sacerdotem, nec Regem tandem in Mendicum clamat.

*Imo animalia
mactarint
& in cibos
adhibuerint.*

§ V. Imo eandem Germanos ignorasse animantia *caedendi & carnibus* in cibis quotidianis vescendi consuetudo asserit. *Herculem & Martem* ait Tacitus *concessis ANIMALIBUS placant.* Cæsar de bello Gallico lib. VI. § XXII. *Majorque pars victus*

tus eorum (Germanorum) lacte, & caseo, & CAR-
NE consistit. Tacitus de mor. German. p. m. 438. CAP. VII.

Cibi simplices, agrestia poma, recens feras, aut
lac concretum. Cælius Rhodiginus Lect. antiq. lib.
XVIII. c. XX. CARNIBUS vesci fere crudis (Ger-
manos). Sicuti tandem Animantium pelles loco
vestium usurpatæ horum cædem fuisse illicitam ne-
gant. Tacitus lib. cit. p. 437. Gerunt & FERA-
RUM PELLER proximi ripæ negligenter, posteriores
exquisitius, ut quibus nullus per commercia cul-
tus. Eligunt FERAS & DETRACTA VELAMINA spar-
gunt maculis, pellibusque belluarum, quas exterior
Oceanus, atque ignotum mare gignit.

§ VI. De Getis ita eodem cap. XVI. Pagani-
nus Gaudentius: In societatem Gallorum & Ger-
manorum transisse ipsos quoque GETAS, quando
agitur de Animabus a CORPORIBUS IN CORPORA
TRANSMIGRANTIBUS ambigere nos vetat Julianus
Cæsar: ipsi enim vitæ prodigi NON MORI SED MI-
GRARE SE EXISTIMANT. Verum enim vero post
mortem aliorum migrare, & non interire penitus
idne crassam per se dicit Metempsychosin? Quid
tuum tu, mi Gaudenti, Cætera mitto, ait Reli-
gio? Videamus tamen. Verba quæ indicat Pa-
ganinus Trajani sunt apud Julianum in Cæsaribus:
cujus sic habet oratio p. m. 142. Καὶ τὸ Γετῶν ἔθνος
ἐξέειλον, οἱ τὴν πάσῃ μαχίμῳ γεγόνασιν, ἐχ' ὑπὸ ἀν-
δρείας μόνον τῷ σώματι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπεισεν αὐτὰς ὁ
τιμῶν παρ' αὐτοῖς Ζάμολξ. καὶ ὃ ἀποθήσκειν, ἀλλὰ
μετακίττειν νομίζοντες, ἐταιμοτέρας αὐτὰς ποιεῖν, οἱ τὰς
ἀποδημίας ἀπομύθουσιν. Quæ ex Petri Cunæi versione
sonant. GETASQUE extirpavi, qui sunt omnium

quotquot unquam fuere hominum bellicosissimi, non ob corporis modo robur; sed quia penitus animis infixa tenent quæ illis ZAMOLXIS persuasit, qui magnis illic colitur honoribus. Non enim MORTE INTERIRE SE, SED ALIO MIGRARE, quodam opinionionis credunt errore; eaque res efficit uti sint ad incerta casuum paratiores, qui duntaxat ANIMÆ QUANDAM EXSPECTANT IN ALIO ORBE PEREGRINATIONEM. Aliter paulo alii legunt, videlicet: Ἀλλὰ καὶ ὧν ἔπεισαν αὐτοὺς ὁ τιμώμενος παρ' αὐτοῖς Ζάμολξις, ὃ γὰρ ἀποθήσκειν, ἀλλὰ μετακίεσθαι νομίζοντες, ἐτοίμοι εἰσι αὐτὸ ποιεῖν, ἢ ταῖς ἀποδημίαις ὑπομένειν. Sed ὅ propter eam, quam eorum animis defixit opinionem qui apud ipsos colitur Zamolxis. Non enim se MORI, sed in alias sedes transferri existimantes PARATIUS ID FACIUNT, QUAM CUM ITER AUT PEREGRINATIONEM SUSCIPIUNT. Quæ omni procul dubio vera lectio est, sensus verus. Zamolxis enim eadem tenens de mente ac Pythagoras Animæ hoc in terrestri corpore statum ἀποδημίαν, illius peregrinationem seu exilium voluit: dum ex æthereis sedibus in hoc corpus miserum decidisse credidit. Contra ex hoc corpore egressum reditum in patriam diceret. Mens etenim ex sententia Pythagoreorum relicto veritatis prato cum in hoc terrenum descendit corpus a Deo velut exul aberrat, ut pulcre ex Empedocle Hiërocles comm. in aur. Carm. p. 254.

— — Φυγὰς γιόθεν, καὶ ἀλήτης,
Νείκει μιανομένῳ πίσυνος.
Ἄνισι δὲ, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἔξω ἀπολαμβάνει,

Εἰ φέυξει τὰ περὶ γῆν, ἔ τὸν ἀτερπέα χῶρον.

CAP.
VII.

— — *Divinitus exul & errans,
Lite furente agitur.
Sed revertitur, atque primum habitum resumit.
Terrea si fugiens tristem despexerit oram.*

Atque dissoluto eo quod compositum fuit Anima in locum PROPRIUM (εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον) ex eorum mente abit. Cumque se denuo receperit in INTERIORA COELI οἷαδε ἦλθεν DOMUM venit: ut vidimus lib. I. cap. VI. § VI. in Not. Atque inde ex opinione *Getarum*, omniumque eorum, qui doctrinam Pythagoricam sequuntur, fatius atque optabilius est hinc μετακί-
ζεσθαι, quam hoc in carcere terrestres tolerare peregrinationes.

§ VII. *Zamolxin* autem Pythagoræ extitisse discipulum (imo ut ajunt servum) qui omnia sua huic debuerit sapienti, & *Getas* aliosque *Pythagoreis* imbuere opinionibus videas apud Porphyrium de vit. Pythag. Num. XIV. & Jamblichum Num. CIV. & CLXXIII. Qui posterior loco hoc ultimo rem nostram illustrans aliquantum (dum opinionem quam ex Pythagora hauserit & docuerit *Zamolxis* declaret Animæ immortalitatem, seu Animam interitus expertem esse, mortuisque supersitem manere) hæc tradit. Καὶ τί δὲ τέτῳ θανυμάζειν τὴν ἀγωγὴν ἔ τσοφῆς ἐλευθέρας μετέχοντας. Ζάμολξις γὰρ Θραξ ὦν, ἔ Πυθαγόρε δούλος γενόμενος, καὶ τῶν λόγων τῶ Πυθαγόρε διακρίσας, ἀφελὲς ἐλευθερός, καὶ παρὰ γενόμενος πρὸς τὴν Γέτας, τὰς τε νόμους αὐτοῖς ἔθηκε, κατὰ πρὸς καὶ ἐν ἀρχῇ δηλώκαμεν, καὶ πρὸς τὴν ἀσθεῖαν τὰς πολί-
ταις

Zamolxin
Getas
Pythago-
reis opi-
nionibus
imbuisset.

τας παρεκάλεσε τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι πείσας. ἐπὶ καὶ νῦν οἱ Γαλάται πάντες, καὶ οἱ Τρῳαῖοι, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν Βαρβάρων τὰς αὐτῶν υἷας πείθουσιν, ὥς ἔκ' ἐστὶ φθαρῆσαι τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ διαμένειν τῶν ἀποθανόντων, καὶ ὅτι τὸν θάνατον ἔφρονητόν, ἀλλὰ πρὸς τὰς κινδύνους εὐρῶς ἐκτεόν. καὶ ταῦτα παιδεύσας τὰς Γέτας, καὶ γεράσας αὐτοῖς τὰς νόμους, μέγιστος τῶν θεῶν ἐστὶ παρ' αὐτοῖς. *Verum quid hosce miremur, qui & educati sunt, & vixerunt liberaliter? cum ZAMOLXIS & Thrax fuerit, & SERVUS Pythagoræ. Hic autem postquam SERMONES Pythagoræ PERCEPISSET manumissus, atque ad GETAS reversus, & leges ipsis tulit, sicut ab initio diximus, & ad fortitudinem populares suos incitavit; dum iis ANIMÆ IMMORTALITATEM persuasit. Unde etiamnum GALATÆ 8. omnes & THRACES, & alii multi Barbarorum liberos suos instituunt, ut credant ANIMAM INTERITUS EXPERTEM ESSE, MORTUISQUE SUPERSTITEM MANERE; adeoque mortem iis non pertimescendam, sed firmato animo periculis occurrendum. Cum itaque GETAS HÆCCE DOCUISSET, legesque illis præscripsisset maximus Deorum apud illos habitus est.*

Anima-
rum post
hanc vi-
tam
Transmi-
gratio-
nem ex
sententiâ

§ VIII. Atqui hanc Animæ Immortalitatem & Μετοίκησιν neutiquam ad crassam, quam volunt, Metempsychosin esse trahendam quam apertissime, ut cætera mittamus, docet Herodotus, apud quem videre est *Getas* asseruisse Animas separatas *tran-*

1. *Galatæ.*] Quod existimat Jam-
blichus Galatas nobilem hanc fen-
tentiam ex Zamolxi Pythagoræ
discipulo hausisse, cum grano fa-
lis capiendum est: cum eam com-
prehenderit Druidarum institutio
Pythagorica longe Vetustior, qua-
que ipse usus est Pythagoras.

transire ad beatum Zamolxin in hujus consortio *vi-*
tam tracturas consummatam, omnigenis bonis af-
 fluentem, infinitam: atque id ipsum eisdem do-
 cuisse Zamolxin nostrum. *Sed priusquam* (ait lib.
 IV.) *ad Istrum perveniret* (Darius) *primos sube-*
git 9. GETAS, qui de IMMORTALITATE SECTAM SE-
 QUUNTUR (Γέτας τὰς ἀθανάτιζοντας.) — — *Immor-*
talitatem autem tenent hoc modo: MORI SE NON
 PUTANT, SED EUM QUI DEFUNCTUS EST MEARE
 AD ZAMOLXIN DÆMONEM, &c. (Ἀθανάτιζοι δὲ τὸν
 δὲ τερόπον ἔτε ἀποθήσκων ἐωυτὰς νομίζουσι ἵεναι τε τὸν ἀπολλύ-
 μνον παρὰ Ζάμολξιν δαίμονα.) — — *Verum ut ego*
a Græcis accepi Hellepontum & Pontum incolen-
 tibus, ZAMOLXIS hic homo fuit, Samique servi-
 tutem servivit Pythagoræ Mnesarchi filio. Illinc
 nactus libertatem quum multum pecuniæ comparaf-
 set in patriam rediit. Qui cum animadverteret
 Thraces male viventes, & subinscite ipse edoctus
 Jonicum vivendi genus, & mores liberaliores quam
 Thracum, ut qui versatus esset cum Graecis, cum-
 que Pythagora non infirmissimo inter Graecos so-
 phista, domicilium virile extruxit, in quod primos
 quosque popularium convivio accipiebat, & inter
 convivandum docebat NEQUE SE, NEQUE SUOS CON-
 VIVAS, NEQUE ILLOS QUI INDE SEMPER GIGNE-
 RENTUR INTERIRE: SED IN EUM LOCUM VENTU-
 ROS UBI SUPERSTITES PERPETUO BONORUM COM-

Getarum
in beatas
fieri se-
des, ubi
in confor-
tio Za-
molxis
perpetui
fruantur
felicitate

T t

PO-

9. Getas &c.] Generatim de περὶ τὸν Ζάμολξιν. Non Scythis tantum
 Scythias ad Zamolxin ablegantibus moris est immortalitate donare homi-
 Lucianus in Scyta. οὗ Σκυθαις μόνον, & ad Zamolxin ablegare mor-
 τειχόμενοι οἱ ἀποθανάτιζον καὶ πύμπαν τῶν, &c.

POTES ESSENT. (Ἀναδιδάσκων ὡς ἔτε αὐτὸς, ἔτε οἱ συμποταὶ αὐτοῦ, ἔτε οἱ ἐκ τῶν τῶν αἰεὶ γινόμενοι ἀποθανέονται, ἀλλ' ἔξοσι ἐς χάρον τῶτον ἢ αὖτε περιέοντες ἔξοσι τὰ πάντα ἀγαθὰ.) Scilicet hunc Zamolxin in locis *amoenis*, *beatisque* imperitare fides erat. Vid. Alex. Ross. Relig. mund. sect. v. &c.

Quod ritu
nuncium
ad eundem
mittendi
confirmetur.

§ IX. Tandem & omnem crassæ Transanimationi quasi Getis acceptæ fidem derogat eorum consuetudo, quando harum istarumve rerum laborabant inopia, ad Zamolxin suum *mittendi legatum* quempiam, qui angustias declaret atque opem omni obsecratione impleret præsentem, quam apud Herodotum, aliosque offendimus: AD HUNC (Zamolxin) inquit loc. cit. *MITTUNT assidue cum navi quinque remigum NUNTIIUM quempiam, ex se ipsis sorte delectum PRÆCIPIENTES EA QUIBUS semper INDIGENT. Eumque ita mittunt: quibusdam eorum datur negocium ut tria jacula teneant: aliis ut comprehensis ejus qui ad Zamolxin mittitur manibus, pedibusque hominem agitant in sublime jactent ad jacula. Qui si inpraesentiarum extinguitur, propitium sibi Deum arbitrantur: sin minus ipsum nuntium insimulant; asseverantes malum illum esse virum. Hoc insimulato alium mittunt, dantes adhuc vivendi mandata. Id Animam corpori excussam rectâ Zamolxin æthereas sedes incolentem petituram sibi persuasisse Getas declarat; sed qua ratione si lege Metempsychosews alio mox corpore terrestri fuerit comprehensa, sedesque æthereas conscendere impedita, (ut nunquam in eas admittit Metempsychosis) suum ad Zamolxin feret nuncium? Videmus itaque ex Getarum*

tarum opinione Animas immortales post hominis mortem in beatas sedes ad Zamolxin transferendas, omnigenis bonis gavifuras perpetuo &c. Quæ a crassa Transmigratione sunt aliena.

CAPUT VIII.

De ORPHEO pauca.

§ I. **O**Rphei, (qui εὐρηκέναι τελετὰς θεῶν καὶ ἔργων ἀνοσίων καθαρίσεις, νόσων τε ἰάματα, καὶ πονεῖν ἀνοσιότητων θεῶν, *Deorum initia, & nefariorum facinorum expiationes morborum etiam remedia, & iratorum Numinum placationes adinvenisse* creditus est, auctore Pausania in Boeot.) Theologiam ac Methodum secutum esse Pythagoram supra lib. I. cap. II. § IX. & x. memoravimus. Et hosce Phoenices, quod ad caput controversum de *mentis post mortem statu* attinet consensisse vix dubia res est: unde sermo de *reductione Animarum* Olympiodoro & *Orphicus & Pythagoricus* audit, παλαιὸς αὖτ, λόγος Ὀρφικός τε Πυθαγόρειος ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων καὶ τῷ κύκλῳ πολλὰκις. *Sermo vetus ORPHICUS & PYTHAGORICUS de deductione Animarum in corpus & earundem ex corpore reductione in isthoc circulo saepius.* In Plat. Alcibiad. (Quamquam alias non tam aperte hunc Vatem, quam quidem alios, Metempsychosis assertorem renunciat communis fama: Uti & hunc filet Gauden- tius.) Paucis ergo ob *Orphicae & Pythagoricae*

doctrinæ harmoniam passim prædicatam, Orphei de hominis post mortem statu sententiam tangere lubet.

Pios ex
Orphei
sententiâ
post hanc
vitam
plene bea-
tos futu-
ros.

§ II. Quam autem Threïcius noster hic foverit opinionem non ita obscure pellucet: *Beatos scilicet plene futuros post mortem voluit, qui Deos in hac vita rite coluissent*: ita Orphici illius coram Leotychida declarat oratio beatam immortalitatem omnibus qui sacris Orphicis rite initiati forent promittens. Ita rem narrat Plutarchus Apophtheg. Lacon. p. 224. Πρὸς Φίλιππον τὸν Ὀρφωτελεστὴν πάντε-
λως πῶλχόν ὄντα λέγοντα δ' ὅτι οἱ παρ' αὐτῷ μυηθέντες μετὰ
τὴν τῷ βίῃ τελευτῇ εὐδαιμονῶσι. τί ἐν ᾧ ἀνόγητε εἶπεν ὃ τὴν
παχίστην ἀποθήσκεις, ἵνα ἀναπάσῃ χειροδαιμονίαν τε καὶ
πέναν καλῶν. *Philippo ORPHEI SACRIFICULO extreme pauperi dicenti abs se SACRIS INITIATOS POST MORTEM BEATOS ESSE: cur inquit (Leotychidas) fatue non quam primum moreris, ut desinas tandem infelicitatem tuam paupertatemque plorare.* Unde hujusce discipuli *Thracæ* ob creditum post hanc vitam *statum vitamque potio-rem* exequias cum hilaritate celebrare consueverant. Valerius Maximus lib. II. § XII. *Thraciæ vero illa natio merito sibi sapientiæ laudem vindicaverit, quæ natales hominum flebiliter, EXEQUIAS CUM HILARITATE CELEBRANS, sine ullis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitum pervidit. Removetur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit; si ejus aliquanto FELICIOR AC BEATIOR FINIS REPERIETUR.* Quod autem ait Maximus *sine ullis doctorum præceptis*, quo fulciatur tibicine non video; cum huic genti

genti leges moresque formantia præcepta dederit Orpheus, ut supra lib. i. cap. 11. § X. notatum est. Neque doctis caruerit Thracia, contra antiquissimis gavisa sit Poëtis. Strabo Geogr. lib. x. *Et qui priscae Musae curam studiumque dederunt THRACES fuisse perhibentur* EPHORUS, ORPHEUS, ET MUSÆUS ET THAMYRIS, &c.

§ III. Scilicet *Impios* hac peractâ vitâ in *Inferno* cruciatibus obnoxios tradebat Orpheus: *bonos* autem *amoena* manere *prata*, in quibus summâ de-
tur frui i. beatitate: sicuti refert Diodorus illum ex Ægypto Græciæ intulisse τὰς τῶν ἀσεβῶν ἐν ᾧδῃ τιμωρίας καὶ τὰς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας, IMPIORUM IN INFERNNO POENAS, ET PIORUM PRATA AMOENA. Lib. i. p. 87. Atque hanc piorum sedem Lunam, sphærasque coelestes voluisse videtur: hanc enim orbem quendam habitabilem esse opinatum fuisse nostrum ex Proclo lib. 111. in Tim. Plat. habemus, ubi ita

T 3

M-

i. *Beatitate.*] August. Steuchus de perenni Philosophia lib. x. cap. xxii. p. 200. *Sed vetustissimi Græcorum Musæus, & filius ORPHEUS* Hæc Plato. *Et his constat verissima esse que de Theologia majorum prodita sunt, multa mysteria propter securam bonitatem eos tenuisse, de Deo multa divinitus locutos esse, animos immortales bonos in bonis, malos in malis poenisque futuros agnovisse. Videmus enim ORPHEUM, Musæum, Homerum, Hesiodum, Pindarum aliisque ante natos philosophos uno ore* *ἀπὸ πάντων χρόνων, ἡδὲ* *ἀετέως μισθὸν μέθῃ κείνους. At vero hæc omnia cecimise.* IMPIOS inquit & sceleratos in COE-

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἣν τε σελήνην
Ἀθάνατοι κλήζουσιν ἐπιχθόνιοι δὲ τε μήνην.
Ἡ πολλὰ ἔρ' ἔχει, πολλὰ ἄγρια, πολλὰ μέλαθρα.

*Altera terra vaga est, quam struxit : quamque
Selenem*

*Dii vocitant, nobis nota est sub nomine Lunae.
Haec montes habet, ac urbes, aedescque superbas.*

Aegyptii etenim, quorum doctrinam hauserat
Orpheus, duplicem tellurem statuentes, *Inferio-*
rem alteram, hanc frugum procreatricem quam
nos mortales habitamus, *superiorem* alteram, *Lu-*
nam videlicet, hanc Animas corpore solutas inco-
lere volebant, ut videri potest ex iis quæ lib. II.
cap. I. § V. ex Erudito apud Piërium adduximus.

Et qui-
dem æ-
ternis.

§ IV. Imo & Impiorum in Inferno poenas *aeter-*
nas docuit : ita in Mercurii terrestris hymno de
Mercurio ait

Κακὺν ἔχοντα νείων ἀνυπότροπον οἶμον ἀνάγκης.

Cocytii habitans IRREMEABILEM viam necessitatis.

Ad quem versiculum Ficinus Theol. Plat. lib.
XVII. cap. IV. *In iis verbis poenas apud Inferos
ponit ÆTERNAS, REGRESSUMQUE ILLUM MULTIPLI-*
CEM A VITA IN VITAM PENITUS AUFERT. Quem-
admodum inde portas Inferni frangi non posse dixit :

Ἀρρηκτοὶ τ' αἰδοὺ πόλαι καὶ δῆμος οὐείγων.

Fran-

Afferuit itaque Orpheus ut mentis post excessum e corpore permanentiam, proque vitæ prioris merito præmium vel poenam; sic bonis tale præmium quod plenam ὑδαιμονίαν inferat, Locum hisce inhabitandum prata amoena: Impiorum sedem Infernum, in eoque fubeundos cruciatus perpetuos. Ut non immerito maximus inter Græcos Theologus, quique quam proxime veritatem attigerit ut Gentilibus sic Christianis audierit: quemadmodum de illo Diodorus lib. iv. Περί δὲ παιδείας ἀσχοληθεὶς καὶ τὰ περὶ τῆς θεολογίας μύθολογύμνημα μαθὼν, ἀπεδήμησε μὲν εἰς Αἴγυπτον, καὶ κεῖ πολλὰ πρωτοεπιμαθὼν μέγιστος ἐγένετο τῶν Ελλήνων, ἐν τε ταῖς τελεταῖς, καὶ ταῖς θεολογίαις, καὶ ποιήμασι, καὶ μελωδίαις. *Disciplinarum studio addictus (Orpheus) cum non vulgarem in Theologia veterum scientiam comparasset, in Ægyptum profectus multa insuper didicit, ita ut inter GRÆCOS OMNES, tum initiationum & THEOLOGIÆ PERITIA, cum poematum & melodiarum artificio MAXIMUS haberetur.* Et Athenagoras in Legatione pro Christianis: Πεπίστευται παρ' αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν. *In explicandis rebus Divinis caeteris PROPRIUS AD VERITATEM accedere visus est.* Quæ omnia Orpheum a Metempsychosi, omnibus queis sanum sinciput explodendâ, fuisse alienum arguunt.

C A P U T IX.

Neque PLATONEM crassam Metempsychosin asseruisse.

Platonem
secundum
aliquos
crassam
Animarum
Transmi-
gratio-
nem adse-
ruisse.

§ I. **C**Rassum Animarum humanarum *Recidivatum* tenuisse Platonem vulgatum est. Præter *Mythica* & *Symbolica* philosophi loca, & Laërtii verba huc allata habemus. Ἀθάλαον ἔλεγε, inquit Diogenes, τὴν ψυχὴν, ἃ πολλὰ μέλαμφισυμένη σώματα. *Immortalem esse Animam* ajebat, (Plato) *MULTAQUE DEINCEPS INDUERE CORPORA*. Ad quæ posteriora ita Aldobrandinus: *Hoc quidem a magistro Pythagora, cujus nota est opinio, de qua Laërtius copiosius agit in ipsius vitâ. Nec vero Anima CORPORA TANTUM HUMANA INDUIT, SED ETIAM FERARUM. Quod positum est a Platone in Phædro c. 203. his verbis: τῷ δὲ χλίστῳ ἀμφότεροι ἀφικνέμεναι ἐπὶ κλήρωσιν τε καὶ αἵρεσιν τῶν δευτέρας βίης, αἰετοῦνται ὃν αὖ ἐθέλει ἐκάστη. ὅθι καὶ εἰς θηρίων βίον ἀνθρώπινον ψυχὴ ἀφικνέται, καὶ ἐκ θηρίων, ὅς ποτε ἀνθρώπος ἦν, πάλιν εἰς ἀνθρώπων. Sicuti & Ambrosius vetus interpres eadem de hac animarum varia per corpora circulatione interpretatus est, qui ita dedit: Immortalem esse Animam, & DE CORPORIBUS AD CORPORA PERPETUIS VICIBUS MIGRARE dicebat. Rectius autem & ad rem Menagius ad Animæ descensum ejusque ascensum referebat: τὴν, ait, εἰς τὰ σώματα καθοδόν, hoc est descensum animæ vocabant Platónici, cui τὴν ἀνοδόν, hoc est ascensum, sive*

*sive regressum animae opponebant. In observ. ad Laërt. p. 97. De quo animæ descensu & ascensu lib. 111. acturi sumus. De Platone hunc in modum Gauden-
tius diff. 1. cap. IX. Exploratum prorsus est apud Pla-
tonicos PLATONI placuisse PYTHAGORÆAM TRANS-
MIGRATIONEM animarum e corporibus in corpora.
Hinc docet scire nostrum nihil aliud esse quam remi-
nisci & animas omnes omnino per seriem temporum
tandem ex orco, & coelo reversas jungi corporibus.
Quæ postrema cum iis quæ ante de Pythagorea
Transmigratione tradiderat parum convenire sen-
tiens, distinctionem inter utriusque Philosophi opi-
nionem haud ita aliis animadversam prodit: In eo
tamen, ait, discedit a Pythagora Plato, dum tra-
dit plecti apud Inferos animas, quod Pythagoræ
non arrisisse jam antea exposuimus. Scilicet nimis
aperte de Inferis, Animarumque apud hos suppli-
ciis locutus erat Plato, quæ omnem tollunt Pytha-
goricæ Metempsychosæ ideam exhibitam: unde
media quæpiam excogitanda erat sententia quæ &
Inferos, & Tartara, ibique dira animis, non in
brutorum, hominumve corporibus, ut poenarum
locis supplicia, cum transformatione in Bruta,
aliosque homines conjungat: unde disquirens an
& senserit Plato animas humanas migrare in cor-
pora brutorum, an contra? concludit in affir-
mantem sententiam longe clariora & firmiora de-
promi.*

§ II. Verum enim vero Platonem in sententiâ Platonem
in hac
materia
non dis-
sensisse a
Pytha-
gora.
de Animæ naturâ, ejusque post hanc vitam statu
cum præceptore Pythagora consensisse penitus ea
quæ ex Platone allaturi sumus demonstrabunt. Sci-

licet in *Intellectuali & Divinâ* philosophiâ secutus est Pythagoram, ut in *Naturali* Heraclitum, *Politica* Socratem. Laërt. lib. III. τὰ μὲν γὰρ αἰσθητὰ καὶ Ἡράκλειτον, τὰ δὲ νοητὰ κατὰ Πυθαγόραν τὰ δὲ πολιτικά, κατὰ Σωκράτην ἰφίλοσόφει. *In his enim quae sub sensum cadunt Heraclitum: in his quae mente comprehenduntur PYTHAGORAM: in Politicis Socratis philosophiam secutus est.* Apulejus de dogm. Platon. *Nam quamvis de diversis officinis haec ei essent Philosophiae membra suscepta, Naturalis ab Heraclitaeis, INTELLECTUALIS A PYTHAGOREIS, Rationalis atque Moralis ab ipso Socratis fonte &c.* Pythagoreis nempe se discipulum dederat. Valerius Maximus lib. VII. cap. VII. de studio & indust. *Quo minus miror eum (Platonem) in Italiam transgressum ut ab ARCHITA Tarenti, a TIMEO & ARIONE & CÆTO Locris PYTHAGORÆ PRÆCEPTA ET INSTITUTA ACCIPERET.* Apulejus de dogm. Plat. *Sed postquam Socrates homines reliquit quæsitit unde proficeret, & ad PYTHAGORÆ DISCIPLINAM se contulit. — — — Et ad Italiam iterum venit, & Pythagoræos Eurytum Tarentinum, & seniore Archytam sectatus, &c.* Imo & libros Pythagoricos per Dionem Syracusanum, ut ajunt, sibi coëmerat, Vid. lib. I. cap. IX. § III. not. &c. Atque hinc Apulejus Floridor. lib. II. sub fin. *Porro nosler PLATO NIHIL AB HAC SECTA (Pythagorica) VEL PAULULUM DEVIUS PYTHAGORISSAT.* Ficinus Theol. Platon. lib. XVII. cap. IV. *Plato (enim) cum omnes philosophorum opiniones examinasset PYTHAGORICAM SECTAM tanquam verisimiliorem prae caeteris ELEGIT.* Unde & Platonis

nis Timæus Hiërocli τῶν Πυθαγορείων δογμάτων ἀ-
κριβὲς δίδασκαλος, *Dogmatum PYTHAGORICORUM*
magister accuratus est.

§ III. Imo & Chaldaeorum atque Ægyptiorum Imo &
Fabulas, & Fulmina veritatis, sicuti quondam se- Cbaldæ-
nex Samius, in rem suam convertisse Platonem rum &
jam olim viris magnis notatum est. Jul. Cæsar Ægyptio-
Scaliger de Subtil. exercit. LXI. § III. sic e- rum doc-
CHALDÆORUM, ÆGYPTIORUMQUE libris non solum trinam
FABULAS, sed etiam FULMINA VERITATIS contem- & Mo-
platus: eorum afflatu non sensit humane mentis thodum,
aciem hebetari. 2. Aug. Steuchus de perenni phi- ut fecit
losophia lib. v. cap. iv. Habuit enim (Plato) Pythago-
ante se praeceptores divinos præcipue Pythago- ras, se-
raeos, Timæum Locrensem, Empedoclem, TRIS- cutum.
MEGISTUM. Eos norat Plato, TOTAMQUE EORUM
PHILOSOPHIAM indidit libris suis. Atque idem
sensisse de rebus divinis Platonem ac Chaldaeos &
Ægyptios non immerito ex libro Jamblichi de my-
steriis concludit J. Gerh. Vossius de sect. phil. Mea
autem, inquit, haec sententia, non posse aliunde
melius quam ex hoc opere quid & Platonici de di-
vinis rebus senserint cognosci. Ita enim Ægyptio-
rum & Chaldaeorum opinionem exprimit, ut facile
appareat idem ipsum sensisse. Hincque Ænigma-
ticus & multis locis obscurus est. J. Franc. Pi-
cus Mirand. exam. doct. vanit. gent. lib. 1. cap.
II. op. tom. II. p. 733. Enimvero a Xenophonte

V v 2

Pla-

2. Hebetari. J Addit Scaliger: non vidit. Neque sane nos acutius vi-
Quæ igitur verba legisset posuit: quid dixerimus, nisi se ipsam Veritas de coe-
illa penitissimis recessibus occultarent lo demissa nobis ostendisset.

Plato scribendi genere evariavit, nam cum antiquissimi dogmata carminibus traderent, mox & prosa oratione subobscurè tamen, ænigmatibus etiam Pythagoræ assuessent, clarissime & limpidissime Xenophon literis sua sensa commendavit. Plato magnâ quidem elegantia, & uberi facundia celebratus sub mathematicæ tamen disciplinæ VELAMENTIS adumbravit plurima & INVOLUCRIS FABULARUM obtexit. Adeoque in loquendo VARIUS, ut ex ejus sectatoribus fuerint qui eum nihil affirmasse, alii omnia, alia quæpiam voluerunt; multæque in ejus doctrina sectæ, quibus ejus mens in partes tracta, & quasi lancinata videbatur. Laërtius in illius vitâ p. m. 84. Οἷμασι δὲ χέχρηται τοῖς λόγοις, πρὸς τὸ μὴ εὐσυνώριστον εἶναι τοῖς ἀμαθέσι τὴν πηγυματείαν. Nominibus usus est variis, ne opus suum ab indoctis facile perciperetur. Ut Plato haud raro Poëticis quibusdam floribus elegantiae causa sermones suos asperferit: imo dogmata sua passim variis, obscuris, & ænigmaticis locutionibus pro Veterum more involverit, procul dubio ut invidiam declinaret, & Areopagum; exemplo Socratis, cui liberior de rebus divinis sermo venenum apportaverat, factus cautior. Quæ eo tendunt ut pateat non omne id quod in Platone hic illic obversatur mox ad literam proprie sumendum esse; sed discutiendum anne quid allegoriae forte lateat. Ut præprimis in ejus sententiâ de Animæ post mortem hominis statu obtinet. Quam a crassâ Transmigratione perquam alienam esse sequentia demonstrant.

Animas:
puras se-

§ IV. Animæ bonorum quæ puræ decesserunt
fe-

secundum Platonem post hominis mortem migrant in locum invisibilem purum & excellentem, ad bonum sapientemque Deum, ab omnibus humanis liberatæ malis. Ita in Phædone, p. 60. edit. Francof. A. 1602. legimus: *Anima vero quæ invisibile quiddam est, in similem quandam aliumque locum migrans, EXCELLENTEM, PURUM INVISIBILEM nobis occultum, revera ad bonum sapientemque DEUM, quo si Deus voluerit paulo post meo quoque animo est migrandum: anima inquam talis, talique natura prædita, nunquid cum primum a corpore liberata fuerit, dissipabitur atque interibit ut multi putant? Permultum abest o dilecte Cebes atque Simmia, imo multo magis ita se res habet, si quidem PURA DISCESSERIT, corporeum nil secum trahens, utpote quæ sua cum illo invita communicaverit, sed fugerit illud semper sequi in se collegerit tanquam semper id meditata: quod quidem nihil est aliud quam recte philosophari, mortemque revera facile commentari. An non hæc est meditatio mortis? Est omnino. Anima inquam, si sic affecta discesserit, nonne ad aliquid sibi simile DIVINUM abit? 3. DIVINUM, & IMMORTALE & SAPIENS? quo cum pervenerit, evadit FELIX, ab errore, dementia, timoribus durisque amoribus, cæterisque humanis LIBERATA MALIS: & quemad-*

V V 3.

mo-

3. Anima in quam si sic affecta μεταίτιαι, πλάνης καὶ ἀγνοίας, καὶ φόβου discesserit nonne ad aliquid sibi simile βῶν, καὶ ἀγρίαν ἐρώτησιν καὶ τῶν ἄλλων divinum abit? [Ec.] Οὐκ ἔτι μὲν κακῶν τῶν ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένη. ὥσπερ εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπέβη· περ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμνημένων ὁμοίηται, τὸ θεῖον τε καὶ ἀθάνατον καὶ φρόνησιν ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διαμένει; οἱ ἀφικόμεναι ὑπάρχει αὐτῇ ἰσχυρὰ γυναικῶν.

LIB. II. 342 DE PALINGENESIA VETERUM,
CAP. IX.
modum de initiatis dici solet, revera RELIQUUM
TEMPUS VITAM CUM DIIS AGIT? Itane dicendum
est o Cebes an aliter? Ita per jovem inquit Cebes.
Quam sedem alibi vocat Beatorum Insulas (κα-
κάρων νήσους) Plato in Georgia sub fin. p. 356. Ex-
tabat autem lex de hominibus sub Saturno, & sem-
per, & NUNC etiam extat apud Deos: ut quicun-
que homines JUSTE PIEQUE VITAM EGISSET, cum
e vitâ migrarent, ad BEATORUM INSULAS profecti
in omni FELICITATE viverent, a malis longe se-
juncti: qui vero injuste impieque vixissent, in pu-
nitionis justique supplicii carcerem, quod appel-
lant Tartarum, irent. Alibi puram supra Terram
regionem vel mansionem (εἰς τὴν ἄνω οἰκίαν καὶ ἁγὰν
ἀφικόμενοι) in Phædone sub fin. Qui autem PIE 4. pra-
caeteris VIXISSE inveniuntur, hi sunt qui ex his
terrenis locis tanquam e carcere soluti, atque libe-
rati, ad ALTIORA transcendunt, PURAMQUE SU-
PRA TERRAM HABITANT REGIONEM. Inter has au-
tem quicunque satis per philosophiam purgati sunt,
absque corporibus omnino totum per tempus vivunt,
habitationesque his etiam pulchriores nanciscuntur.
Alibi locum supercoelestem (τόπον ὑπερβράνιον) sic in
Phædro. Quae enim, inquit, immortales vocan-
tur, cum ad summum pervenerint, extra progres-
sae in COELI dorso consistunt. Ibi constitutas cir-
cum-

4. Qui autem pie.] &c. Οἱ δὲ γῆς οἰκίζεσθαι. Τῶν δὲ αὐτῶν οἱ φι-
δῆ ἀν' ὁδῶν διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως λοσιφία ἱκανῶς καθαρῶνται, ἀνευ τε σω-
βιάναι, ὅσοι εἰσιν οἱ τῶδε μὲν τῶν τόπων μέτων ζῶσι τὸ παραπαν εἰς τὸν ἕπειτα
τῶν ἐν τῇ γῇ ἐλευθερόμενοι τε καὶ ἀπαλ-
λαττόμενοι ὥσπερ δεσποτήριον, ἀνωδὲ εἰς οἰκήσεις ἐπὶ τῶν καλλίσ-
τῃς καὶ ἁγὰν οἰκίαν ἀφικόμενοι, καὶ ἐπὶ

cumferentia ipsa circumfert, atque illae intuentur quae sunt extra coelum. LOCUM vero SUPERCOE-
LESTEM neque quisquam nostrorum laudavit adhuc
Poëtarum, neque unquam pro dignitate laudabit.
Et Interiora Coeli (τὸ εἶσα τῆς ἑσπερας) ibid. Et anima
subiens s. rursus INTRA COELUM vel in interiora
coeli domum revertitur.

§ V. In hoc τῶν εὐσεβῶν χῶρα quem ut perfectum
Paradisum seu amœnitatis & beatitatis hortum, in
quo omnigenis mens voluptatibus fruitura sit, su-
pra lib. I. cap. VI. § VI. a Xenocrate, vel si ma-
vis Platone in Axiocho depictum vidimus: quem-
que nunquam pro dignitate efferri posse in Phædro
ait, consuetudine Deorum bonorum sapientum-
que, atque hominum iis qui hic in terrâ degunt
meliorum perpetuo usuræ mentes sunt. Ita in Phæ-
done Socrates non procul ab initio p. 48. Equi-
dem o Simmia atque Cebes, nisi me migraturum
putarem, primum quidem ad DEOS alios sapientes
& bonos, deinde ad HOMINES DEFUNCTOS his qui
hic sunt MELIORES, injusta agerem non moleste fe-
rens mortem. Nunc certum habetote, sperare me
ad bonos viros iturum, sed hoc quidem haud omnino
assererem. Quod vero ad DEOS dominos valde
bonos iturus sim, certum habetote si quid aliud
ejusmodi & hoc utique me affirmaturum. Propterea
haud similiter mortem moleste fero: sed bono animo
sum, speroque superesse aliquid his qui defuncti
sunt, atque ut jam diu dicitur, MULTO MELIUS

Ubi in
consortio
Deorum
beato-
rumque
hominum
pleniſſima
fruantur
felicitate.

BONIS

5. Et anima subiens] &c. Καὶ δὲ θνήσκει. Vid. quæ notata sunt ad lib.
I. cap. VI. § VI.

BONIS FORE QUAM MALIS. Et iterum post nonnulla qui mysteria constituerunt admonere ait ὁ δὲ καθαρισμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκείσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει, quod is qui PURGATUS atque initiatus illuc accesserit CUM DIIS sit habitaturus. Et ut mox audivimus *Revera* RELIQUUM TEMPUS VITAM CUM DIIS AGIT. Unde Apulejus de Sapiente Idem ille diem MORTIS suae PROPITIUS nec invitus expectat, quod de Animae IMMORTALITATE confidat. Nam vinculis liberata corporeis sapientis anima REMIGRAT AD DEOS, & pro merito vitae purius, castiusve transactae hoc ipso Deorum se CONDITIONI conciliat. loc sup. cit. 6. Atque hac ratione mentes probae hac vitâ peractâ plena fruituræ sunt ibidem beatitudine, ut & in Epinomide sub finem concludit. Nefas autem est, ait, negligere, quum felix omnium illorum doctrina omnibus recta ratione patuerit. Eum sane qui cuncta haec ita percepit, vere sapientissimum appellamus. Quem ego etiam joco & serio affirmo, cum diem suum OBIERIT non amplius multorum sensuum ut nunc, sed unius sortis participem fore, unumque de multis factum FELICEM, SAPIENTISSIMUM ATQUE BEATUM. Unde hac futuræ felicitatis spe erecti Platonici. Plato in Epinom. in init. Impossibile arbitror homines in hac vita praeter admodum paucos FELICITATEM & BEATITUDINEM assequi. BONA TAMEN SPES est, ut post MORTEM quis ea omnino CONSEQUATUR, quorum desiderio accensus optime pro viribus egit vitam, atque exegit. Videantur & ver-

b1

ba Socratis supra posita. Atque inde ad virtutum praxin ducta motiva Plat. in Phædon. *Sed horum quæ narrata sunt gratiâ o Simmia omni studio est ADNITENDUM, ut in hac vita VIRTUTEM ET PRUDENTIAM SAPIENTIAMQUE consequamur. PRÆMIUM NAMQUE PULCHRUM EST, ET SPES EST INGENS.*

§ VI. Hunc autem Beatorum statum & conditionem *immutabilem*, ut inde nunquam in deteriore possint relabi, nunquam amplius morti subijci, crasse corpori mortali includi, ait Philosophia Platonica. Sic Socratem inducit auctor noster in Apologia sub fin. p. 31. Οὐδὲ γὰρ τὴν γε ἔρχεσθαι οἱ ἐκεῖ ἀποκτεῖναι, τὰ τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ ἢ ὧτάδε, καὶ ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν. *Siquidem hujus causa qui illic degunt haud amplius moriuntur & in rebus aliis BEATIORES, ET IN EO INSUPER, QUOD RELIQUUM JAM TEMPUS PERMANENT IMMORTALES.* Sicuti § IV. ex Phædone audivimus Τῶν δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφία ἱκανῶς καθαράμενοι, ἀνευ τε σωμάτων ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἑσπέραν χρόνον, καὶ ἐς οἰκίσεις ἔτι τῶν καλλίστων ἀφικέσθαι. *Inter has autem quicunque satis per Philosophiam purgati sunt, ABSQUE CORPORIBUS OMNINO TOTUM PER RELIQUUM TEMPUS VIVUNT, HABITATIONESQUE HIS etiam PULCHRIORES nanciscuntur.*

§ VII. Quod vero ad Animas *impurorum* attinet, iis pro gradibus peccatorum poenarum gradus imponit, sicque convenientia irrogat supplicia Theologia Platonica, & hæc ut subeant generatim ad poenarum locum relegat Plato de Leg. Dial. x. *Quæcunque igitur animam habent transmutantur: quippe cum transmutationis in se ipsis*

Hanc
beatorum
conditio-
nem im-
mutabi-
lem.

Impios
ex opinio-
ne Plato-
nis vel
Sanabi-
les, vel
Insanabi-
les.

causam habent. Transmutata secundum ordinem legemque factorum feruntur. Et quae MINUS PECCAVERUNT MINUS PROFUNDE, ac in REGIONIS SUPERFICIE vagantur : quae MAGIS atque ATROCIUS, decidunt in PROFUNDUM, & in regionem INFERIorem delabuntur, quam INFERIORUM vocabulo similibusque nominibus appellantes, tam viventes, quam corporibus soluti somniant, atque formidant. Et paulo post : Hoc Deorum qui coelum habitant opus & adolescens qui a Diis negligi putas, iudicium est : ut qui PEJOR sit ad PEJORES qui MELIOR ad MELIORES ANIMAS TAM IN VITA, QUAM IN OMNI MORTE PROFICISCATUR, patiaturque & agat quae a similibus ad similes fieri oportet. Easque vel ut malas absolute, pleneque insanabiles considerat, vel ut sanabiles haud ita penitus flagitiorum pondere obrutas, quarum crimina cruciatibus medicinalibus elui possint, ipsaeque ad meliorem frugem reduci. Plato in Gorgia p. 357, 358. Animum igitur contemplatus sic (plurimis vitiis) affectum ignominiose recta in custodiam transmittit (Iudex) UBI MERITAS SUBIRE POENAS OPORTET. Convenit autem omnem qui ab aliquo recte punitur, vel ipsum fieri MELIOREM, UTILITATEMQUE percipere, vel caeteris EXEMPLA dare ut ALII, poenas ejus conspicientes MELIORES ob timorem efficiantur. Qui vero apud Deos & homines ita dant poenas ut UTILITATEM inde aliquam referant : hi sunt qui peccata SANABILIA commiserunt, quibus dolor cruciatuque PRODEST & apud homines & apud Inferos. Non enim aliter quis potest ab injustitia liberari. Qui autem EXTREMA INJUSTITIA detinentur, ac propter ejusmodi
de-

delicta sunt INSANABILES ex his EXEMPLA sumuntur: ipsique nullam amplius utilitatem inde reportant, utpote qui SANARI NON POSSINT: sed prosunt duntaxat aliis per exemplum, qui eos intuentur propter flagitia maximis acerbissimisque & terribilissimis poenis OMNI TEMPORE CRUCIATOS; TANQUAM EXEMPLUM, monumentumque, & spectaculum apud INFEROS IN CARCERE praebentes injustis omnibus, qui ad ea loca descendunt.

§ VIII. Impiissimos itaque in *Tartarum* δίκης *Insanabiles in Tartarum detruunt* δεσμοτήτων detruunt sapientia Platonica Vid. § IV. Imo & aeternis & nunquam desituris ibidem eos addictos suppliciis, omnemque inde aliorum redditum denegatum penitus asserit. Plato in *Phaedon* done sub finem: Οἱ δ' ἂν δόξωσιν ἀνάπαυς ἔχειν διὰ τὰ μεγάλα τ' ἀμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς καὶ μεγάλας, ἢ φόνους ἀδικούς καὶ παρὰ νόμους πολλὰς ἐξαιργασμένοι ἢ ἄλλα ὅσα τυγχάνει ὄντα τοιαῦτα, τέττας δὲ ἢ προσήκοσα μῦθους ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον ὅθεν ἔποτε ἐκβάνουσιν. Qui vero ob scelerum magnitudinem INSANABILES esse videntur, qui videlicet sacrilegia multa & magna, vel caedes iniquas vel alia horum similia perpetraverint, hos omnes conveniens fors mergit in TARTARUM, UNDE NUNQUAM EGREDIUNTUR. Ut mox ex Gorgia audivimus nonnullos διὰ τὰς ἀμαρτίας τὰ μέγιστα καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερότατα πάθη πάσχειν τὸν αἰὲ χρόνον, ἀπεχθὺς παρὰ δέγνυα ἀνηλιμώδεις ἐκεῖ ἐν ᾧ δὲ ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ &c. propter flagitia maximis acerbissimisque & terribilissimis poenis OMNI TEMPORE CRUCIARI tanquam spectaculum apud Inferos in carcere praebentes. Qui scilicet ob scelerum gravitatem sint ἀλάτοι sanari unquam nequeant, tristi-

que fato solvi, non medicinæ sed exempli causa perpetuo torquendi. Atque hanc poenarum æternitatem mythice ex relatione Eri Armenii Plato de Repub. dial. x. sub fin. p. 762. exemplis declarat: *Interrogante enim quopiam, auditore Ero, ubinam Ardieus Pamphyliorum quondam Tyrannus esset? anne videlicet etiam post exantlatos mille cruciatuum annos ex Inferis excessisset, atque in hoc Animarum pratum appulisset? interrogatus respondit: Non venit Ardieus, NEQUE VENIET. Vidimus enim inter alia dira hoc spectaculum. Dum enim regressuri hiatum peteremus cætera omnia perpassi, illum (Ardieum) protinus vidimus aliosque cum eo omnes ferme Tyrannos: inter quos & privatos nonnullos qui MAGNA SCELERA PERPETRAVERANT: quos ascendere jam se propemodum ausos HIATUS ille MINIME PERMITTEBAT, sed horride mugiebat quoties aliquis eorum qui vel INSANABILES ESSENT, vel NONDUM PURGATI egredi niterentur.* (ὅς διομένως ἤδη ἀναβήσονται ἐκ ἐδεχτο τὸ τρομερόν, ἀλλ' ἐμυχᾶτο, ὅποτε τις τῶν ἕως ἀνάλλας ἔχόντων εἰς πονηρίαν ἢ μὴ ἱκανῶς δειδωκὼς δίκην ἐπιχειροῖ ἀνέλαι. *Aderant igitur illic feroces quidam viri aspectu ignei, qui cum mugitum subito perpendissent, hos SEORSUM RAPIEBANT, Ardieum scilicet ejusque persimiles, MANIBUSQUE ET PEDIBUS ET CERVICE DEVINCTIS prosternebant eos, excarnificabantque: & secus viam quandam ad exteriorem partem raptatos tribulis lacerabant: prætereuntibus indicantes quam illi ob causam talia paterentur, quodque in TARTARUM PROJICIENDI agitarentur.* (καὶ ὅτι εἰς τὸν Τάρταρον ἐμπεσόμενοι ἄγοντο.) Scilicet

— — *Facilis descensus Averni:*

*Sed revocare gradum, superasque evadere ad au-
ras*

Hoc opus, hic labor est. Virg. Æneid. vi. v.
126. & seq.

Quemadmodum & supra Xenocrates, v. Plato in Axiocho de impiis in Tartaro dixerat αἰδίου τιμωρίας ὑποχονται, PERPETUIS SUPPLICIIS affliguntur. Vid. lib. i. cap. vii. § III. Unde & apud Apulejum Turris vocalis facta, Psyche reprehendens quod se præcipitem datam demittere vellet in Tartarum cum inde nullus ad Superos pateat reditus, ait *Nam si spiritus corpore tuo SEMEL fuerit sejugatus ibi quidem profecto ad UNUM TARTARUM; sed inde Nullo pacto redire poteris.* Asin. Aur. lib. vi. op. tom. i. p. 738. Hinc infelicissimum, imo omnium malorum extremum est multis gravioribusque criminibus onustum decedere. Plato in Gorgia p. 356. Πολλῶν γὰρ ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν εἰς ἃδὲ ἀφικέσθαι, πάντων ἔσχατον κακὸν ἐστίν. *Multis enim peccatis refertam Animam ad Inferos descendere EXTREMUM omnium est malorum.*

§ IX. Atque in hac Beatorum sedes æternas, *Impiorumque carcerem* perpetuum mox post hominis mortem Mentes abduci a Jovis filiis Minos, Rhadamanto, Æaco Judicatas ait Theologia Academica. Ita in Gorgia sub fin. *Sunt enim judicandi post obitum (homines.) Judicem quoque ipsum esse nudum oportet, mortuum videlicet: Et ipso duntaxat quimo animum ipsum inspicientem* STATIM POST

In eas
Beato-
rum, im-
piorum-
que sedes
transire
mentes
mox obitum.

INSPERATUM CUJUSQUE OBITUM, *animum inquam a suis omnibus desertum, omnemque ornatum exteriorem relinquentem in terrâ, ut judicium JUSTE procedat.* Vide loca § IV, V. & VII. ex Platone allata. Justum videlicet ex sententiâ Platonica a Jove constitutum tribunal est, ad quod quicumque ex hac vita discessere immediate post obitum per Genium 7. qui per vitam adfuit, hincque omnium actionum conscius est plenissime, & testis, pertrahuntur, quo in judicio nulla sit personarum acceptio, nec ullum crimen iudices latere possit, quodque adeo ex merito vitæ antea actæ remittat in beatorum sedes, vel tortorum habitacula. Quod judicium descriptum vide loco citato in Gorgia, in x. de Repub. sub fin. Dial. x. de Leg. in fin. & alibi. Animæ itaque ex mente Platonis, quæ *puræ* decesserunt, transeunt in *locum invisibilem*, purum, supra terram, coelestem, ubi omnibus malis exemptæ in consortio Deorum summa beatitudine fruuntur: ita ut *nunquam* in sortem sequiorem relabi possint. Eæ vero quæ *impuræ* penitus fuere deprehensæ in *Tartarum* detruduntur, unde *nunquam* pateat exitus, sed infinitis inhæreant cruciatibus. Hæcque utrarumque conditio *immutabilis* statim post judicium

7. *Per Genium.*] Apulejus: *Ex iam qui nobis præditus fuit, raptare hac sublimiore Dæmonum copiam Plato ilico, & trahere veluti custodiam autumat singulis hominibus in vitam suam ad judicium, atque i lic in causa agenda testes & custodes singulos addicenda assistere; si qua commentatur, ditos: qui nemini conspici, semper redarguere; si qua vera dicat, asseverad sint omnium non modo actorum terare; prorsus illius testimonio perstet, verum etiam cogitatorum. Ac sententiam ubi vita edita remeandum est; eundem*

cium immediate post obitum habendum initium capit. Quæ itaque de *Bonorum & Malorum* post hanc vitam statu tradit doctrina Platonica crassam Animarum in varia corpora *revolutionem* omnino negant. De *Mediis* itaque videndum erit.

§ X. Hi, quos descriptos vide lib. I. cap. VIII. § I. & de quibus hujus capituli § VII. ita Platonem audivimus: *qui vero apud Deos & homines ita poenas dant ut UTILITATEM inde aliquam REFERRANT, hi sunt qui PECCATA SANABILIA commiserunt, quibus DOLOR, CRUCIATUSQUE PRODEST ET APUD HOMINES ET APUD INFÉROS. Non enim aliter quis potest ab INJUSTITIA LIBERARI.* Secundum Platonem mox post mortem remittuntur in τὴν φερέαν *custodiam* ubi προσήκοιτα πάσῃ meritis poenas subire debeant, ut eodem § VII. patuit. Quo autem *magis minusve* peccatis onusti fuerint eo in *profundiores*, vel *minus profundas* detruduntur plagas ibid. Adeoque nonnunquam *sub terrâ* cruciantur, ut ex relatione Eri Armenii habemus § præcedenti VIII. hiatum quem superaverant passionibus jam *purgati*, quique jam *ex terrâ in pratum animarum ascenderant*, peracto *sub terris mille annorum itinere*, sicut ibidem loci apud Platonem describuntur, *Ardico*, aliisque similibus non permisisse ex *Inferis* exitum, sed horride mugisse, uti solebat quoties aliquis eorum qui vel *insanabiles* essent, vel *nondum purgati* egredi niteretur: purgabiles ergo etiam sub terra continentur. Nonnunquam in *terræ superficie* aëreque inferiori poenas dant medicinales. Vid. ibid. seu in *visibili loco*, unde aliquando circa sepulchra vagentur. In Phædone p. 61. *Sed infec-*

Sanabiles in suppliciorum loca remitti profundiora, minusve profunda quo magis minusve peccatorum onere gravati fuerint: adeoque vel sub terrâ, vel in terræ superficie, aëre-ve inferiori habere.

tam

tam involutamque ut arbitror contagione corporea, quam consuetudo congressusque cum corpore propter continuam familiaritatem plurimumque ejus cultum effecit quasi congenitam? Ita putamus Ponderosum vero, o amice, id putandum est, & graviterrenumque & visibile, quod Anima ejusmodi secum trahit: ideoque ab eo gravatur, & ad VISIBILEM trahitur LOCUM METU INVISIBILIS ATQUE OCCULTI: & quemadmodum fertur CIRCA MONUMENTA SEPULCHRAQUE VERSATUR (ὁ δὴ καὶ ἔχουσι ἡ ποταύτη ψυχὴ, βαρύνεται τε καὶ ἔλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τῆς αἰδέως τε καὶ ἄλλῃ ὥσπερ λέγεται περὶ τὰ μνήματα τε καὶ τὰ φῶς χαλινδεμένη) circa quae jam nonnulla apparuerunt Animarum UMBROSA PHANTASMATA (σκιοειδῆ φαντάσματα) qualia praeferunt SIMULACRA (εἰδῶλα) tales animae quae videlicet NON PURÈ decesserunt a corpore; sed visibile aliquid trahentes: quo fit ut videri possint. (ἀλλὰ τῷ ὁρατῷ μελέχουσι. διὸ καὶ ὁραταί.)

*Aëreis
crassiori-
bus, &
terrenis
subtilio-
ribus
corpori-
bus in-
dutos.*

§ XI. *Aëreis* videlicet vestitas corporibus *crassioribus*, imo *subtilioribus terrestribus* hasce Animas hincque visibiles, ut patibiles facit Philosophia Platonica, atque iis indutas, in Elementis, gravioribus, levioribusve suppliciis purgandas: quorsum pertinent Inferorum flumina *Acheron Phlegeton, Styx, Cocytusque*, de quibus in Phædone sub finem. Quæ tamen non proprie sed *Mythice* sumi vult Plato, atque tantum de variâ malorum punitione intelligi. Ita enim ibidem: *Hec igitur eo se pacto prorsus habere, quo ego disposui non decet virum sanæ mentis asserere: esse tamen vel hæc vel talia quaedam circa animos nostros, eorumque*

que habitationes, quandoquidem animus ipse immortalis apparet, & decere mihi videtur, & dignum quasi periclitantes ista existimare. Unde Ficinus: Tu vero quod de FLUMINIBUS dicitur potissimum de DÆMONIBUS Numinibusque intellige flagitiosos TALI quodam ORDINE punientibus, in argumento in Phædon. in fin.

§ XII. Scilicet Animæ postquam ex luce supra-mundanâ descenderint nunquam sine corpore sunt; sed subtiliori, crassiorive vestiuntur, prout in superioribus vel inferioribus plagis versentur. Plato de Leg. Dial. x. Quoniam vero Anima cum corpore SEMPER, modum cum ALIO, deinde cum alio conjuncta variis mutationibus — commutatur? Ex æthere videlicet descendentes æthereum seu igneum quoddam apportant corpus, quo de loco in locum deferantur, & moveantur, quod ὄχημα vehiculum vocant, quoque mediante cum inferioribus, id est crassioribus, corporibus conjungi possint: cumque sphæras & elementa transeunt, quo deorsum magis vergant, eo vehiculum illud crassius redditur, atque adeo crassiori quasi veste circumdantur, donec tandem cum terreno crasso copulentur corpore. Hoc autem corpore deposito talem speciem vehiculo suo contrahunt, quæ medio in quo versantur, seu quorsum remittuntur conformis est: Anima enim contrahit in se speciem rei cui adhæret, ut ait Proclus de Anima & Dæmone. Atque hinc Anima separata & cujuscumque generis Dæmones pro variis in quibus hærent universi oris variis, crassioribus, vel subtilioribus idolis, visibilibus vel invisibilibus amiciuntur. Ita de Dæmonibus Alcinous de doctrina

Animas
scilicet
semper
corpore
vestitas;
sed vario.

Y y

Pla.

Platonis cap. xv. sunt & alii qui vocantur DEMONES in singulis elementis, quos intelligibiles Deos nuncupare possumus, partim quidem VISIBILES, partim autem VISUS ACIEM FUGIENTES in ÆTHERE, atque IGNI, ÆREQUE ET AQUA, ne pars ulla mundi expers animae, animantisve naturâ praeflantis relinqueretur. De Animabus ex superioribus colligere est.

*Medios
aliquando
ex carcere
dimitten-
dos, & in
purgato-
rum sedes
admitten-
dos.*

§ XIII. Ex hoc autem suppliciorum medicinalem loco aliquando dimittendos esse hosce Medios, cum scilicet tandem vitiis purgati fuerint, jam supra significatum est. Sic diserte in Phædone in fin. Itaque quicumque in vita quodammodo tenuisse MEDIUM quoddam comperiuntur ad Acherontem profecti vehiculis quae unicuique adsunt, in paludem perveniunt Acherusiam, ibique habitant PURGANTURQUE POENAS DANTES injuriarum, & cum PURIFICATI sunt ABSOLVUNTUR. Sanabiles scilicet cruciatibus ab injustitiâ liberantur, Vid. § x. Neque sic purgatos exitu arcet amplius hiatus, ibid. Verum enim vero quorsum nunc se conferunt Animæ istæ mediae purgatæ ex Inferis dimissæ? an iterata vice terram petunt, crassaque subeunt hominum brutorumve corpora? Minime gentium: nemo enim postquam defunctus est huc redit, ita in Cratylo Plato noster: "Adis vero, inquit, multitudo interpretatur quasi cædēs triste tenebrosūve. Atque hoc nomen horrentes Plutonem vocitant. — Porro quisque ex hoc pertimescit, quod NEMO POSTQUAM DEFUNCTUS EST HUC REDIT, quodve anima nudata corpore illuc abit. Atque impossibile est quempiam sepius mori; ita idem de parricida de Leg.

Leg. Dial. ix. in medio fere : *Nam ultimis suppliciiis, caedis, impietatis, sacrilegii subjectus erit : quia sacrilegio genitoris animam abstulit.*

Quare si possibile esset sæpius aliquem mori, justissimum esset sæpius parricidam interfici. E contrario cum jam purae penitus, melioresque sint redditæ in purgatorum sedes superas admittendæ sunt : hoc enim *Deorum qui coelum habitant iudicium est, ut qui peior sit ad peiores; qui melior ad meliores tam in vita quam in omni morte proficiscatur, patiaturque & agat quæ a similibus ad similes fieri oportet.* Plato de Leg. Dial. x. prope finem. Videantur quæ attulimus lib. i. cap. viii. § ii. & iii. Ea itaque quæ de statu animæ humanæ post hanc vitam vel piæ, vel impiæ, vel mediæ docuit Plato *Metempsychosin* crassam omnino negant. Atque adeo ubi eandem præ se ferre textus Platonius videtur *improprie* rem capiendam esse constat. Ficinus argument. in x. de Republ. sub fin. *Quod autem Plato de migratione animarum in corpora bestiarum tam ridiculam affert fabellam, ab anicularum fabulis nihilo discrepantem, profecto nos admonet totum ALLEGORICE exponendum.*

§ XIV. Confirmat saniozem Platonis mentem, Mortem quam de Morte tradit ideam (cum Pythagoreâ) ^{secundum Platonem} schola Platonica : scilicet ἡ τῆς ζῆς ἀπαλλαγὴ καὶ τῆς πλὴν αὐτῆς ἀγαθὸν μετὰ βολὴν ^{piis vitæ melioris & perpetue initium.} *discessus e vita mali cuiusdam in BONUM commutatio est : ita in Axiocho.* Corpus enim crassum ex huiusce opinione *impedimenta pene innumerabilia* præbet, (*μυρίας ἀσχολίας* ^{Plene sceleratis ad omnium} *παρέχει*) quæ rerum scientiam & sapientiam investi- ^{gantium ma-}

ganti obfint: Vid. in Phædone p. 50. paulum ab initio. Unde *fapientiae verus amator vehementer in hanc ſpem adductus non aliter eam pro dignitate ulla ſe comparaturum quam ſi MORIATUR* (λαμβάνει σφόδρα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα μὴδαμὲν ἄλλοτι ἀτελεῖσθαι αὐτῇ ἀξίως λόγῳ, ἢ ὡς αὐτὸς) — — *non alibi puram ſapientiam poſſe aſſequi ſperat quam in futura poſt mortem vitâ* (σφόδρα γὰρ αὐτῷ ταῦτα δόξει μὴδαμὲν ἄλλοτι κατὰ τὴν ἀτελεῖσθαι φρονήσει, ἀλλ' ἢ ἐκείν.) *ibid. p. 51. Mens ergo corpore cum ſolvitur ab ignorantia, quâ dum eo veſtiebatur laborabat, liberatur & ad perfectam rerum ſcientiam, qua æternum gaviſura mens eſt, pervenit. Idem ibid. — Quoad Deus ipſe nos SOLVAT: atque ita PURI, & A CORPORIS INSANIA LIBERATI, ut conſentaneum eſt, cum talibus erimus, cognoscemusque per NOS IPSOS SYNCERUM QUODLIBET, id eſt forſitan IPSUM VERUM. Nam impuro quidem purum attingere nefas eſt. Et cum deceſſerit, ait in Epinomide, ad congrua virtuti loca venturum (virum felicem.) Atque ita vere initiatus, & ipſe unus unam revera ſapientiam naſtus RELIQUUM TEMPUS in rerum omnium pulcherrimum contemplatione verſatur. Et ut de corporis impedimentiſ, & contagione ſeſe expedire ſapiens adnitiſ, ita mortem vinculorum corporeorum excuſſionem plenariam animitus exoptat, & hanc meditatur perpetuo. Idem ibid. Purificatio vero, inquit, nonne in hoc conſiſtit quod jam dudum dicebamus videlicet ut quam maxime poſſumus ſejungamus a corpore animum? hoc eſt & in præſenti tempore, & in futuro a corpore tanquam a vinculis reſolutum. Maxime quidem inquit. Nonne igitur hæc mors appellatur ſolutio*
Ani.

Tan-

Et tale hujusmodi: ne terror Mortis
 ita incuteretur, & NIHIL PRÆTER
 OSSA post hanc vitam manere in ho-
 minum animae induceretur. Unde
 etiam fortes & ad virtutem exercen-
 dam alacriores reddebantur: quia Mors
 olim bonis baud aliud quam TRANSI-
 TUS IN MELIOREM VITAM exilii-
 mata fuit; ut turpe illis ideo videre-
 re reliquit hominum hac vita probe
 defunctorum in eis solum quæ morituri
 sive rejiciebant, sive exuebant, cerni.

9. Plato in Gorgia p. 356. Ἄντο
 μὲν γὰρ τὸ ἀποθνήσκειν οὐδὲς φοβέταις ὅς
 τις μὴ παντάπασιν ἄλογος τε καὶ ἀναρρο-
 εῖς, τὸ δὲ ἀδικεῖν φοβέταις, πολλὴν γὰρ
 ἀδικημάτων γέμοντα τὴν ψυχὴν εἰς Ἄδου
 ἀφικέσθαι, πάντων ἔσχατον κακὸν ἐστὶ.

Probos
post mor-
tem fieri
Daemones
secundum
Plato-
nem.

10. Α'υτάρ.] Ipsos Hesiōdi ver-
ficulos dedimus supra p. 114. *lorum propulsores sunt VIRI qui in bel-
lo, & re bene gesta obierunt, & qui*
11. De Republ. dial. v.] *Demo-*
insigniter in vita praestantes judicati
nes sancti custodes hominum, & ma-
sunt.

dial. v. p. 662. & ^{12.} Maximus Tyrius Dissert. xxvii. Hi curam habent rerum humanarum, Plato de Leg. Dial. xi. *Oportune videmur in superioribus narrasse DEFUNCTORUM ANIMAS vim quandam habere, qua de rebus humanis CURAM habent. Bonorum custodes sunt, malorumque ultores* Vid. quæ ex Maximo Tyrio supra pag. 86. allata sunt. Imo inter Deum & homines *Mediatores*, ut Dæmonum officia declarat in Convivio Diotima: *Etenim, inquit, omnis natura DÆMONUM inter mortales Deosue est media. Quam vim habet? Interpretatur inquit & traficit humana ad Deos, divina ad homines: horum quidem preces & sacrificia, illorum praecepta, sacrosque solennes, institutiones, & ordinem. In utroque medio constituta totum complet, ut universum secum ipso tali vinculo connectatur. Per hanc vaticinium omne procedit, sacerdotumque diligentia circa sacrificia expiationesque & incantationes, & divinationem omnem, atque magicam. Deus quidem homini non miscetur, sed per*

12. Maximus Tyrius Dissert. xxvii.] *quam: aut ex Barbaris ad Graecos: Cum nihil aliud sit DÆMON quam aut potius ex aliqua civitate, quæ ex le- NUDUS ANIMUS CORPORE DEPOSITO. — At ubi nervos ac spiritus aliam legitime degentem regiam ac tyrannide ac seditionibus premeretur in veluti retinacula quaedam, per quæ pacificam tranilatus. Et paulo post: interim corpus ab nimi quadam mole Nam postquam Animus depositio cor- sustineretur, consumpsit attritio, cor- pure decedens hinc se in illum locum pus quidem corruptioni succumbit, & statuerit, corpusque terræ corrumpen- in profundum rapitur, ANIMUS vero dum reliquerit, ipso momento lege- propriis viribus enatans, se ipsum con- que EX HOMINE DÆMON EVADIT: tinet, firmusque consistit. Is deinceps purisque oculis propria spectacula intue- nuncupationem DÆMONIS accipit, sit- tur, nihil a corporeis illecebris atque que AERIS PROTINUS ALUMNUS; ex obstaculis impeditus. terrâ in ipsum tanquam in coloniam ali-*

per id MEDIUM COMMERCII *omne atque colloquium*
INTER DEOS HOMINESQUE *conficitur, & vigilantibus nobis, & dormientibus. Quicumque harum rerum peritus est daimôn, id est felix vir, & sapiens nuncupatur: qui vero alias artes, & facultates quae manibus explentur callent, mercenarii nominantur.* 13. *Enimvero hi DÆMONES MULTI ATQUE VARIJ sunt.* Atque hinc mentes istæ separatae *reverenter admodum habendae, & honorandae sunt.* Vide supra pag. 109, & 110. Recte enim agentibus *propitiae sunt, qui autem secus insensae:* Vid. de Leg. Dial. IV. XI. & alibi. Verum enim vero hæc Dæmonum conditio, & erga genus humanum officia

13. *Enimvero hi Daemones multi atque varij sunt.* Scilicet *Daemones alij sunt NATURALES ab initio constituti, alij PEREGRINI, scilicet hominum ANIMI in aërem translati corpora, hominesque ea qua ante consueverant ratione curantes.* Ficinus in argument. in Apolog. Socrati. in initio. Videatur Apulejus lib. de Deo Socratis. Atque Dæmonum ordines varios esse referunt. Quinque eorum genera habentur secundum Proclum in Alcibiad. I. & Foxium in Plat. Phædon. Sex secundum Pfellum lib. de Dæmon. Imo vero tot Dæmonum ordines vulgo creditos quot in coelo stellæ videas apud Ficinum nostrum in argumento mox citato: ubi & de Dæmonibus elementaribus eorumque potentiis & operationibus. Et his Dæmonum ordinibus XII principes pro nullo mero signorum Zodiaci assignatos apud eundem videre est. Epist. I. VIII. Id interim quod supra ait Ficinus hominesque ea qua ante consueverant ratione curantes modum quo generi humano opitulentur Dæmones innuit quem distincte pingit Maximus Tyrius differt. laudata XXVII. Neque tamen idcirco omnis indifferenter omnia administrat: quin potius negotiis DISCRETIS aliis ALIAM provinciam capit. Et hoc est quod in eorum natura dicitur patibile, & in quo Dæmon minor est Deo. Haud enim ingenium illud vetus quod olim habuerunt in vita penitus deponunt: Verum Æsculapius hodie quoque mederi non desistit, Hercules fortitudinem servat, Liber pater Bacchatur, Amphilochous vaticinatur, Dioscuri nauticam exercent, Minos iudicat, Achilleus arma pertrahat.

officia vel hominum vel brutorum *crassa membra*, ^{CAP.} X.
uti plus semel notatum est, vide supra pag. 103. &
219. remouent. Imo vero subtilia, seu aëria cor-
pora inferunt : ut. diserte hisce adscribit Hesiodus
loco supra a Platone indicato ubi

Οἱ γὰρ φυλάσσοιεν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
Ἡέρα ἑσπάρδοι &c.

Qui quidem observant & iusta & prava opera
AERE INDUTI, &c.

Neque quod probos in beatas superum fedes
transmiserit Plato, eisque conditionem beatam im-
mutabilem adscripserit cum Dæmonicâ rerum huma-
narum curâ pugnare quis existimet : cum hæc nul-
lam stabili illorum felicitati immutationem inferat,
Vid. pag. 220. Imo vero insigne eorundem *ευδαι-
μονίας* attributum sit. *Platonis* itaque de Mentis
humanæ post mortem statu a *Metempsychosî* aliena
censenda est.

C A P U T X.

Num STOICI Animarum de corpore in
corpus TRANSMEATIONEM crassam cre-
diderint?

§ I. **D**e Stoicis quoque aliqua *Metempsychosios* ^{Stoicos}
assertæ fama est. Patres scilicet sic vo- ^{secundum}
Z z luere ^{nonnullos} *Metemp-*

psychosin
adhaesisse.
Quod rec-
te nega-
tum aliis.

luere nonnulli. Lactantius institut: lib. III. cap.
XVIII. *Superesse animam post mortem Pythagorici*
& STOICI dixerunt: *easque non nasci; sed insinu-*
ari in corpora, & DE ALIIS IN ALIA MIGRARE.
Damascenus lib. de Hæres. STOICI corpus occidere,
ANIMUM A CORPORE IN CORPUS MIGRARE volunt.
Epiphanius lib. I. Hær. 5. §. I. Μεταγγισμός τε
ψυχῶν καὶ μετασσωματώσεις ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα καὶ
ρομβήσας σωμάτων, ἢ δ' αὖ πάλιν ἰσθύνοντας καὶ ἀναπάλιν γε-
νωμένους. *Adhæc ANIMARUM ex aliis in alia corpo-*
ra transfusiones ac TRANSITUS admittunt (Stoici)
Eas quippe de corpore decedere, ac rursus ingredi,
iterumque gigni statuunt. Quæ sane rei fidei fa-
ciendæ sufficere videri possent. Ita tamen Lip-
sius de Physiolog. Stoicor. lib. III. Dissert. XII.
Tamen hæc assertio (Lactantii & Damasceni) *mibi*
anceps, & *apud idoneos auctores tale nihil, imo*
contra lego. Nam animæ illis ad COELOS abeunt,
& sociantur ASTRIS mox videndum (Dissert. vide-
licet XIV.) *De REMIGRATIONE NUSQUAM VER-*
BUM: nisi si hoc intelligunt ex eâdem universi Ani-
mâ iterum alias animas fieri, & sic orbe quodam
immiti: imo easdem etiam post mundi innovatio-
nem. Sed longe hæc ab illâ Pythagoricâ μετεμψυ-
χώσεω, quæ est de corpore in corpus transitio, &
cur non Latine TRANSANIMATIO? Hinc & Gau-
dientius Cap. XI. Exercit. I. Num & Stoici appro-
barunt Pythagoream Metensomatofin? NEGANDUM
videtur: quandoquidem secundum ipsos animæ quæ-
dam migrant ad SIDERA, ut pervulgatum est ex
iis etiam quæ traduntur a Lipsio in Physiologia.

Et quantum ad auctoritatem memoratorum Patrum

ita

ita instat l. c. *Sic licet scribant Lactantius & Damascenus, (cum Epiphanio) non est tamen prorsus certum sic sensisse Stoicos: quandoquidem non semper scriptoribus Ecclesiasticis licuit exacte & accurate externorum gentiliumque Philosophorum indagare dogmata.*

§ II. Uti scilicet Animas humanas e cælo, æthere, astris, imo ipso Deo advenire, atque in corpus descendere voluere Stoici (Seneca ad Helviam cap. vi. *Mens quæ homini data est, si primam ejus originem adspexeris, non est ex terreno & gravi concreta corpore: ex illo coelesti spiritu descendit.* Epist. cxx. *Mens Dei, ex quâ pars & in hoc pectus mortale defluxit.* (Vide Lipsium Physiol. lib. III. cap. VIII.) sic illuc morte subingressa reverti tandem vulgo easdem tenuere. Atque adeo Stoicorum erat I. Bonorum Animas vinculis solutas hujusce corporis in beatas transire sedes circa Lunam vel Astra. II. Quatenus autem adhuc maculis nonnullis inquinati sint aliquamdiu in aëre inferiore morari, ut inhærentia vitia expurgentur antequam ad felicem animarum transeant regionem. III. Ibidem vitâ frui beatâ easdem, & summa cum voluptate omnia naturæ bona atque arcana perspicere & penetrare, simulac coelestium causas. IV. Malorum Animas circa terram in locis tenebrosis, horridisque coeni voraginibus volutari, & maleactorum dare poenas. V. Non tamen hæc poenas æternas; sed tantum medicinales: iis enim purgatas ad beatas subvolare itidem mansiones. Vel si satue, maleque omnino vitam instituerint brevissimum manere tempus, mox interire penitus. VI. Tan-

Quæ Stoicis de mente separata sententia.

dem Bonarum statum non perennem; sed duraturum usque dum omnia *in ignem* resolvantur. Hæc Lipsio monstrata videas de Physiol. Stoica lib. III. Dissert. XI. & XIV. *In ignem* scilicet νοερὸν intelligibilem, ut Plutarchus, lib. non posse suaviter vivi secundum Epicurum. op. tom. 2. p. 1107. id est *Deum*. Vide & Lipsium lib. I. Dissert. VI. Λόγον σπερματικὸν universi vim seminalem ut ait Marcus Antoninus de rebus suis lib. IV. § XXI. *Animæ si perennant*, inquit, *quomodo eas ab æterno ceperit aër?* *quomodo vero quæ ab ævo tam immenso in ea condita sunt corpora terra capit?* *sicut enim hic corpora, ubi ad spatium aliquod temporis in terra permanserint, mutata & dissipata cadaveribus aliis locum concedunt:* *ita & Animæ in Aërem translatae ubi aliquamdiu ibi persisterint, mutantur, funduntur, succenduntur* IN SEMINALEM UNIVERSI RATIONEM RECEPTÆ (ἐπὶ τοῦ καὶ εἰς τὸν αἰῶνα μεριστάμεναι ψυχὰι, ἐπὶ ποσὸν συμμείνασαι μεταβάλλεσθαι, καὶ χέρονται, καὶ ἐξέρπονται εἰς τὸν τῷ ὅλῳ σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνεσθαι;) *locumque hoc pacto faciunt aliis intra sedes easdem insuper recipiendis.* *Hoc respondere licebit, si pro concesso sumatur Animas corporibus esse superstites.* Et § XIV. *Tanquam pars universi hujus extitisti, in id quod produxit te evanesces. Vel potius mutatione quadam interveniente in RATIONEM SEMINALEM recipieris.* Quæ ratio seminalis (λόγος σπερματικός) sit *Anima communis & universalis*, unde primitus mentes prodierant. *Videmus hic* inquit Eruditissimus Gatakerus ad § XXI. *quis sit ille λόγος σπερματικός de quo istic & supra § XIV. & denuo lib. VI. § XXIV. unam scilicet ANIMAM*

COMMUNEM ET UNIVERSALEM *somniabant Stoici* CAP. X.

unde reliquae omnes essent quasi DECISAE, sive quae reliquarum omnium fons quidam existeret, in QUEM etiam denuo quasi REFUNDERENTUR. Existimarunt scilicet Animas non in infinitum manere determinatas; sed tandem in communem animam refundi, & invicem quasi permisceri: ex qua communi massa novae successive producerentur, atque in corpus immitterentur: Gatakerus annotat. in loc. cit. *Habent tamen aliquid Stoici dogmati Pythagorico affine quod ex Animarum MATERIA QUASI CONFLATA ET RECOCTA NOVAS PROCUDI & produci statuunt.* Ita tamen ut in Palingenesia universali eadem numero Animae iisdem numero corporibus (quibuscum quondam fuerant copulae) iterum sint conjungendae, & id quidem pro infinitis universi innovationibus vicibus infinite repetitis. Videatur Lipsius de Physiol. Stoic. lib. II. Dissert. XXII. Et I. Nemesius de naturâ hominis cap. XXXVIII. Quam thesin ultimam cum immediate præcedenti vix concilio. Hanc autem Animam *universalem* Stoicis ipsum esse *Deum* videas apud Lipsium lib. I. Dissert. VIIII. Gatakerum ad lib. cit. § XIV. &

Z z 3 alibi

1. Nemesius de natura hominis cap. mutabiliter effici. Futurum enim rursum Socratem & Platonem, & quem-rantes, cum ad idem & in longitudine que hominem cum iisdem & amicis, & in latitudine signum referuntur, in civibus, & eadem cuque etemura, & quo initio erant cum primum mundus est eadem tractaturum, omnesque civitatis, certo temporum ambitu confla-tes, & pagos & agros similiter resti-grationem & interitum rrum efficere, tui. Atque istam restitutionem uni-versi non semel, sed saepe fieri, imo quoniam sidera similiter rursus ferantur infinite, & sine ulla terminatione ea-omnia quae in priori ambitu fuerint, im-dem referri &c.

alibi. Quam interim varie misereque circa mentis post mortem statum passim fluctuent Zenonis asseclæ Antoninus, ejusque commentator copiosissimus quavis paginâ dabunt. Et hæc Metempsychosin crassam a Stoa alienam monstrant.

C A P U T XI.

Neque Judæos Veteres, seu PHARISÆOS Metempsychosin crassam adseruisse.

§ I. **F**Amosissimis Animarum transmigrantium, quos volunt, patronis ex *Gentilismo* lustratis, res nostra ad *Judæos* devolvitur. Atque ad id caput præprimis intendebam: cum hos, seu horum ἀκριβεστάτην ἀπειρὸν Phariseos, communi fere calculo animus per varia corpora peregrinantibus subscripsisse, insipidæque cuidam circulationi, Luci Divinæ, hisce concreditæ, inimicæ penitus, adhæsisse notatum passim animadverterem: atque hinc ex hoc supposito sanctissimi verbi hic illic sensum explicandum esse agentes viros doctos offenderem: cui tamen hypothese qua nescio persuasionem dicam an præjudicio? reluctantem continuo animum sentiebam: atque eo usque dementasse qui se Dei foederatos gloriabantur vix opinabile fugerentem. Sed videamus.

Phariseos
Metem-
psychosin
Pythagor-
icam
tenuisse

§ II. Phariseos Animarum transmigrationem, sic dictam, Pythagoricam tenuisse nonnunquam *generaliter* ajunt viri eruditi: ita supra Vossium audivimus, *Sed magis mirandum quod* PHARISÆIS

quo-

quoque hoc (Μετἐμψύχωση) placuit : ut intelligen-
 tissimus ejus sectae tradit Flavius Josephus lib. ^{CAP. XI.}
 XVIII. *Antiq.* cap. II. & de bello Jud. lib. II. cap. ^{non nun-}
 VIII. Camerarius oper. subcis. cent. prim. cap. ^{quam ge-}
 XCVII. p. 449. *Ex his Plato disciplinā instructus* ^{neraliter}
 PYTHAGORICA μετἐμψύχωση ponit, genus quoddam ^{dici.}
 resurrectionis, quod PHARISÆI (quæ secta sub Jo-
 hanne Hyrcano Simonis Macchabaei filio primum
 orta est in populo Dei, depravata doctrina coelesti)
 ab PYTHAGORICIS teste Josepho mutuati sunt. Pha-
 risæi inquit incorruptam quidem animam esse di-
 cunt; sed eas TRANSIRE IN ALIA CORPORA.

§ III. Aliquando magis determinate loquuntur, ^{Nonnun-}
 & aliquam diversitatem inter Pythagoræ & Pha- ^{quam ve-}
 risæorum opinionem notant. Gaudentius Exercit. ^{ro in eo}
 I. cap. XIV. Scholae PYTHAGORICÆ ALIQUATENUS ^{Pythago-}
 adhaesisse PHARISÆOS, genus hominum magna apud ^{ra fuisse}
 Judaeos auctoritate pollens, ambigere nequaquam ^{diversos,}
 possumus; quandoquidem Josephi Historici praesto ^{quod solas}
 sunt verba lib. II. de bel. Jud. cap. VII. Docuere ^{piorum}
 bonorum solas animas transire in alia corpora, im- ^{Animas}
 proborum vero interminabili supplicio cruciari. Et ^{in alia}
 distinctionem aperturus Merito inquit dixi ali- ^{transmi-}
 quatenus, non omni ex parte amplexos fuisse Pha- ^{grare}
 risæos Pythagoraeam animarum transmigrationem: ^{corpora}
 nam PYTHAGORAS, ut jam tradidimus superius, ^{voluissent:}
 SUPPLICIA ANIMARUM PRORSUS IGNORAVIT: puta- ^{atque im-}
 vit etiam NULLAM NON ANIMAM a corpore commea- ^{piorum}
 re in corpus. Bis itaque discesserunt hoc in dogma- ^{intermi-}
 te Pharisei a Pythagora. Primo scilicet quod A- ^{nabili}
 nimarum improbarum supplicium interminabile sta- ^{supplicio}
 tuerint. Secundo quod solas Bonorum animas ve- ^{cruciari;}
^{cum talia}
^{supplicia}
^{ignorasset}
^{senex}
^{Sanctus,}
^{& quasi}
^{cunque}
^{Animas}
^{alia subi-}
 luti

luti privilegio quoque in alia corpora transire voluerint. Drusius de tribus sectis Judæorum lib. II. cap. XIV. *Confitentur* (Pharisæi) *animam immortalem esse, ac proinde non interire una cum corpore, quemadmodum Saducaeï dicebant. Josephus orig.* lib. XVIII. cap. II. — *Confitentur etiam judicia animarum sub terris fieri, tum praemia cuique contingere ex virtutis aut malitiae merito: & has perpetuis damnari carceribus, illis FACILEM ESSE AD VITAM REDITUM. Verba sunt interpretis nuperi apud Josephum quae habentur in loco quem modo citavimus Abraham Zachuth, Animae bonae oblectant sese de operibus suis & malae descendunt & NON ASCENDUNT. Postrema verba Josephi, quae Graece leguntur τὰς δὲ πατὸν τῶ ἀναβῆναι, his vero FACILITATEM AD VITAM REDEUNDI innuunt ANIMARUM PIARUM μεταβαὼν sive MIGRATIONEM DE UNO CORPORE IN ALIUD, quam Graeci μετεμψύχων appellant. Clare hanc adstruit Josephus Halos. lib. II. cap. VII. alias XII. Animam quidem omnem incorruptam esse, TRANSIRE autem IN ALIA CORPORA SOLAS BONORUM: improborum vero interminabili supplicio cruciari. Quod dogma olim inter Judaeos VIGUISSE duobus locis ex Evangelio PROBARI potest, unus est Matth. XVI. 14. alter Joh. IX. 2.*

Aliis contra secundum Phariseos Bonorum animas transire in corpora bonorum: Malorum in ea quae

§ IV. Aliter Phariseorum sententiam dictant alii: atque *Malorum* animas in *Pecudum* corpora migrare, *Bonorum* in ea quae *Hominum* sunt secundum eosdem ajunt. Sigonius de Republica Hebraeor. lib. V. cap. XI. PHARISÆI porro, auctore Josepho certiore legalium rituum cognitionem professi sunt, vitam abjectam egerunt, nihil molle, nihil

nihil delicatum adhibentes. Fato omnia tribuerunt, nec tamen liberum hominis arbitrium susulerunt. Judicium Dei futurum censuerunt, quo homines pro meritis praemia poenasque consequerentur. Animas immortales duxerunt, earumque post mortem alias AETerno carceri destinandas, ALIAS IN VITAM REVERSURAS, ita ut BONORUM Animae in corpora HOMINUM remigrarent; MALORUM autem in PECUDUM. Scilicet mali, qui in corpora transmittuntur pecudum, non erunt pessimi; sed sanabiles, qui a vitiis expurgari queant, indeque in istos carceres temporales, ut passionibus eluantur maculae, inducendi: ut contra insanabiles, seu quovis flagitiorum genere inquinati carceri aeterno tradantur.

§ V. Verum aliud omnino purgatorium Judaicum, in quo torqueantur mali quoad plene lustrati inde exeant, assignant alii *Gebennam* scilicet quandam superiorem. Buxtorf. Synag. Judaic. cap. XLIX. p. m. 709. IMPII DUODECIM integros menses in PURGATORIO manent: qui paulo MAGIS PII sunt, CITIUS EGREDIUNTUR. Hinc scribitur in Talmud (Rosch basschanah fol. 17. 1.) Praevaricatores tam Israelitae, quam Gentiles corpore suo descendunt in GEHENNAM, & ibi per duodecim menses cruciantur, &c. Videatur doctiss. Windetus de vita functorum statu lect. VIII. qui plene. Interim omne purgatorium genti Judaicae usque ad quingentesimum fere post Christum annum fuisse incognitum, atque adeo Recentiorum id esse figmentum (sicque & sanabilium conditionem) idem asserit laudatus Windetus: *Hoc tamen notandum*,
 Ex aliorum mentes malos poenas expendere in Gebenna secundum Iudeos, ibidemque, velut in purgatorio sanabilium sordes elui, non brutorum corporibus. Immo poenas purgatorias recentiorum figmentum.

A a a

ait,

ait, lib. cit. p. 161. NULLAM prorsus PURGATORII MENTIONEM in scriptis Judaicis occurrere Gemara antiquiorem; quae juxta ipsorum annales, condita est circa annum aerae Christianae QUINGENTESIMUM. Nihil ea de re Targumim, nihil Philo, nihil Josephus, nihil Mischna, scriptum solidum atque antiquum, quod post S. Literas in summo pretio ab Ecclesiasticis in merito haberi debet. Et post pauca: Extat fateor PURGATORII luculenta mentio in loco ZOHARIS; quem produximus; sed istum librum multo serius scriptum fuisse convincunt λέξις καὶ παράφρασις: ineptissime enim Chaldaissat, recensitis subinde historiis rerum multo recentiorum, quam ut possit ad annum Christi QUINGENTESIMUM pertinere.

Mentium
piarum in
corpora
hominum,
impiarum
in carce-
rem aeter-
num tran-
situm fieri
immedia-
te post
mortem
secundum
nonnullos.

§ VI. Hanc porro, quam ajunt, Animarum piarum in corpora hominum transmeationem fieri immediate post excessum ex corpore priore, ut impiarum ad poenas sempiternas, sunt qui referant. Godwinus Mos. & Aar. lib. i. cap. x. §. x. Terrio credunt (Pharisæi) mortuorum resurrectionem, docentque animas IMPROBORUM denatorum EXTEMPO migrare ad aeternos cruciatus; animas autem PIORUM STATIM ab excessu Pythagorica μετασχηματισμῶν in aliorum piorum corpora transfundi. Joseph. de bello lib. ii. cap. xii. Haec ratio putatur cur tam diversam de Salvatore nostro opinionem foverint; quidam censebant ipsum esse Johannem Baptistam alii Eliam, alii Jeremiam Matth. xvi. 14. quasi Christi corpori anima vel Joannis, vel Eliae, vel Jeremiae vitam afflasset. Vid. & Serarius trihaeres. lib. ii. cap. iii. § III.

§ VII.

§ VII. Alios vero *non immediate* post obitum animarum transitum in locum convenientem fieri ex Judæorum mente asserentes habemus : *Tres* scilicet dies circum cadaver vagatur mens separata priscum habitaculum subeundi desiderio , *quarto* demum aliorum avolat. Hierosol. Moed. Katon. fol. 82. col. 2. apud Ligtfotum oper. tom. II. p. m. 43. *Anima per TRIDUUM corpus circumvolat animo revertendi : posthæc, conspiciens immutatum vultum avolat.* Bereshith rabba fol. 114. 3. apud eundem p. 649. *Traditio ben Kaphra : Summus vigor luctus non est nisi die tertio. TRIBUS DIEBUS anima vagatur circa sepulchrum expectans ut redeat in corpus. Cum vero videt quod immutatur aspectus faciei recedit, & relinquit corpus.* Scilicet ad quartum diem adhuc spes est reviviscendi ; nam dantur exempla nonnullorum qui intra illud tempus revixere Vid. ibid. ex Massecheth Semacoth. cap. VIII. Imo vero non ante in justas sedes admitti mentes ajunt alii quam cadaver in pulverem fuerit redactum. Buxtorf. Synag. Judaic. cap. XLIX. p. 713. ex Schebet Jehudah, ad quæstionem *cur mortui omnia norint, quæ hic in terra fiunt?* Respondetur, *Animam in COELUM NON VENIRE donec corpus sepultum, & in PULVEREM denuo redactum fuerit, ac proinde DIU adhuc in TERRIS manere, & omnia quæ hic fiunt rescire.*

Non immediate eundem fieri ; sed quarto demum post obitum die secundum alios : imo non antequam corpus in pulverem fuerit redactum, ut iterum alii.

§ VIII. Sed nunc quorundem quarto die, vel, si mavis, postquam cadaver in pulverem redactum fuerit, avolat mens separata ? si bona sit tumbe in nova hominum immigrabit corpora ? negant rem omnem alii, & *Paradisum, Thronum gloriæ,*

Mentem corpore deposito transire in Hortum Eden, Si-
num A.

Abrahami,
sub Thro-
num glo-
rie ex
mente
Judeo-
rum se-
cundum
bos.

& Sinum Abrahami bonorum Animis mansionem dicant. Ligtfotum audiamus tom. 2. p. 546. Sub TRIPLICI PHRASIOLOGIA disponunt scholae judaicae animas JUSTORUM post mortem; sed VIX dixeris sub TRIPLICI STATU.

I. בנן ערן, in horto EDENIS, vel PARADISO. Vice plurium quae hic adduci possent ad nauseum usque, sumamus tantum instantiam in eo cujus nomen hic occurrit Abrahamo. Midrasch Tillin fol. 3. 1. Erit sicut arbor plantata juxta rivos aquarum. Hic est Abrahamus quem accepit Deus, & plantavit in terra Israël: vel quem accepit Deus ושה לן בנן ערן & plantavit in PARADISO. Ita de Mose ibidem ex Temurah. Cum Moses magister noster discederet לנן ערן in PARADISUM.

II. תחת כסא הכבוד sub THRONO GLORIÆ. Avoth R. Nathan cap. x. Longa est historia (ait Ligtfotus) de angelo mortis missò a Deo ut eriperet Animam Mosis, quod cum præstare non posset, prehendit eum Deus ipse, & thesaurizavit eam תחת כסא הכבוד SUB THRONO GLORIÆ. Et immediate: Nec solum reposita est anima Mosis sub throno gloriæ; sed & ANIMÆ ALIORUM JUSTORUM REPONUNTUR SUB THRONO GLORIÆ. Moses in verbis antecitatis (Ligtfotus inquit) est in PARADISO, in his est sub THRONO GLORIÆ, in Pesikta fol. 93. 1. est in COELIS ministrans Deo: sub variis phrasologiis exprimitur res una eademque, & specialiter docetur נן ערן Paradisum non de terrestri intelligi, sed COELESTI.

III. בחיקו של אברהם In SINU ABRAHAMI. Vide loca adducta. Id est in beatitudinem ad ABRAHAMUM,

MUM, in ipsis amplexibus Abrahami (prout soliti sunt discumbere ad mensam unus in sinu alterius) in summis deliciis summæ felicitatis Paradisi. Hactenus Ligtfotus. Atque horum pertinet precatiuncula ægroto recitanda: *si exitus mei tempus appropinquaverit, concede mihi portionem in HORTO EDEN, & purga me ut ingredi possim mundum futurum, locum occultum justorum.* In Seder Tephil. p. 178. Vid. Histor. symboli Apostol. ab auctore Anglo conscriptam, Latineque versam p. m. 158. Imo & inscriptiones sepulchrales quæ passim occurrunt: quales videas apud Beckium in monumentis antiquis Judaicis August. Vindel. repertis p. 27, 31, 32, 34, 35, & 42.

§ IX. Hunc autem *Edenis hortum* non omnes eundem locum interpretantur: nonnullis ipsum *coelum* est, ut mox ex Ligtfoto audivimus: quod ulterius 564. monstrat, ubi ex Aruch: *Appellatur PARADISUS significatu HORTI EDENIS qui reservatur pro justis. Locus autem iste est locus בערבות in COELIS, ubi ANIMÆ JUSTORUM SUNT COMPACTÆ.* Aliis hortus ille *Terrestris* quondam Adamo cultus. Windetus de vita functor. statu Sect. VII. p. m. III. *Pervulgataque Judæorum opinio fert non tantum Enochum & Eliam cum corporibus quibus ante translationem gaudebant; sed & caeteras PIORUM ANIMAS VEHICULO INDUTAS IN VETERI ILLO PARADISO, ubi ubi sit, solas AGERE; quoad Messias adventans corpora resuscitet atque animabus suis denuo conjungat, quod expectant sub finem Chibiadis sextæ eventurum: depletis tunc animarum promptuariis ut loquitur Ezdras apocry-*

Quem E-
denis
Hortum
piarum
habitacu-
lum coe-
lum bi-
oram Ter-
restrem
illi, Sub-
terra-
neam isti
declarant.

phus. Atque adeo Paradisus quispiam inferior. Aliis tandem vel ipse *Infernus*, seu plaga quædam *subterranea*: vide auctorem Anglum Historiæ Symboli Apostolici cap. iv. §. xiv. & xv. ubi in eo est ut doceat *Judæos saltem Antiquiores omnibus animabus separatis INFERNUM sedem attribuisse.* Quo notissimus Josephi locus qui Antiq. xviii. habetur refertur, ubi de Pharisæis *Animæ statuebant immortalitatem, easque vel præmiis vel poenis SUB TERRA (hoc est apud INFEROS) esse afficiendas, pro vitæ anteactæ, sive virtute sive sceleribus insignis ratione.* Et paria de locis *subterraneis* ex Origene, & aliis.

*Mentes
separatas
in sepul-
cretis
versari
quam diu-
tissime,
ibique
munere
mediato-
rio fungi
secundum
alios.*

§ X. Tandem in omnia alia abire alii videntur, qui Animas defunctorum ex Judæorum opinione vulgo circa *tumulos*, in quibus cadavera reposita sunt, versari ajunt: atque has umbras volitantes esse *intercessores* pro vivis apud Deum, earumque ope auxilium a Deo impetrari: hincque eas iis in locis invocari. Ita Johannes Nicolai de sepulcris Hebræorum lib. iii. cap. xvii. § ii. *Visitabant ergo sepulcra — cur autem hoc fecerint Judæi? ratio hæc dari potest quod apud ipsos hæc invaluerit opinio, quod ANIMÆ defunctorum circa illos TUMULOS in quibus cadavera recondita sunt vagentur, quodque per intercessionem auxilium a Deo facilius impetrare liceat.* Sic legitur in Sota Gem. ad cap. vii. in excerpt. Magnif. D. Wagenseil § vi. p. m. 715. *Rabba ait (doceri) Calebum subtraxisse se consilio exploratorum, ivisseque, & expandisse se SUPER SEPULCRA AVORUM, precatumque esse; vos AVI INTERCEDITE pro me, ut a*
con-

consilio exploratorum liberer. In eodem tractatu quæsitum refertur R. Chamæ cur occultatum sit sepulcrum Mosis? respondetur autem, sciuisse Deum Israelitas deportandos esse in exilium, adeoque ipsis voluisse adimere occasionem veniendi ad SEPULCRUM MOSIS, atque ibidem cum lacrymis & supplicationibus hos fundendi gemitus pro sua salute: O MOSE magister noster, quæsumus te INTERCEDE pro nobis! Si quæras quo medio sepulcorum Manes isti vivorum percipiant supplicationes; addit Nicolai: allegat (scilicet Wagenseilius) inter alia locum ex Schalscheleth Hakkabala, in quo explicatur quomodo spiritus defunctorum perveniant ad cognitionem harum precum; cujus versio hæc est: Publica quadam calamitate ingruente, si populus recipiat se in LOCUM SEPULCRORUM, ibique preceatur, tum EXCITATA divinis spiritibus sese confert ad VIM SENTIENTEM, hæc vero abiens EXPERGEFACIT MENTEM, atque sic PRO VIVIS APUD DEUM INTERCEDUNT. Capis? Hæc itaque Animas separatas in sepulcretis morari, ibique quiescere inferunt: idque quam diutissime, uti Mosis, Proavorumque Manes in ipsorum conditoriis appellandi, docent. Imo forte diutius quam corpus in pulverem redactum fuerit: cum hoc sibi relictum non ita diu permaneat. Itaque ex Judæorum mente juxta nonnullos I. Solæ Bonorum animæ in alia transeunt corpora; Impiorum autem æternis suppliciis traduntur. II. Bonorum in corpora Hominum; Malorum in ea quæ Brutorum sunt migrant secundum alios. III. Atque Bonorum in corpora transfusio: Malorum ad Inferos transmissio fit immediate ab excessu

cessu juxta hos. IV. Secundum alios autem *non immediate*; sed *quarto* demum post obitum *die* aliorum tendit substantia Rationalis: imo vero *non ante* quam corpus in *pulverem* fuerit redactum abit, ut iterum alii. V. *Non in corpora* hominum *Bonorum* transire mentes ex Judæorum sententiâ; sed beatas *Paradisi* cujuspiam sedes, quas vel in *Coelis*, vel in *Terris*, vel in *Inferis* quæras, sunt qui ajant. VI. Tandem, ne quid desit dissidii, Animæ separatæ, auctoribus aliis, in *sepulchretis* versantur, ubi *mediatorio* fungantur munere. Quæ in *coemeteriis*, mora non de tempore in *purgatorio* (quod volunt) transigendo (intra quod nunquam cadaver inviseret mens separata) capi potest: cum hoc tantum duodecim mensium ad summum sit quo peracto in *coelum* ascendere, ibique quiescere mentem ajunt. Buxtorf. Synag. Judaic. cap. XLIX. p. 713. *Animam non illico coelum, unde orta est, repetere* (Scribunt) *sed in hoc MUNDO per DUODECIM MENSES errare, iterum in sepulchrum redire, multa in PURCATHARTERIO interim pati, & demum POST duodecim menses in COELUM venire, ibique quiescere.* Neque præterea qui ipsimet miseriis impliciti sunt auxilii causa appellantur ab aliis. Interim ut defunctorum Animæ ea noscant quæ in terris fiunt, sicque & supplicationes ad eas tendentes, in *terris* esse debere easdem supponit & indicat responsum supra ex *Schebet Jehudah* allatum: Christiano enim quærente *cur mortui omnia norint quæ hic in terra fiunt?* respondetur *Animam in coelum non venire donec corpus sepultum, & in pulverem denuo redactum fue-*

fuert, ac proinde DIU ADHUC IN TERRIS manere, & omnia quæ hic fiunt rescire. Buxtorf. ibid. Tot, & tanta sententiarum divortia conciliet, & quousque Recentiores. Judæi hac in re inter se, & cum Antiquioribus consentiant, vel dissentiant disquirat cui plus suppetit otii. De Recentioribus videri possunt R. Titzchak Lorientis tractat. de revolutionibus animarum p. i. c. vi. seu Kabbalæ denudatæ tom. II. part. III. tract. II. p. 269. & seq. Windetus de vita functorum statu sect. v. R. Elias in Tisbi ad גלגול הנשמות, Menasse ben Israël de resurrectione mortuorum lib II. Kimchi ad Psalm. civ: 30. Drusius ad Matth. xvi: 14. & alibi. Buxtorf. Lexic. Talm. in voce גלל ubi quæ de Animarum revolutione referunt magistri allegorice capienda esse dictat Philippus Aquinas. i. &c. De Antiquioribus seu Phariseis proprie agere institutum nostrum est.

§ XI. Hos non tenuisse *Metempsychosin* sic dic-
tam Pythagoricam sequentia persuadent. Docue-
runt *spem* & *Resurrectionem* Pharisei: ita legimus
Actor. xxiii: 6. Γράς δὲ ὁ Παῦλος ὅτι τὸ ἐν μέρῳ ἐστὶ
Σαδδουκαίων τὸ δὲ ἕτερον Φαρισαίων, ἔμαθον ἐν τῷ συνεδρίῳ.

B b b

Av-

1. Philippus Aquinas.] Scribunt LITERALEM. Nam qui ea dixit, Hebræi, ait Buxtorfius, ANIMAS non ascendit sic in cogitationem ejus. EX UNO HOMINE IN ALIUM, EX Verum ALLEGORICA sunt hæc, ad HOMINE IN BESTIAM, ETIAM AVEM terrendum peccatorem vel ad demul- TRANSMIGRARE. Vide R. Becchai cendum corda, ut stabilitur id quid par. וואת הברכה fol. 227. col. 3. Scriptum est, Quia delectantur servi Capbtor fol. 51. 2. in comment. De tui lapidibus ejus & pulveri ejus gra- hac re Philippus Aquinas scribit in suo tiam faciunt. Psalm. 102: 8. Sic Lexico: sed ego NON POSSUM FER- didici a præceptoribus meis. Hactenus RE, ut ista credantur juxta SENSUM Aquinas.

Ἄνδρες ἀδελφοί ἐγὼ Φαρισαῖος εἰμι υἱὸς Φαρισαίου, περὶ ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως νεκρῶν ἐγὼ κένομαι. *Quum vero nosset Paulus unam quidem partem (illorum) esse Sadducaeorum, alteram vero PHARISÆORUM clamavit in confessu, viri fratres ego Pharisaeus sum filius Pharisei: de SPE ET RESURRECTIONE MORTUORUM ego in iudicium vocor.* Verſ. 7. *Cum autem hoc esset locutus orta est seditio inter Phariseos, ac Sadducaeos, & fissa est multitudo.* Verſ. 8. *Nam SADDUCÆI quidem dicunt NON ESSE RESURRECTIONEM NEQUE ANGELUM, NEQUE SPIRITUM,* Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογεῖσι τὰ ἀμφοτέρω, PHARISÆI autem UTRUMQUE PROFITENTUR. *Quam spem explicat Apostolus cap. XXVI: 6, 7. Καὶ νῦν ἐπ' ἐλπίδι, inquit, τῆς πρὸς τὰς πατέρας ἐπαγγελίας γενομένης ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἔσθαι καὶ κρινόμενον.* Eis ἦν τὸ δωδεκάφυλον ἡμῶν ὃ ἐκτενεία νόματα καὶ ἡμέραν λατρεῖον ἐλπίζει καταντῆσαι, περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλῆμαι βασιλεῦ Ἀγρίππα ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. *Nunc vero ob SPEM PROMISSIONIS FACTÆ PATRIBUS nostris a Deo sto in iudicium vocatus. Ad quam (promissionem) duodecim tribus nostrae Deum nocte & die assidue colentes sperant se deventuras, de qua spe postulator rex Agrippa a Iudæis.* Spem videlicet beatitudinis omnigenæ tum in hac, tum in futura vitâ per Messiam (ut cujuscunque salutaris benedictionis Divinæ, sic beatæ Resurrectionis fundamentum unicum, Vid. verſ. 22, & 23.) consequendæ. Videantur Belgæ. Qua talis enim patribus promissus erat Messias, qua talis spei illorum objectum. Vid. Luc. i. 68—75. & II: 25, 26. Quem nunc Jesum Nazarenum prædicari a Paulo indignabantur etiam Pharizæi: rem alias cum potissima Israë-

Israëlis parte (quanquam minus perfecte ; cum
Messiæ iustitiam haud recte capiebant) tenentes &
desiderantes, Luc. xvii: 20. Scilicet in isthoc se-
mine Deus factus *Deus Abrahami Isaaci, & Ja-
cobi* : in isthoc semine hi, & omnes generationes
terræ benedictæ, vid. Gen. iii: 15. xii: 3. xviii: 18.
coll. Gal. iii: 16. Act. iii: 25. Gen. xxii: 18. xxvi: 4.
Cui autem Deus *Deus est*, semper ipsi talis exi-
stit, perpetuoque sese illi communicat; nulla cum
fit apud Deum mutatio : atque hinc vel *vita* hac
terrestri *functos* fæderatos *mente vivere* beate ne-
cesse est : imo aliquando *corpore* tenus vivifican-
dos, cum *totius suppositi* Deus dicatur. Sic argu-
mentum insolubile Christi contra Sadducæos Matth.
xxii: 31—33. Pharisæis approbatum, ut videre est
Marci xii: 28. Luc. xx: 39. coll. Matth. xxii. 34,
35, 36.

§ XII. Hanc autem *spem*, & *resurrectionem* dum
tenerent Pharisæi eos a crassâ *Transmigratione* pro-
cul abfuisse liquet : ea enim ut olim *corpus susci-*
tandum iterumque cum mente jungendum, vi-
tamque in plenissimâ beatitudine ducendam infert :
sic statum *post hanc vitam beatum* in communione
Dei, in coelis obtinendum *Animæ* poscit *separa-*
tæ, *spiritu*, ex fide antiqua, *redeunte ad Deum*,
qui dederat. *Deus enim non mortuorum Deus, sed*
viventium : *omnes enim vivunt ei*, 2. seu coram
eo. Luc. xx: 38. Ut *Animæ* piæ post hanc vitam
apud Josephum dicuntur *χαῖρον ἕως λαχῶσαι τὸν*
ἀγιότατον sanctissimum coeli locum natæ, de bel-

Hanc au-
tem spem
Animam
post hanc
vitam in
coelo loca-
re com-
munionem
Dei beata
perfruen-
tem.

Bbb 2

lo

2. *Vivunt ei.*] Vide Belgas in locum.

lo Judaico lib. III. cap. VIII. Sicuti fratrum martyrum septimus II. Macchab. VII. 36. fratres vitæ religioni immortuos *aeternae* jam *vitae* participes factos significat: Οἱ μὲν γὰρ νῦν ἡμέτεροι ἀδελφοί, inquit, βραχὺν ὑπερέγκαντες πόνον, ἀνάγκῃ ζωῆς ὑπὸ διαθήκῃ θεῷ πεπρωμένοι. σὺ δὲ τῇ τῷ θεῷ κείνῃ δικαίᾳ τὰ πρότιμα ἢ ὑπερφανίας ἀπόισθαι. *Etenim jam hi fratres nostri qui brevem laborem sustinuerunt* DIVINO FOEDERI VITÆ ÆTERNÆ ACCIDERUNT; *tu vero judicio Dei justas poenas istius superbiae reportaturus es.* Badvellus in loc. *Id est perfuncti brevi ac momentaneo corporis tormento, jam foedere VITÆ SEMPITERNÆ, quod Deus constituit, PERFRUUNTUR: aut ad ejus PERFRUITIONEM PERVENERUNT, quod ad ANIMAM attinet, expectantes placide reliquum fructum gloriosae resurrectionis.* Metempsychosis vero hujusce terrae incolas facit Animas, inquietæ, miseræque revolutioni obnoxias: atque omne foederatorum in sedibus *Paradisiacis* nescit *privilegium.*

Æternas poenas manere impiis ex sententia Pharisæica.

§ XIII. Resurrectionem porro asseruerunt Pharisei tum *justorum*, tum *injustorum* auctor Paulus est: Ἐλπίδα ἔχω εἰς τὸν θεόν, ait Act. XXIV: 15. ἢ καὶ αὐτοὶ ἔτοιμοι προσδέχονται, ἀνάστασιν μέλλειν ἕσθαι νεκρῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων. *Spem habens in Deum quam etiam ii IPSI EXPECTANT resurrectionem mortuorum futuram esse tum JUSTORUM tum INJUSTORUM.* Justos autem & injustos diversissimam post fata manere sortem ex justo Dei judicio, quod impiis *aeternos* decernat cruciatus, passiones temporales & medicinales ignorant penitus tenebant. Sic Josephus locis supra indicatis Antiq. lib. XVIII. cap. I. Ἀθανάτον τε ἰσχυρὰ

ταῖς ψυχαῖς πίστις αὐτοῖς εἶναι, καὶ ὑπὸ χροῦς διακρίσεις, καὶ τιμὰς οἷς ἀρετῆς ἢ κακίας ἐπιτείνουσιν ἐν τῷ βίῳ γίνονται. καὶ ταῖς μὲν εἰργμὸν αἰδίων προσήθεσθαι, ταῖς δὲ ῥα-
τῶν τῶ ἀναβῆναι. *Animis credunt* (Pharisæi) *vim esse aeternam*, & *eorum sub terra JUDICIA fieri, tum praemia poenasque cuique contingere ex virtutis, aut malitiae in hac vitâ merito, hisque quidem CARCEREM PERENNEM constitui, illis vero facultatem rursum vivendi.* Et de bello Jud. lib. II. cap. VIII. τὴν δὲ τῶ φαύλων (ψυχῶν) αἰδίῳ τιμωρία κα-
λῶσθαι. *MALORUM vero (animam) AETerno SUP-
Plicio PUNIRI*, (volunt Pharisæi.) *Martyrum Maccabaicorum septimum audivimus, videantur & verba quarti vers. 14. & quinti vers. 17. Sed Metempsychosis carcerem perennem, poenasque aeternas omnino negat. Perperam itaque supra Si-
gonius.*

§ XIV. *Resurrectio* justorum & injustorum at-
que adeo *omnium* hominum, & quod hæc infert
Judicium, Pharisæis quoque creditum, ut *eadem*
individualiter corpora postulant quæ in vita terrestri
a mentibus informata fuerunt non alia: idem
enim poscitur subjectum atque totum quod in hu-
jus vitæ curriculo vel secundum legem, vel contra
eandem vixit ut præmium poenamve fortiatur, con-
fer 11. Cor. v: 10. Ut in Abrahamo resuscitando,
& remunerando non eadem modo anima coram ju-
dice sisti debet; sed & idem numero corpus, ut
verus, pius, & integer gloria afficiatur Abraha-
mus: quemadmodum etiam *eorundem* membrorum
resuscitationem credebatur fratrum Martyrum tertius
11. Maccabæorum VII. 10, 11. *Post hunc autem*

*Resur-
rectionem
omnium
hominum,
justumque
super iis
judicium
Divi-
num,
dogmata
Pharisæis
asserita,
Metem-
psychosin
negare.*

tertius in ludibrium traductus quum lingua ab ipso posceretur quam cito protulit, & manus audacter protendit, dixitque generose. Εξ ἑξενὸς ταῦτα λέγειν. καὶ διὰ τὰς αὐτὰς νόμους ὑπερ ὁρῶ ταῦτα, καὶ παρ' αὐτὰς ταῦτα πάλιν ἐλπίζω κομίσασθαι. Ex coelo (seu a coeli Domino) haec possedi, atque haec despicio propter ejus leges, ut qui HÆC ab ipso spero me DE INTEGRO REPORTATURUM ESSE. Et pari ratione in poenis statuendum est. Ita quoque omnia illa exigunt corpora (omnium resurrectio, & judicium) quæ cum mentibus humanis homines constituerint. Verum una eademque Anima plurima successive corpora ex doctrina Phariseis assignata informasse potuit, vel debuit: cum subinde novum vetere deposito subire corpus jubeat Metempsychosis; sed tamen una numero anima plura simul corpora informare nequit, atque adeo Resurrectionis articulo in & cum iis se in judicio sistere impossibile, ni mentem humanam infinitam finxeris, quod seipsum concutit. Resurrectio itaque piorum impiorumque & subsequens Judicium Divinum Phariseis asserta crassam transmigrationem non patiuntur.

Non aliam Pharisæis creditam Resurrectionem, quam quæ futura sit post unum tantum corpus depositum.

§ XV. Atque nec aliam Phariseis in mentem venisse Resurrectionem quam quæ foret post unum tantum corpus depositum convincit Sadducæorum contra resurrectionem objectio desumpta a septem fratribus qui ex lege de fratri semine suscitando eandem omnes habuissent uxorem, quæ habetur Marci xii: 23. Εἰ τῇ ἐν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, τίνος αὐτῶν ἔσται γυνή; οἱ γὰρ ἐπὶ τὴν ἑσχον αὐτὴν γυναῖκα. In resurrectione itaque (ajunt) quum illi (septem fratres cum uxore) resurrexerint, cujus eorum erit uxor?

uxor? nam septem habuerunt eam uxorem. Supponunt Sadducæi a Christo resurrectionem doceri secundum easdem quas tenebant Pharisei hypothesen, vide Grotium in locum parallelum Matth. xxii: 28. Illi iidem septem fratres qui hanc mulierem habuerant uxorem, sicuti & uxor ipsa, erant resurrecturi juxta has: mansurusque post resurrectionem erat conjugii usus secundum easdem, videatur iterum Grotius loc. cit. & vers. 12. cap. xii. Evangelii Marci. Atque ex lege connubii unicuique marito suam uxorem possidendam esse & quidem soli arguantur Sadducæi: si autem iidem mariti, eadem uxor, resurrecturi essent & unaquæque uxor connubiali jure in possessionem mariti proprii reditura, ipsissima illa erant resuscitanda, & reddenda corpora quæ cum isto uxoris corpore fuerant unum caro, seu conjuncta: quod si fuerit, horum fratrum, mulierisque animas ante vel post non alia & plura informasse ex mente Phariseorum corpora liquet: forte enim alias illæ vel earum aliquæ die resurrectionis apportaturæ forent unum vel aliud ex domiciliis prioribus, vel ex iis quibus seriori inhabitatione usæ fuerant, & quidem cum aliis uxoribus copulatæ: vel corpus ab istius uxoris anima inhabitatum ab alia informatum mente, quæ illud idem etiam in terra incoluerat prodiret forsan, & ita non iidem viri, non mariti iidem haberentur, non eadem uxor, sed forsan virgo vel aliorum vidua conspiceretur. Atque adeo non nisi rarissime eadem uxor, idem maritus reddi & haberi posset, cujus contrarium urgent Sadducæi. Dein, si plura ex sententia Phariseorum successive subeant habitata-

bitacula mentes , multa corpora humana a resurrectione secundum eosdem excludenda esse constat: animæ enim & corpora numero tantum paria, cum hæ duæ partes integrantes homines constituent, fuscitanda intelliguntur: corporum interim numerus illum qui animarum est multum excedere facit ista hypothesis: uni dum eidemque animæ statum corpusque nunc militis gregarii, nunc præfecti, consulis postea, mox sacerdotis, Regis deinceps &c. applicat: atqui in resurrectione unam solummodo personam agere, unum circumferre corpus posse supponitur, quod reliqua corpora non apparitura infert. Unde homines variis queis olim usi fuerant corporibus non gavisuros, nec vitæ generibus & commodis in iis haustis, ita & uxoribus, maritisve cum quibus conjuncti fuerint in aliis vitis & corporibus quam quod in resurrectione indutura est anima destituendos esse non modo possibile, sed necesse est. Verum enim vero omnes ad unum homines *eosdem*, omnes maritos, omnes uxores in resurrectione revicturos, qui ex æquo jus possessionis & dominii urgere possint, infert ex hypothesis Pharisaica Sadducæorum objectio. Quæ nulla penitus est, si non easdem personas, seu eadem supposita id est easdem mentes cum iisdem numerice corporibus conjunctas necessario sistat Resurrectio; imo vero multa corpora, sicque vitarum in iis ductarum genera non restituat. Resurrectionis itaque idea Pharisaica ut unum & idem corpus infert sic a crassa Transanimatione est aliena.

Secundum
Phari-
sæos men-

§ XVI. Phariseos autem voluisse Animas *pias* post mortem in *coelum* abire, id quod § XII. posuimus,

mus, *Impias in Infernum* de quo articulo § XIII. egimus clarissime patet ex parabola, seu hypoty-
posi 3. (an mavis historia ut multi?) divitis epulo-
nis & Lazari quam Christus profert Lucæ xvi. ca-
pite. Notandum videlicet Servatorem loqui ad
Pharisæos quorum *avaritiam* reprehendit ut liquet
ex vers. 14 & 15. *Audiebant autem hæc omnia*
etiam PHARISÆI qui erant AVARI (Φιλάρργοι) &
fannis eum excipiebant. Tunc dixit EIS vos ii estis
qui justificatis vos ipsos in hominum conspectu: Deus
autem novit corda vestra &c. Atque etiam hoc
nomine eos aliquando ex justo Dei judicio gravissi-
me puniendos interminatur parabolâ divitis splen-
dide viventis & pauperem Lazarum negligentis ad-
ductâ: quibuscum scilicet ita se res habuerit ut
Lazarus cum diem obiisset ab angelis in *sinum A-*
brahami, id est coelum, paradisum (ubi cum A-
brahamo fidelium patriarcha omnigenis hi fruuntur
consolationibus & gaudiis, perpetuis velut in con-
viviis, Vid. Matth. viii: 11. Lucæ xiii: 23.) ab-
portatus fuerit, vers. 22. *Dives* vero ille defunc-
tus in *Infernum* detrusus, horrendus subjectus cru-
ciatibus vers. 23, & 24. & quidem infinitis v. 26.
Atqui Christus certe loqui voluit notâ & vulgari
dialeceto gentis, & quomodo a Judæis intelligi posset
cum Matth. Polo ex Ligtfoto in locum (quem
hic pluribus rem ex scriptis Judæorum explicantem
videas) ajo. Et quemadmodum omnis parabola
& hypotyposis, quæ legitime affertur, res a qui-
bus ducitur, præter controversiam, *esse vel esse*
C c c *posse*

3. *Hypotyposi.*] Vide quid hic Grotius.

posse clamat : sic & ex hypothefi Pharifæis concessa & agnita 4. locutum Servatorem constat, si omne arceretur effugium, & plenus inde prodiret iniquis. Grotium commentantem audiamus : Hic (inquit ad verf. 19.) Christus ad argumentum, unde sermonem inceperat regreditur de usu DIVITIARUM : ostenditque a multis PHARISÆISMI ſeſſatoribus hac in parte ipſam Moſis legem diſertis verbis prolatam violari, quaſi dicat : Non opus eſt ut lex illa novi regni vos condemnet, quibus dammandis lex ſola Moſis ſufficit. Lex regni vult ultro conquiri eos qui beneficentia noſtra poſſunt ſublevari : eorum cauſa decidere nos aliquid de noſtris commodis, neque exſpectare dum illi ad extremam miſerie lineam id eſt ad mendicitatem deveniant : neque vero popularibus tantum, ſed alienigenis quoque, etiam non optimis, vel ob hoc unum quod homines ſint. At inter PHARISÆOS multi erant non mediocriter DIVITES, & qui opulentiam ſuam VESTIBUS, atque EPULIS palam oſtendarent. Quam facile his erat ſine ullo ſuo incommodo virum probum & popularem quotidie ſibi ob oculos verſantem, qua-

4. *Conceſſa & agnita.] Ut contra, ſi de hominum extremis tam finiſtre quam volunt ſenſiſſent, & hoc nomine omni procul dubio hic illic Servatori Apoſtoliſve. vapularent Pharifæi, quod nuſquam. Sed veſtigia quidem & ſigna conſenſus in hiſce cum Chriſto leguntur : illi enim legis periti, qui cum Abrahamum vivere. & aliquando quoad corpus reſuſcitandum eſſe probaſſet contra Sadducæos Jeſus ex eo quod Deus Deus eſſe Abrahami, ipſi dicebant Magiſter bene dixiſti, Luca xx: 39. & ſcribant enim bene illis reſpondiſſe, Marci xii: 28. & Pharifæis erant, ut patet ex Matth. xxi: 34, 35, & 36. Et eorundem cum Paulo circa hoc caput conſenſum ſupra ex Act. xxiii: 6, & 8. xxiv: 15. & xxvi: 6, & 7. videmus.*

lis eo tempore erat Lazarus, si non alere liberaliter, certe a mendicitate arcere. Quod certe non charitas tantum & natura, sed ipsa illa lex civilis Hebraeorum per Moſem data exſerte præcipit Deuter. xv: 7, 8. PRÆDICT IGITUR CHRISTUS FUTURUM, UT NON EVADANT EAS PŒNAS QUAS POST HANC VITAM LEGIS CONTEMPTORIBUS CONSTITUTAS IPSI FATEANTUR. Agnovere itaque Phariſæi I. Animas pias poſt hanc vitam tranſire in ſinum Abrahami, ubi iis bene ſit. II. Impias in Infernum ubi dolores hauriant. III. Tranſitum hunc fieri immediate poſt mortem. IV. Statum hunc felicem & infelicem fore indefinentem.

§ XVII. Atque amplius a Metempsychofi alie-
nos fuiſſe eoſdem Phariſæos exinde apertum ſit quod
hominis *exiſtentiam* in mundo ſublunari vel *actua-*
lem vel *poſſibilem* antequam præſens indutum fuerit
corpus negaverint. Id ex eorum ad Chriſtum dicto
quod habetur in Euangelio Johannis Cap. viii: 57.
certo certius eruitur: dixerat Servator ad Phari-
ſæos, cum quibus ſermonem miſcebat, (ut appa-
ret ex commate 13. PHARISÆI itaque dixerunt ei,
tu de te ipſo teſtaris &c. Respondit Jeſus & DIXIT
EIS &c.) Abrahamus pater ille veſter geſſivit vide-
re diem iſtum meum, & vidit ac gæviſus eſt, verſ 56.
Ad hæc Judæi Πεντήκοντα ἐτη ἔστω ἔχουσ, & Ἀβραὰμ
ὤνυσας, QUINQUAGINTA ANNOS NONDUM HABES,
ET ABRAHAMUM VIDISTI. Quibus cum reſpondiſſet
Chriſtus Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι
ἐγὼ εἰμι. Amen amen dico vobis PRIUSQUAM ABRA-
HAMUS exiſteret, ego ſum. Verſ. 58. illum quaſi
blaſphemix reum lapidibus obruere tentabant. Ver-

fu 59. Illud sane dictum, si ullus verbis sublit
sensus, *tu necdum quinquaginta annos habes & tu*
vidisti Abrahamum? declarat Phariseorum men-
tem fuisse, *impossibile* esse mortalium quempiam,
qui istis diebus necdum quinquaginta annos natus
erat, Abrahamum, qui abhinc multa secula dis-
cesserat, *vidisse*, quia scilicet tum temporis *non-*
dum extiterat, & *non entis nullæ sunt affectiones*:
sicuti & crimen blasphemix considerabant quod *se*
Abrahamo priorem diceret Christus, inde scilicet
Servatorem nostrum quem merum hominem vole-
bant, sibi *æternitatem* vindicare, adeoque se Deo
parem facere, colligentes, confer Joh. x: 33. &
cap. v: 18. Ast si *Transanimationem* asseruerint Pha-
risæi ex eorum sententia facillime Christus Abra-
hamum vidisse potuit, imo quidem antequam Abra-
hamus esset extitisse, etsi vel merus homo fuisset:
Christi etenim Anima non longe a mundi subluna-
ris principio in generationem demissa fuisse potuit,
postquam autem primum deposuit corpus, ex hy-
pothesi, aliud subire necesse habuit, quo iterum
defuncta in novum aliud devoluta erit, atque sic
variis transmeationibus factis tempora utique attingere
Abrahami, atque ipsum videre potuit. Id
enim de *naturâ* Metempsychosæ est *anteactas* vi-
disse ætates: Pythagoram in memoriam revoce-
mus, qui quarto supra trigésimum mundi conditi
florens seculo bellum viderat *Trojanum*, jam ante
sex secula ad finem perductum,

Ipse ego (nam memini) TROJANI tempore belli
Panthoides EUPHORBUS eram: cui pectore quondam
Hæsit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.

Ut

Ut supra Ovidius Metamorph. xv. Imo & supra

CAP.
XI.

istum temporis curriculum ascendebat: cum antea jam egisset ætatem Æthalidæam vide supra pag. 33.

§ XVIII. Tandem corpora quæ Animæ piæ separata de novo aliquando induturæ sunt, de quibus apud Josephum, non sunt talia qualia in vita terrestri gestarunt *crassa*, terrena mentem polluentia, ac variis compedibus molesta; sed ἀγὰ *pura*, *casta*: & quidem postquam diu *sanctissimum coeli locum* incoluerint eadem. Ita rerum Judaicarum scriptor de bello lib. iii. cap. viii. Ἄρα ἐκ ἱστῶ, ὅτι ἤ μὲν ἐξόντων τῆ βίᾳ κατὰ τὸν ἴφύσεως νόμον, καὶ τὸ ληφθῆν παρὰ τῆ θεῆς Χρέος ἐκτινόντων, ὅταν ὁ δὲ κομίσασθαι θέλῃ, κλέει μὲν αἰώνιοι, οἱ καὶ δὲ καὶ γεναὶ βέβαιοι, κατὰ δὲ ἐπὶ πῶς αἱ ψυχὰ καὶ ἄλλοι ἐξ αὐτῶν λαχῶσαι τὸν ἀγιώτατον, ὅταν ἐκ περιτροπῆς αἰώνων ἀγνοῖς πάλιν ἀντενοικίζονται σώμασιν. *An nescitis morientium juxta naturae legem, & qui Deo debitum exsol-*
vunt repetenti quod dederat, laudem esse æternam,
domum, sobolemque firmam, PURAS autem & dicto
audientes ANIMAS MANERE SANCTISSIMUM COELI
LOCUM NACTAS, hinc per seculorum lapsus iterum
introducuntur in corpora MUNDA ut ea INHABI-
TENT. In quibus ἀγνοῖς σώμασιν ducturæ sint eadem non parem; sed vitam *melio-*rem, perfectam, beatam. Idem contra Appionem lib. ii. § xxx. Ὅτι τοῖς τὰς νόμους διαφυλάξας, καὶ ἀνὰ εἰς δέοι θήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν προθύμως ἀποθανῶσιν, ἔδωκεν ὁ θεὸς γενέσθαι τι πάλιν, καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ περιτροπῆς. *Iis qui leges servarunt, & pro iis, si ita res ferat, mortem*

Animas
pias non
aliis
quam pu-
ris, & ab
omnibus
imperfec-
tionibus
secretis
corpori-
bus ali-
quando
vestien-
das, in
quibus vi-
tam a-
gant bea-
tam.
Quid hic
Josephus.

appetierunt, dat Deus NASCI ITERUM, & ex temporum intervallo VITAM ADIPISCI MELIOREM. Id quod septem fratrum martyrum enunciat ἀθανάτων ἀναβίωσιν ζωῆς. II Maccab. vii: 9. Ο' δὲ τῷ κόσμῳ, inquit, βασιλεὺς ἀποθανόντας ἡμᾶς ὑπὲρ τῶν αὐτῶν νόμων εἰς ἀθανάτων ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει. *Sed rex mundi nos pro suis legibus mortuos suscitabit IN ÆTERNAM VITÆ REVIVISCENTIAM.* Scilicet quod dixit Josephus παρὰ τὴν τῆς ἀναβίωσιν facultatem reviviscendi Antiq. lib. VIII. cap. I. de bello lib. II. cap. VIII. vocavit μεταβαίνειν εἰς ἕτερον σῶμα, *transire in aliud corpus.* Quod corpus descripturus quale futurum sit illud nuncupat ἄγνον *purum.* Et conditionem Animarum tempusque quando illud novum *purumque* corpus induendum sit significaturus ait postquam τόπον ἔσται τὸν ἁγιώτατον, *locum coeli sanctissimum nactae fuerint, & secula nonnulla lapsa sint,* de bello lib. III. cap. VIII. Vitæ *qualitatem* in iis *puris* corporibus agendam aperturus, eam dicit hac miserā, mortalique vitā *præstantiorem* (ἀμείνω.) Scilicet Resurrectionis tempore postquam per secula plura beatas *coeli* sedes incoluerint animæ piæ separatæ etiam corpus reviviscet, sed non priscis corruptelis maculisque foedatum, imo vero quoad qualitates polluentes immutatum, & *purum*, sanctumque redditum: in illud corpus *mundum* menti transire dabitur, vitamque auspicari hac mortali longe *præstantiorem*, beatam, æternam. Quæ quam longissime a Metempsychosi abeunt.

Conclusio.

§ XIX. Hisce omnibus addi potest non utique in corpora *Brutorum* ex opinione Pharisaica transiisse mentes humanas: cum multiplex apud eos, juben-

jubente rituali lege, cujus tenacissimos fuisse eodem nullus ignorat, viguerit animalium oblatio: quemadmodum & carnibus vescendi consuetudo. Afferuerunt itaque Pharisei I. Mentis immortales esse. II. Post hanc vitam præmia & poenas ex justo Dei judicio pro meritis vitæ antea actæ obtinere. III. Malos æterno tradi carceri. IV. Bonorum animas separatas in sanctissimum coeli locum, Abrahami sinum evehi. V. Ibidem eas permanere per secula. VI. Resurrectionem fore justorum & injustorum. VII. Solis autem piis resurrectionem fore ad vitam. s. VIII. Hinc post seculorum lapsus, resurrectionis tempore, iis corpora inhabitanda donatum iri, sed augustiora, pura. IX. In quibus vitam agant beatam. X. Impios autem resurrecturos ad contemptum, horroresque infinitos. Vere itaque *Spem*, & *Resurrectionem* tenuerunt, ut de iis affirmaverat Paulus. *Phariseorum* secta ergo a *Metempsychosi* fuit aliena.

§ XX. Neque hæc luce, si quid video, clariora
Chrysothomi auctoritas dubia reddet opinor. Hic,
fateor, omnem de piorum post hanc vitam *statu*
beato & resurrectione doctrinam veterum latuisse
ecclesiam asseruit: atque adeo de fide *Pharisaica*
circa hoc caput, ipso commentante, parum certi
esse possemus. Scilicet de Lazaro agens inter ma-
la quibus pressus fuerit ille enumerat Chrysotho-
mus quod seipsum consolari & erigere nequiverit
miser articulo de *Resurrectione mortuorum*, imo
vero *hujus vitæ res crediderit hujus vitæ fine ter-*
mina-

Dogma
de piorum
post hanc
vitam
statu be-
ato futura-
que ali-
quando
Resurrec-
tione ec-
clesiæ Ju-
daicæ non
fuisse in-
cogni-
tum, ut
voluit

s. *Vitam*.] Æternam videlicet beatumque, κατ' ἐξοχήν ita dictam.

minari : eo quod NONDUM ADVENISSET TEMPUS EJUSMODI DOGMATUM. *Possum & aliud*, ait concione I. de Lazaro, *his omnibus addere videlicet quod* NE DE RESURRECTIONE quidem QUICQUAM POTUERIT PHILOSOPHARI ; SED HUIUS VITÆ RES CREDEBAT HUIUS VITÆ FINE TERMINARI. *Erat enim ex eorum numero qui gratiam EUANGELII præcesserunt. Quod si nunc his temporibus post tantam Dei cognitionem, egregias resurrectionis spes, post illic reposita peccantibus SUPPLICIA, post parata iis qui recte vixerunt BONA, adeo defectis animis ac miseris sunt nonnulli, ut ne horum quidem expectatione corrigantur : quid tandem est putandum illi accidisse etiam HAC DESTITUTO ANCHORA ? nam ille* TALE NIHIL unquam philosophari potuit, EO QUOD NONDUM ADVENISSET TEMPUS EJUSMODI DOGMATUM. Contra quæ similiaque in quantum *Historicam* nostram, & *Philosophicam* tangunt veritatem, *rem Theologicam* hac vice aliis committens, impræsentiarum noto I. Ante Euangelium implementationis apertissime revelatam Resurrectionem, & II. Certissime creditam. Aperte scilicet hanc, ejusque naturam in V. T. traditam esse dictum Servatoris ad Sadducæos de *Resurrectione*, ejusque modo sinistre sciscitantes significat *Erratis* NESCIENTES SCRIPTURAS, Matth. xxii: 29. Imo notissimas Patriarchis factas promissiones eam continere monstrat Vers. 31. & 32. Percepit eam (ut & beatitudinem post hanc vitam) *Abrahamus* ex revelatione Dei, eique facta promissione Gen. xv: 1. xvii: 7. coll. Heb. xi. vers. 16, 10, 18. Exod. iii: 6. coll. Matth. xxii: 32. *credidit scilicet Abraham in Deum*

Deum qui MORTUOS VIVIFICAT. Rom. iv. 17. *Jo-*
bus articulo de *Resurrectione* sese plenissime insti-
tutum, ac mentis suæ piæ anchoram solidam eam
tempestatibus applicuisse manifestat cap. xix: 25,
26, 27. (Ubi resurrectionem corporum designatam
esse, & exceptiones in contrarium allatas refutatas
vide apud Frid. Spanhemium Histor. Jobi cap. xiii.
§ 17.—20.) Fortitudinis spiritualis umbonem *Re-*
surrectionis, ut infallibiliter secutura, *spem* præ-
dicat *David* Psalm. xvii: 15. xlix: 16. &c. Ut
omnis consolationis compendium exhibet *Hoseas*
cap. xiii: 14. Planissime eam deducit *Jesaias* cap.
xxvi: 19. Uti tandem pari claritate qui captivita-
tem videre Babylonicam hanc memorant *Ezechiel*
& *Daniel*, illius prophetiarum cap. xxxvii: 11--14.
huius cap. xii: 2, 13. Certissime de eadem per-
suasi erant martyres *Maccabaici* 11. Maccab. vii:
9, 14. Contra Sadducæos tuebantur eandem *Pha-*
rissæi Act. xxiii. 8. Perperam itaque omnino Chry-
sosthomus.

§ XXI. Duo potissimum ex N. T. loca addu-
cuntur quæ *Metempsychosin* Pharisaicam docere pu-
tantur, alter qui in Evangelio habetur Matth. xvi:
cap. vers. 14. alter Joh. ix: 2. Sic supra Drusium
audivimus: *Quod dogma* (μετεμψυχῶσεως) *olim in-*
ter Judæos viguisse duobus locis ex Evangelio pro-
bari potest. Unus est Matth. xvi: 14. alter Joh.
ix: 2. Quod ad priorem attinet, sic habet vers. 13.
Quum venisset autem Jesus in partes Cesareæ
(quæ dicitur) Philippi, interrogavit discipulos
suos dicens quemnam me dicunt homines esse, filium
hominis? Vers. 14. *Illi vero dixerunt* Οἱ μὲν ἰωάν-
νην υἱὸν Δαυὶδ λέγουσιν, οἱ τινες υἱὸν ἑλισσαίου τοῦ προφη-

Objectio-
ni ex loco
Matth.
xvi: 14.
fit satis.

καὶ τὸν βασιλεῖν, ἄλλοι δὲ Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἰερεμίαν ἢ
 ἓνα τῶν προφητῶν. *Alii quidem JOHANNEM Baptistam,*
alii vero ELIAM, alii vero JEREMIAM, aut UNUM
EX PROPHETIS. Sed unum audiamus Cameronem,
 qui ita in locum: *Sunt viri docti qui hunc locum*
non existimant aliter posse intelligi nisi dicamus Pha-
risaeos, Judaeorumque vulgus ex Pharisaeorum
institutiōne credidisse cum Pythagoreis animarum
μετεμύχων. Nam unde haec, inquit, vulgo
 de Christo opinio eum esse Eliam, vel Jeremiam
 aut unum e prophetis, nisi quod ita a Pharisaeis
 edocti μετεμύχων esse credebant? Sed sane FRU-
 STRA illi sunt; nam primo si METEMPSYCHOSIS
 credita est vel a Judaeis vulgo, vel a Christi disci-
 pulis, contra quod quam illi sentiunt, non potest
 commode locus iste explicari. Nam qui crediderint
 Judaei Christum esse Jeremiam eo quod Anima quae
 Jeremiae corpus aliquando insedit corpus Christi
 insederit? sic enim non magis Christus Jeremias
 fuerit quam is cujus corpus ante vel post Jeremiam
 anima illa, tot corporum anima, insederat. Dein-
 de quidni suspicati fuerint JEREMIAM EXCITATUM
 fuisse e mortuis? quod profecto crediderunt, ut ha-
 betur LUC. IX. 7, 8. pene disertis verbis, dicitur
 enim Herodes tetrarcha pependisse animo propterea
 quod a nonnullis diceretur Johannes EXCITATUS A
 MORTUIS, a nonnullis Eliam apparuisse, ab aliis
 denique quendam e veteribus prophetis RESUR-
 REXISSE. Ergo ideo Dominus creditus est Jere-
 mias, quod non videretur creditu absurdum JERE-
 MIAM RESURREXISSE: nihil ut opus sit confugere ad
 Metempsychosin. Hactenus Camero. Addi potest
 quod

quod non in *adultæ*, quale corpus Christi erat, sed *Embrionum* corpora transnigrare mentes faciat Metempsychosis: ut Christum Johannem esse ex hac foret impossibile. De *suscitatione* itaque ex mortuis res capienda est. Et quantum ad Eliam de hujus apparitione paulo ante Messiam ex male intellecto loco Malachiæ iv: 5. expectata.

§ XXII. Alter locus pro *Metempsychosi* Pharisæica adduci solitus in Euangelio Johannis capite ix. habetur commate 2. Verba sunt Καὶ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτῷ λέγοντες Ῥαββὶ τίς ἡμαρτεν, ἵνα ὁ γονεὺς αὐτοῦ ἴνα τυφλὸς γενῆται. Et interrogaverunt eum discipuli ejus dicentes Rabbi quis peccavit iste an parentes ejus, ut caecus nasceretur? Cameronem iterum audiamus: Nonnullis videtur hoc absurdum, ait ille in loc. quaeri a discipulis, nisi statuamus eos in hac fuisse sententia cum Pythagoreis Animas DE CORPORE IN CORPUS MIGRARE; quo in errore volunt fuisse PHARISÆOS. Qui enim fieri possit ut caecus peccando caecitatem hanc accersiverit a nativitate: quæ omne peccatum praecedat, nisi statuamus Animam istius caeci in alio corpore peccasse? At nihil tamen necesse est hic ad Metempsychosin recurrere: imo Metempsychosis id non facile admittit, Metempsychosis inquam Pharisæorum, hoc est quæ PHARISÆIS AFFINGITUR. Solæ enim JUSTORUM animæ ex illa sententia traducuntur in nova corpora, discipuli autem suspicantur caecum istum fuisse IMPIUM, &c. Non itaque solvendum dubium ex Metempsychosi quam volunt Pharisæica: cum secundum eam solæ piorum animæ in alia transeant corpora, saltem humana; Impiorum

Ddd 2

autem

Ad illam
quæ ex
Joannis
ix: 2.
formatur
responde-
tur.

autem ab hocce privilegio excludantur, sed *interminabili cruciatui* subjiciantur, vel in *Brutorum* corpora intrudantur; atqui hic quæstio est de anima insigniter peccatrice, utpote tam insignem perpessa poenam. Videatur & Ligtfotus in locum. Responderi potest:

I. Agnovisse Judæos ex lege quod Deus *peccata parentum* visitare possit in *liberos* Exodi xx: 5. atque hac de causa miseros haud raro enasci infantes: hinc quæstio num *parentes* cæci peccarint?

II. Credidisse eosdem, ut volunt, ipsum Embryonem, seu infantem in utero matris peccare posse: atque adeo ipsummet in causa esse quod corpore male disposito ederetur. Ligtfotus in locum. *Autumarunt Judæi posse infantem in UTERO matris jam animatum & viventem* IRREGULARITER se gerere, atque aliquid facere quod non vacaret CULPA. In tractatu novissime citato (*Vajicra rabba*) introducitur in parabola *saemina filium serio accusans coram judice quod INORDINATE CALCITRARET DUM ESSET IN UTERO*. Et ex tract. Sanhedrin & Bereschith rabba addit Ligtfotus: *Antoninus interrogavit rabbi (Judam.) A quonam tempore incipit malus affectus praevalere in homine? an a tempore formationis ejus in utero, an a tempore processionis ejus ex utero? Dicit ei Rabbi, A TEMPORE FORMATIONIS EJUS. Tum inquit Antoninus calcitrabit in UTERO matris, & erumpet. Dicit rabbi hoc didici ab Antonino, & suffragatur scriptura, cum dicit, peccatum cubat ad osium. Quemadmodum figmentum malum cordis homini adscribunt ab eo tempore quo primum se movere incipit*

pit in *utero materno*, vide Drusium in not. Major. ^{CAP} XI.
ad Gen. VIII: 21.

III. Animarum *præexistentiam* cum multis Gentium philosophis credidere Judæi : omnes scilicet Animas simul esse creatas a Deo a primordio mundi voluere, atque in Regione coelesti quod *Goph* vocant vitam ducere easdem usquedum inde in corpus immittantur, qui Animarum descensus duraturus sit quoad ista coelestis regio omnibus animabus ibidem hærentibus exhausta fuerit. Sic Menasse ben Israëli lib. de creat. p. 61. *Communis opinio est omnium Hebraeorum animas humanas præcessisse corpora.* Atque hinc omnes huic interfuisse mandato *Quocunque die comederis ex arbore scientiæ boni & mali moriendo morieris*, Gen. 11: 17. Unde ad Deut. XXIX: 14. *Neque vobiscum solis ego pango foedus meum cum adjuratione hac; sed cum eo qui adstat hic nobiscum hodie coram Jehova Deo nostro, & cum eo qui non est hic nobiscum hodie.* Sic commentantur Rabbini: *Omnes animæ quæ fuerunt ab Adamo, & quæ futuræ sunt usque ad consummationem mundi omnes illæ fuerunt creatæ sex diebus creationis, omnesque in horto Edenis fuerunt, & dono legis interfuerunt; sic enim dicitur, cum eo qui adstat nobiscum hodie, & cum eo qui non est nobiscum hodie.* Ita apud Georgium Dav. Ziegram tract. de arbore scientiæ boni & mali § XIX. qui reperire est in Thesauro Theologico Philologico part. 1. p. 51. Addit Idem quoque cum Menasse docet R. Abarbanel ad locum Jerem. 1: 15. & docetur in Midrasch Tillim & Jalkuth ad Ps. 139. Nec non in Massech. Chagiga c. 11. de eodem loco. R. Salomon apud
Ddd 3 Ligt-

Ligtfootum tom. 11. p. 638. *Repositorium est & nomen ejus est GOPH: atque a CREATIONE formatæ sunt OMNES ANIMÆ quæ erant nascendæ, atque ibi repositæ.* Videatur & Windetus de vita functorum statu Sect. VIII. p. m. 111, & 112.

Quid de
causis
descensus
Anima-
rum in
corpora,
harumque
ante hunc
conditione
voluerint
præexi-
stentia
patroni.

§ XXIII. Qui autem Animarum *præexistentiam* tenere philosophi vetusti, easdem nonnisi ob aliqualem a Deo *deflexionem, discessum, propensionemque in generationem*, in corpus crassum veluti carcerem *poenæ* loco detrudi voluisse constat. Scilicet cum *mediæ* cujuscipiam essent conditionis a creatore constitutæ, libero arbitrii viriumque abusu & ad ea quæ erant *infra se*, & a *Numine aversa* sese inclinare poterant. Videatur Hierocles, comment. in aur. carm. p. 258, 261. Atque adeo & in vita *priori* id est *coelesti* vel in luce supramundana, vel stellis fixis, vel Planetis, antequam corpus *humanum* indutum fuerit, varie graviusque leuiusque peccare mentes Philosophiæ seu Theologiæ antiquæ vulgare dogma erat. Imo & ista peccata pro varia eorum qualitate varie & in hac vitâ non nunquam puniri fides erat. Audiamus ὁ. Jamblichum de Mysteriis sect. iv. cap. iv. *Merito dubito quid sit illud quod tu vocas juste agere & puto aliam*

ὁ. Jamblichum de Mysteriis sect. iv. cap. iv.] *Εἶχω περὶ τῆς δικαιο- καὶ τὰς προτέρας αὐτῆς βίης πάντας ἐπί-
πραγίν διαμφορητῆσαι, ὡς εἶχ' ὁ αὐτὸς σιν ἐκ παρακλήσεως τῶν καλῶν, ἐκ
ἔρος ἡμῖν τε φαίνεται περὶ αὐτῶ καὶ τοῖς ἔξω τῆς δίχης ταύτης ἐπιφέρειν, ἀλλὰ
θεοῖς. ἀλλ' ἡμεῖς δὲ ὅτε δὴ ἐπὶ τὸ βραχύ- σοχαζόμενοι τῶν ἐν προτέροις βίαις ἀμαρτω-
τατον ἀποβλέποντες, τὰ παρόντα πράγ- μάτων τῆς ψυχῆς τῶν πασχόντων, ἀπει-
ματα ἐπισκοπῶμεν, καὶ τὸν ἐν ποσὶ βίαν οἱ ἄνθρωποι εἶχ' ἐρῶντες, νομιζόντων αὐτῶν
τίς τὲ ἐστὶ καὶ ὅπως γίνεται. οἱ μὲν τοι ἀδικῶς περιπίπτειν ταῖς συμφοραῖς αἰς
κρείττους ἡμῶν ἔλθιν τὴν ψυχὴν τῆς ζωῆς πάσχουσι.*

aliā apud Deos iusti esse definitionem, aliā apud nos. Nos enim ut parum prospicimus res tantum præsentes contemplamur, & hodiernam vitam; quæ & qualis sit, consideramus: Dii vero nobis præstantiores UNIVERSAS ANIMÆ VITAS, & PRIORES STATUS contuentur; atque adeo si quam poenam ex invocatione inferant, non tamen injuste eam inferunt; sed habent rationem PECCATORUM QUÆ IN VITA PRIORI ADMISIT ANIMA, jam tandem punita: quod cum homines non satis animadvertant putant se injuste iis quæ patiuntur implicari malis. Et ex hoc fundamento amplius objectionem contra Providentiam Divinam quod mala patiantur qui in hac vita nihil injuste egerint solvit 7. cap. v. Eodem modo solent, inquit, quam plurimi de providentia addubitare, si qui præter meritum mala patiantur, cum ipsi nihil prius injuste egerint. Revera enim illi non possunt perfecte intelligere animam suam qualis sit, qualem vitam in UNIVERSUM egerit, quod peccaverit in STATU ANTECEDENTI, & utrum jam patiatur quæ PRIUS MALE FECIT. Atque pari ratione Animarum præexistentiam cum possibilitate magis minusve peccandi adseruisse Judæi videntur ex iis quæ habet Apocryphus sub nomine Sapientiæ Salomonis cap. viii. commate 20. cum nostris quæ apud Johannem sunt verbis collatis: Μᾶλλον δέ, inquit ille, ἀγαθὸς ὢν ἦσαν εἰς σῶμα ἀμάρτων.

MA-

7. Cap. V. Eodem modo] &c. Καὶ ταῦται ἀναλογίζεσθαι, τίς ἴσα ἡ ψυχὴ, πρὸς τὴν πρόνοιαν δὲ τὸ αὐτὸ τῆτο κοινῶς καὶ τὴν ἔχουσα τὴν ὅλην ζωὴν, καὶ πάντα ἐκείνην οἱ πολλοὶ προσαπορεῖν, οἱ τινες ἐν προτέροις βίαις διαμαρτήσασα τυγχάνει, παρὰ τὴν ἀξίαν κακῶς πάσχει, μὴδὲν καὶ εἰ ἔρα πάσχει ταῦτα ἕπερ ἐπαιήσε ἰδικηκότες πρότερον. εἰδὲ γὰρ ἐν ταῦτα δὴ πρότερον.

MAGIS VERO CUM ESSEM BONUS VENI IN CORPUS IMPOLLUTUM. Optimæ temperiei, & sine notabili vitio naturali! Et hinc ego huic nodo cuneum petierim. Nullum itaque ex locis adductis *Metempsychosi Pharisaicæ* præsidium.

Neque reliquas *Judæorum Veterum* sectas *Metempsychosi* adscribere: ut liquet de Sadduceis.

§ XXIV. De reliquis autem Judæorum Veterum sectis non est quod laboremus: cum *Sadducæi* animæ post discessum a corpore *permanentiam* negarint, atque eam cum corpore interire voluerint. Josephus de bello Jud. lib. II. cap. XII. *Ψυχῆς δὲ τὴν διαμονὴν ἀναιγῶσι.* ANIMÆ autem PERMANENTIAM *tolunt* (*Sadducæi.*) Et Antiq. lib. XVIII. cap. II. *Σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι.* SADDUCÆORUM autem opinio ANIMAS simul cum corporibus DEMOLITUR. Unde & *Resurrectionem* mortuorum; imo omnem *spiritus*, seu naturæ incorporeæ permanſionem, atque adeo & *Angeli* existentiam rejiciēbant: Actor: XXIII: 8. *Σαδδουκαῖοι μὴ ὅτι λέγουσιν μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα.* Nam *Sadducæi quidem dicunt non esse Resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum.* Atque omnem posthac flagitiorum *poenam*, virtutumque *mercedem* tollebant. Josephus de bello Jud. lib. II. cap. XII. *τὰς κατ' ἁδὲ τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιγῶσι.* Et ita ut ἀνάστασιν sic & ἐλπίδα negarunt. Actor. XXIII: 6, 8.

Et Effēnis.

§ XXV. Et quantum ad *Essenos* attinet, non ii *Metempsychosios* postulantur; contra Animas *pias* post hanc vitam in *Paradisum* inferiorem, *impias* in *terram tenebrarum* transire voluisse eosdem referunt. Ita de iis Abraham Zachuth Salmanticensis apud Drusium de tribus sectis Judæorum lib. IV. cap.

cap. XXII. *Et ipsi fortes sunt in fide sua si moriendum sit pro nomine Dei &c. cum reputarent licet corpus corrumpatur, tamen animas interitus expertes esse. Quod si vincula est anima in corpore, nihilominus soluto vinculo tempore mortis ascendit ipsa sursum, nec est ullum velum dividens, & Animae BONÆ abeunt ultra Oceanum in PARADISUM inferiorem sub linea æquinoctiali: MALÆ autem animae abeunt ad interitum in TERRAM TENEBRARUM & UMBRÆ MORTIS. Et distincte de iis tradit Josephus quod statuerint animas ex æthere subtilissimo in corpus advenire, atque in iis quasi carceribus implicari naturali quadam illecebra attractas: ubi autem a carnis vinculis relevatæ fuerint, easdem, si piæ fuerint, quasi a longa servitute liberatas lætari, sublimisque ferri, & in sedes beatas transmitti: impias vero in obscurum antrum suppliciiis æternis horrendum relegari.* Καὶ ὃ ἔρρωται inquit de bello jud. lib. II. cap. VIII. παρ' αὐτοῖς ἦδε ἡ δόξα, φησὶν αὐτοῖς εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην ἢ μόνιμοι αὐτῶν, ταῖς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους αἰεὶ διαμῦναι. καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τῆς λεπτοτάτης φοιτῶσας αἰθέρος ὥσπερ εἰς κτλ. τοῖς σώμασιν ἰὺ γυῖ πνι φυσικῇ κατασπαρμύρας, ἐπειδὴ δ' ἀνεθῶσι πᾶν κατὰ σάγχρα δεσμῶν, οἷα δὲ μακρὰς θαλάσσης ἀπὸ πηλᾶγ- μύρας τότε χάσκειν καὶ μετατρέχει φέρεσθαι. καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς, ὁμοδόξῃντες παῖσιν Ἑλλήνων, ἀποφάνονται τὸν ὕπερ Ωκεανὸν διατταν ἀποκείσθαι ἢ χάσκειν ἔτε ὁμβροῖς, ἔτε νιφε- τοῖς, ἔτε καύμασι βαρυνόμενον, ἀλλ' ὃν ἐξ ὠκεανῆς πρᾶις αἰεὶ ζέφυρος ἐπιπνέων ἀνωψύχει. ταῖς δὲ φαύλαις ζοφώδῃ ἢ χειμέριον ἀφορίζονται μυχόν, γέμοντα πτωγῶν ἀδια- λείπων. Nam & ista apud eos obtinuit opinio corpo-

E e e

ra

ra quidem esse interitui obnoxia, nec materiam eorum perennare, ANIMAS vero IMMORTALES in omne ævum durare; & ex ÆTHERE SUBTILISSIMO procedentes in corporum complexum, tanquam in CUSTODIAM includi ILLECEBRA naturali illuc attractas. Postquam vero carnis vinculis solutæ fuerint, quasi de longa SERVITUTE liberatas illico LÆTARI, & in SUBLIME evolare. Et quidem pias convenienter iis quæ Graeci sentiunt, VITAM ULTRA OCEANUM manere dicunt, locumque nec nive, nec imbribus, nec aestu gravem, sed quem placidus jugiter ab Oceano spirans temperet Zephyrus: IMPIAS vero sub TERRAM in OBSCURUM GELIDUMQUE ANTRUM relegant ÆTERNORUM cruciatuum plenum. Quæ sane palato Pythagorico non ingrata sunt: uti nec Essenorum pleraque omnia, quæ ut congruant cum Pythagoricis videre est apud Godwinum Mos. & Aär. lib. i. cap. xii. Cujusmodi harmoniam nulli mirabimur si cum Burneto Essenos Brachmanarum fecerimus propaginem ex relatione Josephi quam lib. i. contra Apionem ex Clearcho profert. Apud BRACHMANAS dico (inquit ille Archæol. Philosoph. lib. i. cap. vii. p. m. 329.) cum illorum esse PROPAGINEM. ESSENOS ex Clearcho notavit Josephus. Ita enim Clearchum intelligo, non Judæos in genere, sed scholam ESSENICAM derivatam esse a BRACHMANICA. Quod ex cognatis moribus & institutis non male arguitur. Imo amplius cum Joanne Joachimo Langio Essenos judæorum albo eraserimus, atque eosdem Philosophos gentiles Orientales, seu Barbaricos renunciaverimus. Vid. Dissert. Histor. Crit.

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 401 LIB. II.
Crit. de Essais non Judæis propos. III, IV. & V. CAP. XI. &
Sed hæc in transitu. XII.

C A P U T XII.

*De iis qui CHRISTIANUM nomen professi ani-
marum TRANSMIGRATIONI crassæ Pytha-
goricæ subscripsisse dicti sunt pauca.*

§ I. **A**Tque & nomen Christianum profectos An Ori-
genes
Metem-
psychosin
tenuerit? Metempsychosin sic dictam Pythagoricam
asseruisse ajunt. De Origene Gaudentius exercit. I.
cap. XIX.. *Excipiendus tamen videtur ORIGENES*
ADAMANTIUS (numero scilicet, scriptorum Eccle-
siasticorum qui Pythagoream transmigrationem ex-
fufflarunt) *quem constat non pauca protulisse Pla-
tonicæ doctrinæ de Animabus perquam similia.*
*Iustinianus profecto in anathematismis adversus ip-
sum exaratis, editisque cum actis quintæ synodi*
refert ANIMAS secundum Origenem in ipsa quoque
AQUATILIA, hoc est pisces migrare. Et contra
eos qui Origenem hac parte crimine liberare adni-
tuntur addit nonnulla. Iterum in auctariolo cap.
VII. *Inter alia quæ tribuantur ORIGENI est dogma*
de TRANSCORPORATIONE, quam vocant μετασχημα-
τισμῶν, & MIGRATIONEM Animarum e corporibus in
corpora, quod a nobis in opusculo præcedenti est
observatum. Agit autem de ejusmodi TRANSCOR-
PORATIONE commentario in Johanuem non uno in
loco, &c. Videantur quæ huc apportet auctor.

E e e 2

Va-

Varios ab ævo extitisse qui benignius de Origine fenserint notum est. Unum cum nostro committamus Gaudentio Windetum, qui de vitâ functorum statu sect. v. p. m. 81, & 82. hunc in modum: *Hujus opinionis affinem ipsum ORIGENEM faciunt, nempe εἶναι μετασώματων, καὶ ὅτι ἡ τῷ Σωτῆρος ψυχῇ ἡ τῷ Ἀδὰμ ἦν, ut Photius perhibet cap. CXVII. Verum istam μετασωματώσεως opinionem per calumniam Origeni tributam esse plane liquet: libro enim III. adversus Celsum dicit: Ἀλλὰ τὰς πεπονηότας τὴν περὶ τῆς μετασωματώσεως ἀνοίαν, ἀπὸ Γατεῶν τῶν καταβιβάζοντων τὴν λογικὴν φύσιν, ὅτε μὴ ἐπὶ τὴν ἀλογον πᾶσαι, ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἀφάνταστον, γεραπέοισιν. Quin etiam illis qui DEMENTIA TRANSCORPORATIONIS laborant, ex imbibito pristinorum medicorum decreto (deprimentium naturam rationalem nonnunquam in omne genus irrationalem, nonnunquam etiam in perceptionis expertem, id est vegetabilem) medemur. — — — Istam opinionem hic ἀνοίαν, & libro primo μυθικὴν μετασώματων, vel etiam μῦθον vocat. Et ne quis illum, utcumque abnuentem Transcorporationem in bruta & vegetabilia, etiamnum suspicetur intra orbem RATIONALEM statuere posse; legat III Homiliam in Matthæum: ubi in illa, Helias venit, Sc. inquit, Helias jam venit non Anima Heliae est intelligenda, ut ne INCIDAMUS, in DOGMA TRANSCORPORATIONIS, quod alienum est ab ecclesiastica veritate. p. II. tom. II. Et quod ad ea attinet quæ opere de Principiis exhibuit Origenes, respondebit vir Doctus: Quæ autem discutienda de TRANSCORPORATIONE proposuit in libris περὶ ἀρχῶν, non sunt pro decretis & ratis sen-*

sententiis habenda; id enim ne fieret non uno in loco
cavet Origenes, omnium Philosophorum modestissi-
mus. In ipsam autem *Origenis* opinionem strictius
 inquirere non fert præsentis instituti ratio: qua
 scilicet in eos tantum, qui ante *Solis Justitiæ*,
Lucisque mundi exortum Animarum post hanc vi-
 tam conditionem per varia corpora *transitoriam*
 autumasse perhibentur, curatius paulo intueri in
 animum induxeram. Generatim dici potest te-
 nuisse Adamantius. I. Animarum præexistentiam.
 II. Non eas nisi criminis commissi ergo in corpora
 terrena immittas. III. Easdem prout bene maleve
 libero usæ fuerint arbitrio post hanc vitam in sta-
 tum meliorem vel deteriore transmitti. IV. Pios
 hoc corpore crasso deposito in ordinem superiorem
 seu conditionem quandam angelicam transire, ubi
 iis bene sit. V. Impios in deteriore sortem de-
 trudi, locaque inferiora: ubi pro ratione peccat-
 orum cum diabolis cruciatibus subjiciantur. Cæ-
 terum *Stoicis*, ut videtur, propior quam *Pythago-*
reis & Platonis: nulla enim secundum ipsum
 Damnatorum supplicia *aeterna*, neque & Beato-
 rum status *perennis*: Sed in ἀποστατάσει τῶν πάντων
 exultâ terrâ, cum universo redituræ mentes ad id
 perfectionis punctum, quod antequam eas peccat-
 um invasisset, tenuerant, quod nactæ iterum vi-
 tam meliori vel peiori sorte dignam agere datum
 erit: & ita sæpius, imo infinite: cum hæc perio-
 dica rerum renovatio in æternum revolvi capiatur,
 Seu mundi successive innumerabiles statuuntur.
 Videantur præter Origenem Hieronimus Epist. LX.
 Huëtius in Origenianis, &c.

Opiniones
Simonis
Magi,
Carpocra-
tis, &
Manetis
missæ
factæ: ut
que ad
scopum
auctoris
non atti-
nent.

§ II. Neque eadem de causa in *Simonis Magi*,
Carpocratis, *Manetis*, ^{1.} atque id genus aliorum
Hæreticorum; qui nec re, nec doctrinâ Christiani-
nis similes nomen retinere, opinionibus recen-
sendis tempus & chartas terere animus est. Con-
stat hæc monstra Gentilismum cum Christianismo,
ut perditissimæ concupiscentiæ carnali, suillæque,
si cum Theodoretō dicam, vitæ facultatem face-
rent, commiscere passum adnixa deliramenta sua
quemadmodum sub sacræ scripturæ phrasibus in
alienum sensum detortis, sic priscorum Philoso-
phorum dictis proposuisse: ut nempe auctoritatem
iis conciliarent, mysticæque sapientiæ figuram in-
duerent. Atque uti nihil tam insipidum est pro-
fanumque quod ab iisdem non fictum fuerit, faci-
le occasione *Symbolicarum* enunciationum veterum
Philosophorum *crassam* Animarum *transmigratio-
nem* confarcinare potuerunt. Sicuti impurissimis
hominibus talis *Orcus* placere potuit a quo Py-
thagoras cum Platone abhorret: auctore enim
Theodoretō Carpocrates, Epiphanes Prodicus &
seguaces *Animas in corpora* transmitti voluerunt
ut omne genus libidinis & petulantiae peragant:
*& per libidinem & omnem intemperantiam unum-
quemque angelorum mundi conditorum colerent:*
atque toties *in corpora remitti easdem donec omnia
vitiorum genera impleverint.* Epitome Divinor.
decretor. cap. de Iudicio. Et Hæret. fabular.
compend. de Carpocrat. hæret. Non omnia in-
terim

^{1.} Atque id genus aliorum Hæreti- phanem, Prodicum, Marcionem,
corum] Addunt Easilidem Epi- alios.

terim quæ hic illic de *Simone* Mago, *Carpocrate*, *Manete* aliis traduntur omni dubitatione majora habentur.

§ III. Indos tandem quoque hodiernos, de quibus cap. XXII, & XXIII. exercit. I. agit Gaudentius, inter quos haud paucos Animarum humanarum in animantium genus quodcunque *Transmigrationem* adserere Recentiorum dictant relationes, missos facimus: si enim vel absolute certum fuerit *hodiernas* alicubi gentes vel Sectas mentium tenere in *Bruta*, aliaque etiam vitâ sensitivâ carentia transitum, neutiquam inde necessario & legitimo sequelæ genere *Veteribus* creditam Metempsychosin concludi poterit: cum nota apud omnes & pervulgata res sit, Philosophorum, seu generatim magistrorum, dogmata, ubi a prima origine longius recedunt, prout varia sunt hominum a quibus tractantur ingenia, temporis lapsu varie immutari vulgo, interpolari, atque corrumpi; quemadmodum aqua salubris & limpida vel purissimo fonte prognata pro soli quod perfluit genio turbidis atque malignis sensum qualitatibus inficitur, fonte remanente puro.

Uti &
Indorum
hodiernorum.

§ IV. Et hæc erant quæ ad *secundam* operis nostri partem dicenda videbantur. *Ad tertiam* progredimur, quæ Παλιγγενεσία seu Μετεμψύχωση Pythagoricam *symbolice* capiendam, & *quorsum* referendam quâ valebit operâ declaratura est.

Libri
secundi
conclusio.

Libri Secundi Finis.

DE

DE

PALINGENESIA VETERUM,

SEU

METEMPSYCHOSI

PYTHAGORICA

LIBER TERTIUS.

*Qui veram Pythagoræ, aliorumque opinio-
nem pandit.*

CAPUT PRIMUM.

METEMPSYCHOSIN seu PALINGENESIAM Py-
thagoricam SYMBOLICE Capiendam esse.

Pythago- § I. **R**erum Divinarum & humanarum institu-
ram pro tiones non aperte; sed sub *Ænigmaticis*,
Veterum *Mythicis*, & *Symbolicis* involucris, ne apud non
more dog- initiatos profanosque caperentur facile, earumque
mata sua vilesceret pretium, tradere consuetam omnem
symboli- fuisse Antiquitatem constat. Πάντας δὲ ὡς ἔπος εἰ-
cis & æ- πειν, ait Clemens Alexandrinus Strom. lib. v.
nigmati- οἱ θεολογήσαντες Βαβυλωνί τε & Ἕλληνας, τὰς μὲν ἀρχαῖς
cis locu- τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο. τὴν δὲ ἀλήθειαν ἀνίγμασι
tionibus involuta tradi-
diſſe.

fere omnes ut antiquissimus excolebatur : imprimis vero Ægyptii multiplici eum honore studioque complexi sunt : atque illos imitatus PYTHAGORAS quoque in eo plurimum diligentiae posuit. Si quis SYMBOLORUM PYTHAGORICORUM significationes & arcanos sensus (τὰς τῶν Πυθαγορείων συμβόλων ἐμφάνειαι καὶ ἀπορρήτους ἑρμηνείας) accurate rimetur , adeoque detegat quantum recti verique contineant , cum a forma ÆNIGMATICA liberantur (καὶ τῷ ἀνιγματοειδέσει ἐλευθερωθῆσιν τύποις) & ad sublimia horum Philosophorum ingenia simplici atque uniformi traditione accommodantur , supraque humanum captum ad divinitatem quandam evehuntur. Et Num. CCLXVII. Caeterum OMNIS PYTHAGORICA INSTITUTIO proprium quendam & SYMBOLICUM docendi modum praefert , ÆNIGMATIBUS & GRYPHIS quoad apophthegmata similis (ἰδιότροπον τε μὲν καὶ συμβολικὴν ἢ τὴν σύμπασαν Πυθαγόρειον ἀγωγὴν , καὶ ἀνίγμασί τισι καὶ γρίφοις ἐκ γε τῶν ἀποφθεγμάτων ἐκινῶσα) idque ob ipsum characteris hujus archaismum : prorsus ut & Oracula divina & Pythica intellectu explicatuque perquam difficilia iis videntur qui responsa persunctorie tractant. Videatur & idem Num. xx. & civ. & Porphyrius de vitâ Pythag. Num. XLII.

Adeo quidem ut si symbolice exponantur ridicula apparitura sint.

§ II. Ita quidem ut si quis Pythagorica non ratione Symbolicâ exposuerit ea ridicula , anilia , nugis gerrisque plena apparitura esse moneat ; cum interim Divini quidpiam spirent. Num. cv. Καὶ ὡς μὴ τις τὰ σύμβολα ἐκλέξας διαπύξῃ , καὶ ἀμώκῃ ἐξηγήσῃ περὶ λάβοι , γελοῖα δὲ καὶ γεράδη δοξῇ τοῖς ἐντυχάνουσι τὰ λεγόμενα , λήρῃ τε μετὰ καὶ ἀδολεσχίας. ἐπειδὴ μὲν τοὶ κατὰ τὸν τῶν συμβόλων τέτων τρόπον διαπύχῃ , καὶ Φα-

νεροῦ

πρὸς καὶ ἰσαγῇ ἀπὶ σκοτεινῶν τοῖς πολλοῖς γένηται, θεοπρο-
πία καὶ χρησμοῖς τισι τῷ Πυθίᾳ ἀναλογεῖ, καὶ θαυμαστὴν
ἐκφάνει δίδωσαν, δαιμονίαν τε ἱππινοίαν ἐμποικῇ τοῖς νενοηκόσι
τῶν φιλολόγων. *Et nisi quis ea SYMBOLA exposita
aperuerit, seriatque enarratione vestiverit, RIDI-
CULA ET ANILIA, NUGISQUE ET GERRIS PLENA, quae
dicuntur videri poterunt: si quis vero ea juxta
MODUM HISCE SYMBOLIS CONGRUENTEM evoluerit,
ita ut pro obscuris lucida fiant & vulgo etiam sin-
cere apprehendenda patefiant, cum divinis vatici-
niis & oraculis Apollinis Pythii paria faciunt,
admirabilemque praeferunt sensum, & iis qui in-
tellectu & eruditione pollent divini aliquid inspi-
rant. Ut iterum Num. ccxxvii. docet enunciationes
Pythagoricas, si ψιλῇ φράσει nuda phrasi sumantur,
anilibus monitis affines futuras; cum interim rite
explicatae admirabilem seriumque usum praebeant.*

§ III. Atque ut ex eo, quod Philosophi prisca
dogmata sua sub verborum involucris vulgo tradere
soliti essent, postea factum est ut adversarii eorum
contra verba potius, quam mentem illorum, quam
vel non intelligebant, vel intelligere volebant,
scriberent, ipsisque quae nunquam senserunt affin-
gerent, ut Sennertus Auctar. Phys. cap. iii. § xvi.
Ita & Pythagorae contigit: ridenda enim quæpiam
ipsi per invidiam & calumniam afficta esse a quibus
prorsus alienus fuerit vetustis auctoribus jam moni-
tum offendimus: ita apud Porphyrium est nonnul-
los, agentibus Pythagoreis, utilissima & nobilissima
Philosophiae Pythagoricae placita pro suis vendi-
tasse, paucis quibusdam immutatis: τὰ δὲ ἐπιπό-
λαια καὶ ἐλαφρὰ, καὶ ὅσα πρὸς διασκευὴν καὶ χλευασμὸν τῷ δι-

Ridenda
nonnulla
& falsa
ab inveni-
dis & ca-
lumniato-
ribus
Pythago-
rae afficta
monenti-
bus An-
tiquis.

δασυαλείς ὑπὸ τῶν βασιλέων ὑπερον συκοφαντῆνται προ-
βάλλεται, συναγαγεῖν, ἢ ὡς ἴδια τῆς αἰρέσεως καταχω-
ρεῖται. *Vulgaria autem ac leviora, & quæcunque*
ad SUBVERTENDAM atque IRRIDENDAM Pythagoreo-
rum scholam ab INVIDIS & CALUMNIATORIBUS postea
excogitata fuere coacervarint, & ut SECTÆ EJUS
PROPRIA reliquerint. Ut hoc nomine ex Recen-
tioribus in Aristotelem, quique illum hac in parte
secuti sunt, strenue invehitur Reuchlinus de arte
Cabbalisticâ lib. II. p. 664. In Timonem, Crati-
num, Hermippum Cæsar Longinus de Mysteriis
Pythagoricis can. VI. in Trino Magico p. 552.

Pythago-
rica non
mox ut
insipida
exploden-
da, quia
Symboli-
ca. Ne-
que omnia
quæ pro
Pythago-
ricis ven-
ditantur
ut talia
accipien-
da. Me-
tempsy-
chosin
Symbolice
accipien-
dam.

§ IV. Ex hisce autem tria postulata legitime in-
ferre mihi videor quorum primum sit: *Enunciata*
Pythagorica, & quæ hujusmodi aliorum sunt, non
mox ut insipida 2. *& ab omni prorsus ratione aliena*
explodenda esse; quanquam primo intuitu tale quid
referre videantur: quoniam symbolico & ænig-
matico dicendi generi proprium est cortici insipi-
do nucleum involvere. Alterum *non omnia quæ*
pro Pythagoricis venditantur, qua talia accipienda
esse: cum hic illic subsint sectæ extraneorum com-
menta. Ita & post Porphyrium commonuit Jam-
blichus de vita Pythag. Num. LXXXVI. *Quædam*
porro rationes, inquit, e propinquo assumptæ; non-
nullæ vero longius petitæ sunt: ut quod panis non
sit frangendus, quoniam ad judicium apud Inferos
conducit; sed hæ rationes ob verisimilitudinem ad-
ditæ, NON SUNT PYTHAGORICÆ, sed quorundam
EXTRANEORUM, qui eas COMMINSUNTUR, quive
conan-

2. *Ut insipida,]* &c. Vide quid Angelus Politianus in Lamiâ.

conantur probabilem quandam speciem dictis affingere &c. (Αἱ δὲ προστέμεναι ὑποτολογίαι περὶ τῶν τοῦτων ἐκ τῶν Πυθαγορείων, ἀλλ' ἐνίων ἔξωθεν ἐπιστοφίζομεν καὶ περὶ τῶν προσάπτειν ἡκότα λόγων.) Tertium tandem: *Metempsychosin* seu *Palingenesiam* Pythagoricam ex sensu Pythagoræ aliorumque Veterum, queis hæc adscripta passim est, non ad literam, prout eandem depinximus lib. i. cap. i. Sed symbolice & ænigmatice capiendam esse. Id enim apud omnes in confesso est quoslibet auctores pro ipsis consuetâ scribendi loquendive ratione intelligendos & explicandos esse. Thomasius de promptitudine veritatem vel errores aliorum intelligendi, seu praxi Log. cap. III. § LXVI. *Exempli gratia si STOICUS aliquis loquitur de AFFECTIBUS plane alium conceptum de eo me formare oportet, quam si id faciat philosophus ALIUS cujusdam SECTÆ. Si JURISCONSULTUS de GENERE & specie, de quantitate &c. scribit, aliter intelligere cogor hæc vocabula, quam si eadem in libellis LOGICIS invenio. Atque ita & sensus allegorici respectu idem Thomasius § CXXXVII. & CXXXIX. Imo fieri potest ut scriptor aliquis PLANE ALIUM SENSUM QUAM VERBA SIGNIFICANT mente tenuerit, unde etiam sensus ALLEGORICUS, & MYSTICUS appellatur: Idque duplici plerumque fit ratione vel cum in scriptis SATYRICIS vitia laudat: vel NUCLEUM utilis doctrinæ suæ in gratiam simplicium suavem ac gratum reddere studet, quales sunt FABULÆ ad vitam humanam accommodatæ; vel fortasse etiam ex invidia, vel alia quadam intentione SAPIENTIAM PRÆ OCULIS VULGI QUÆRIT OCCULTARE; cujusmodi sunt fabulæ Poëticæ, quæ sensum Physicum,*

sicum, vel Chymicum connotant. Maximus Tyrius Dissert. xxvi. *Neque te ita ineptum in conjectanda veritate censeo: ut quod ÆNIGMATICE descriptum sit id te credam ad HISTORIAM transferre velle.* Qui itaque omnibus innotuerunt de industriâ ænigmaticis & symbolicis involucris sua implicuisse, ut de Pythagora cum Magis Ægyptiis, Brachmanis, Druidis &c. visum est, in præcipuo doctrinæ dogmate ita fecisse jure censentur: præprimis cum aliter si decretum fuerit nonnisi ineptissimas & plusquam aniles fabulas, contra quam jam ante simus moniti, iisdem illis qui sapientiæ gloriâ omnium maxime fuere celebrati affingere necesse sit.

Metem-
psychosin
crassam
viris doctis
anti-
quioribus
& recen-
tioribus
de Pytha-
gora ne-
gatam.

§ V. Hinc quoque est quod *crassam* Animarum, quam volunt multi, *Transmigrationem* præter rationem Pythagoræ affictam jam olim censitum sit. Mornæus de veritate Religionis Christianæ cap. xv. *Pythagoras Pherocydis discipulus docebat animam substantiam incorpoream esse & immortalem, in corpus propter peccatum tanquam in ergastulum detrusam. Quam autem distitit πετεψυχωσιν seu ANIMARUM MIGRATIONEM, etsi immortalitati non plane contrariam PLERIQUE IMMERITO EI AFFINGI OPINANTUR.* 3. Atque Samii nostri ejusque asseclarum dogma *symbolice*, & *allegorice* ad varias mentis in hac vitâ *inclinationes* & *affectiones*, & post hanc vitam in *aliis* locis convenientia *praemia* vel *supplicia* unice referendum doceant viri eruditi: videan-

3. *Immerito ei affingi opinantur.*] ψυχῶσιν sententia allegorice interpretari ait, in Ethica Pythagorica in-
Ita Daniel Omeisius multos corda-
tiorum scriptorum Pythagoræ de πετεψυ-
Aët. Lipsiens. An. 1693. p. 454.

antur 4. Timæus Locrus, 5. Maximus Tyrius, Ficinus, 6. Cælius Rhodiginus, 7. Dacerius, 8. alii. 9. Vel ad Physicam *corporum* immutationem de quâ lib. II. cap. III. diximus, vitamque adeo *vegetativam & sensitivam* spectare velint: ut 10. Reuchlinus, Longinus, Bullstrodius &c. 11. Nos autem cum magis *Ethicum* egerit quam *Physicum* Pythagoras, primariusque doctrinæ scopus ad mentis *ratio-*

4. *Timæus Locrus.*] De Anima nuerit, etiam voluisse refragamur: mundi sub fin. apud Platonem edit. de hoc enim rerum materialium circuitu Porphyrius loqui videtur Francof. 1602. pag. 1096.

5. *Maximus Tyrius.*] Dissert. de vitâ Pythag. Num. XIX. περὶ δε τούτοις ὅτι κατὰ περιόδους τινὰς τὰ γινόμενα ποτὲ πάλιν γίνονται, ἵνα δ' εἰδὲν ἀπλῶς ἐστὶ. *Adhuc post certos temporum circuitus idem quod olim fuerat* XXVIII.

6. *Ficinus.*] Theol. Platon. lib. XVII. cap. IV. Argumento dial. IX. de Republicâ. vid. & supra p. 355. *rursus fieri, & nihil omnino novum*

7. *Cælius Rhodiginus.*] Læction. *existere.* (Ubi monuit Rittershu- Antiq. lib. IX. cap. XXI.

8. *Dacerius.*] In opere de Pythag. vita, Symbol. carm. aur. &c. in Act. Lipsiens. anni 1708. 4, 9, & 10. Consulantur commen- p. 245. tatores.) Sicuti de Animâ locu-

9. *Alii.*] Videatur Nemefius de tus erat Porphyrius in immediate Natura hominis cap. II. p. 50. &c. antecedentibus ὡς ἀθάνατον εἶναι φη-

10. *Reuchlinus, Longinus, Bul-* σὶ τὴν ψυχὴν. εἴτα μεταβάλλουσιν εἰς

strodinus &c.] Vid. supra p. 241. ἄλλα γένη ζῶον. *Primo quidem quod*

& 242. & Act. Lipsiens. anni 1693. *Animam immortalem esse affirmave-* p. 5, & 6. rit: deinde diversa eam animantium

11. *Nos autem &c.*] Non qui- genera subire. Ut tertium dogma dem Pythagoram, & juxta illum sit quod ibi addit auctor *Animata*

alios qui doctrinam Palingenesiæ *omnia cognata inter se ejusdemque ge-* secuti sunt corpora naturaliter in- neris existimanda esse: quod supra

esse continuari mutuis quibusdam pag. 158. & seq. explicuimus. revolutionibus (sive ortum & inter-

teritum eas dixerimus, sive con- Palingenesiam celebratissimam ad cretionem & secretionem) quam- mentem rationalem referre ma-

diu Providencia mundum conti- lumus.

rationalis purgationem, ejusque ad Deum reductionem collimaverit, *Palingenesiam*, *Metempsychosin*, & *Metensomatosis* (vere Pythagoricam) ad Animam *rationalem* cum prioribus pertinere autumamus.

Metempsychosin
Metensomatosis
& *Palingenesiam* praesentem & futurum mentis statum dicere cum respectu ad praeteritum.

§. VI. Μετεσώματωση quidem & Μετεμψύχωση vulgo de Animæ post hominis mortem conditione & de uno hac intercedente in aliud *transitu* capi constat. Nemefius de Natura hominis cap. II. p. 50. Κοινὴ μὲν ἔν πάσας Ἑλλήνας οἱ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἀποφράμει τὴ Μετεσώματωση δογματίζουσι. *Communiter igitur omnes Graeci qui animam immortalem statuerunt, eam de uno corpore in aliud transferri censuere.* Et mox hanc explicaturus τῷτο δὲ (εἶδος τὸ λογικὸν) ἔν εἰς φύτῃς ἔν εἰς τὰ τῶν ἀλόγων σώματα μεταβάλλειν. *Eamque (speciem rationalem) & ad stirpes & ad bestiarum corpora transire.* & pag. 48. & 51. Videantur & Porphyrius de Abstin. lib. IV. § XVI. Anonymus apud Photium de vita Pythag. Num. VII. Et Stobæus Eclog. Phys. cap. XL. § περὶ τῆς τῶν ψυχῶν διαγωγῆς μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἔξοδον pag. 128. & seq. Verum cum *Metensomatosis* atque ita & *Metempsychosin*, & *Palingenesiam* Pythagorice pro *Synonymis* haberi ajant, uti lib. I. cap. I. § I. patuit: & amplius claret ex Nemefio loc. cit. Κεῖν μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ Πάλιγγενεσίας, ἔπῳ δὲ καλεῖ τὴ Μετεσώματωση, λογικὰς πάσας βέλεται. *Cronius enim in libro quem de ITERATO ORTU (Palingenesia) scripsit, ita enim MIGRATIONEM illam DE UNO CORPORE IN ALIUD appellat, omnes animas ratione praeditas esse vult.* *Palingenesiam* autem Pythagoricam omnino & *praesentis vitae* affectiones, & immutationes dicere

cere

dicere persuasi sumus : sicuti & ii qui Metemfomatofin in bruta ad *mores* referunt (de quibus ideim Nemefius ibidem Οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰσπέναι διέγνωσαν τὰ ἥθη διὰ τῆς ζωῆς παρεμπαίνοντα. *Alii TROPICE locutum esse illum* (Platonem scilicet ubi de animarum in bruta transitu differit) *judicarunt*, ac *MORES per ANIMALIA designasse*) tenent : dictam Palingenesiam & Metemfomatofin cum Metempsychofi & ad *praesentem*, & *futuram* vitam referimus ; lubenter alias Palingenesiam de praesentis vitae immutationibus, Metempsychofin & Metemfomatofin de futurae conditione explicaturi. Hancque *Palingenesiam* Pythagoricam ita quidem *praesentem* & *futurum* Mentis statum respicere, ut continuam ad *praeteritum* quempiam, in quo fuerit antequam in corpus humanum devenerit, relationem involvat opinamur. Atque ut ea quae vulgo dicitur opinio Pythagorica pervetusta, & universalis, quantum ulla, audit, sic ea quae talis vere esse nobis videtur Antiquae Philosophiae dogma ferme universale complecti nobis apparet : ita ut quanquam in minoribus nonnullis forte hic illic discrepent Veteres, atque aliter aliquantum aliterque pro genio quisque suo nonnunquam loquantur, in rei tamen capite consentire omnino nobis videantur. Triplici itaque mentis humanae consideratione, ejusdem scilicet I. Vel nondum cum corpore humano conjunctae sed jungendae II. Vel conjunctae cum eodem. III. Vel post vitam terrestrem peractam aliorum translatae, sententiam Pythagoream, Vetustioribus communem

passim, in lucem protrahere adnitēmur. Quibus tandem verbum de *Palingenesia universali* addemus.

C A P U T II.

De Mentis humanæ ANTEQUAM cum corpore crasso conjuncta fuerit statu.

Animarum præ-existentiam Veritatis passim affertam.

§ I. **A** Nimarum ante earundem cum corporibus crassis conjunctionem *existentiam* ^{1.} uno fere ore asseriebant priscae sapientiæ antistites; quam circa punctum quando, & modum quo originem traxerint ^{2.} varie aliquantisper loquantur. Plato in Epinomide: *Omnium vero maximum illud habitum est, ANTIQUIOREM omni corpore omnem ANIMAM esse. Num recordamini? Vel maxime id quidem. Nam quod melius id & antiquius, atque quod Divinius est, id inferiore ac viliori prius est. Et similiter dux ducto, & princeps subjecto natura prius. Id itaque admittamus ANIMAM CORPORE ANTIQUIOREM ESSE.* Idem in Phædone: *Quando vero acceperunt Animæ nostræ scientiam? non enim*

POST-

1. *Uno fere ore asseriebant.* Imo Nunc æternam animarum procreationem & quidem immediate a Divina Mente, seu ex eâ emanationem significantes: nunc vero cum exornaretur universum, & quidem per filios summi Dei Dæmones easdem productas esse asserentes, &c.

2. *Varie aliquantisper loquantur.*

POSTQUAM HOMINES NATI sumus, Non certo. Ergo PRIUS. Ita. Erant itaque Simmia Animae etiam PRIUS quam in HUMANAM SPECIEM devenirent scorsim a corpore, INTELLIGENTIAMQUE habebant.

§ II. Hæ secundum eosdem 3 substantia seu ignis immaterialis & immortalis a Divina mente 4. radorum instar prognatae vel emanantes (ἀπαραζομένηαι καὶ ἐμπαρούσαι) quatenus in 5. Luce supramundana primigenia cum Prima mente junctæ erant non quidem, ut videtur, distinctæ inter se; videatur Picolomineus Phil. de mor. Grad ix. cap. xxxiii. p. 825. sed quando in *stellas* distribuebantur, cum exornaretur Universum, ita singularitæ esse concipiuntur ut *Namerice* perpetuo distinctæ maneant. Hiërocles de Providentia & Fato p. 23. Neque enim Deus UNUM tantum ANIMUM est fabricatus, cujus partem aliquam quisque nostrum, ut sors tulit obtinuerit, ut IN EUM DENUO REFUNDATUR; (qualiter scilicet voluerint Stoici) sed SINGULOS HUMANOS ANIMOS CERTIS FINIBUS COMPREHENSOS FIRMAVIT AC STABILIVIT. Quapropter SINGULIS adest Providentia, judicium, justitia, purgatio, ortus adsignatio, vitæ sors conveniens,

Eas cum in stellas distribuebantur ita singularitatis ut perpetuo distinctæ maneant.

Ggg 2

§

3. Substantia seu ignis immaterialis & immortalis.] Stanleyus Phil. Orient. lib. i. sect. ii. cap. x. Animus cum sit ignis immaterialis & incorporeus, & ab omnibus compositis & materiali corpore distinctus immortalis est. Nihil materiae, aut caliginis particeps illi immixtum est; multo minus compositus est, ut in ea ex quibus constitutus fuit, resolvi queat.

4. Radorum instar prognatae vel emanantes.] Videatur A. Steuchus de perenni philosophia lib. viii. cap. xviii. Stanleyus lib. i. sect. ii. cap. ii.

5. Luce supramundana] &c. Vid. Orac. Zoroast. vers. 215, 216. Stanleyus lib. i. sect. ii. cap. ii. & xi.

Et interitus non casu Et fortuito contingens, Et post obitum AD ORCUM profectio, duce bono illo Genio qui vitae nostrae moderator est constitutus. Ut supra pag. 223. Tertullianum audivimus: Mercurius Aegyptius dicit animam digressam a corpore non refundi in Animam universi, sed manere DE-TERMINATAM, uti rationem Patri reddat eorum quae in corpore gesserit.

Variae A-
nimarum
sedes quo-
modo con-
cipienda.

§. III. Variae autem cum memorantur Anima-
rum sedes ut Lumen supramundanum, Sphaera
fixarum & Planetarum, spatium quod inter coe-
lum, terramque interjectum est variis distinctum
Zonis, illud quod a Luna ad terram patet &c.
Vide apud Stobæum Eclog. Phys. cap. XL. pag.
113. & 125. & supra p. 112, 113, & 195. ita res
capienda videtur: ut in supramundano lumine or-
tum traxisse Mentis intelligantur: omnes enim
animæ uno in loco ab opifice formatae sunt ut ad
Horum inquit Isis apud Stobæum Phys. cap. XL.
pag. 126. Αἱ ψυχαὶ ὧ τέκνον ὦγε, αἰτ, ὁμοφύεις ἴσιν
ἐαυταῖς, κατὰ μέρος ἐξ ἐνὸς ὄντος χωρὶς ἐν ᾧ αὐταὶ διατυπώ-
σαι (διετύπωσεν) ὁ δημιουργός. Animae omnes o fili Hore
ejusdem naturae sunt utpote quae sint EX UNO eo-
demque LOCO IN QUO EAS FORMAVIT opifex. Et
coelum omnes geneleos suae principium agnoscunt:
ibid. pag. 120. Οὐδὲν δ' ἡμετέρας εἰπὲν ἀρχὴ γενέσεως
&c. O COELUM inquit (anima corpori inferenda)
nostrae nativitatis PRINCIPIUM! Dein autem ex
Patris omnia ornantis voluntate in stellas fixas tra-
ductae esse capiantur: liberi postea arbitrii abusu
in inferiores oras delapsae. Atque in Descensu hic
illic diutius hærentes, vel qualitates & affectiones
hujus

hujus istiusve loci magis recipientes istam regionem
& *Zonam* quasi *propriam* nactæ fuerint, in ean-
dem aliquando, ^{6.} si in vitâ terrestri recte sese ges-
serint, reversuræ, ut vitam aliquamdiu trahant:
tandem tamen & altius ascensuræ, & in *astra* pri-
mitus cognata recipiendæ. Animæ enim humanæ
tandem feliciter in *Deorum Chorum* revolant auc-
tore Mercurio apud Stobæum Phys. cap. XL. p.
128. Αἱ δὲ ἀνθρώπιναί ἀρχὴν ἀθανασίας ἴσχυσιν εἰς δαί-
μονας μεταβάλλουσαι εἶτα πάλιν εἰς τὸν τῶν θεῶν χάρον. *Ho-*
minum deinde *immortales animæ in Dæmones tran-*
seunt, DEMUM IN DEORUM CHORUM *feliciter revo-*
lant. Id est in *errantium*, & *fixarum Sphæras*, ut addit:
Χῆροι δὲ δύο θεῶν ὁ μὲν τῶν πλαναιδῶν, ὁ δὲ τῶν ἀπλα-
νῶν. *Chori Deorum gemini VAGANTIUM unus, NON*
VAGANTIUM alter. CHALDÆI inquit *Stanlejus resti-*
tuunt animos post mortem, prout se purificarunt
IN OMNIBUS MUNDI PARTIBUS; *quosdam etiam UL-*
TRA MUNDUM EVEHUNT, ὑπὲρ τὸν κόσμον ἀναβιβά-
ζουσι. *Histor. Phil. Orient. lib. I. sect. II. cap. X.*

§ IV. Quando in stellas distribuebantur substan-
tiæ intellectuales, quæ aliquando corpus humanum
informaturæ erant, omnes ejusdem *naturæ & or-*
dinis fuere constitutæ: ut mox Isidem audivimus.
Animæ omnes o fli Hore EJUSDEM NATURÆ *sunt,*
utpote quæ sint ex UNO EODEMQUE LOCO, in quo
eas formavit opifex. Plato in Timæo: *Denique*
cum universum constituisset, astris parem nume-
rum distribuit animarum — ostendens quidem

Animas
cum in
stellas di-
stribue-
bantur
concipi
ejusdem
omnes
fuisse or-
dinis, &
cuncta-
rum re-
rum ideis
decora-
tas.

Ggg 3

pri-

6. Si in vita terrestri recte sese ges- phys. cap. XL. pag. 128, & 129.
serint.] Videatur Stobæus Eclog. Et supra pag. 113.

primam omnibus generationem ORDINE QUODAM UNAM fore, nequis ab eo minus aliquid sortiatur. Et cunctarum rerum rationibus seu ideis decoratae per quas cuncta cognoscerent: Orac. Zoroast. vers. 215. & seq.

Χρή σε σπεύδειν πρὸς τὸ φάος ἢ Πατὴρ ἀγὰς,
Εἴθ' ἐν ἐπ' ἐμφθῇ σοὶ ψυχὴ, πολὺν ἔσσαμ' αὖτ' ἔνν.

*Oportet te festinare ad lucem, & Patris radios,
Unde missa est tibi anima MULTA INDUTA MENTE.*

Id est similitudine Dei quæ notionum coelestium plena sit vid. supra pag. 255. Et mox

Σύμβολα γὰρ πατρικὸς νοὸς ἔσπειρε ταῖς ψυχαῖς.

SYMBOLA enim paterna mens seminavit in animabus.

Id est νοητῶν εἰδῶν εἰκόνας imagines intelligibilium specierum, interpretibus Plethone & Psello apud Joan. Clericum in not. Picolomineus Philos. de morib. grad. v. cap. xxix. Propterea modus alter sumitur ex IDEIS & RATIONIBUS menti & animae insertis, quem indicavit Plato in Timaeo inquit: Denique cum Deus universum constituisset astris parem numerum distribuit animarum — — EISQUE MONSTRAVIT UNIVERSI NATURAM &c. cum dicat opificem monstrasse animis universi naturam, nil aliud significavit nisi quod in eis inseruit RERUM OMNIUM RATIONES. Et mox: Cum animae ab aeter-

no ex primo opifice manarint, ex quo nil nisi perfectum prodire potest, necesse est ut sua postrema perfectione donatae fuerint: postrema autem animae perfectio est scientia: manarunt itaque OMNI SCIENTIA DECORATÆ PER RATIONES IN EIS INSERTAS, respondentes IDEIS mentis.

§ V. Atque in istis sedibus æthereis corpore quopiam subtilissimo æthereo, quod ἀνγκυίδες vocant, indui mentes concipiuntur, quo moveantur & de uno deferantur in aliud: cum nihil quod sit corporis expers moveri posse existimarent: quodque inde ὄχημα *vehiculum* audit Vide supra pag. 353. Plato loc. cit. *Astiris parem numerum distribuit animarum singulis singulas adhibens*, EISQUE TANQUAM VEHICULO IMPOSITIS *monstravit universi naturam*. Stanlejus: *Animus autem cum CORPORE ÆTHEREO quasi cum VEHICULO semper versatur; atque hoc continuo adtactu participem immortalitatis facit*. Videatur A. Steuchus de perenni philos. lib. VII. cap. IX. p. 122. Quod ut semper adesse dicitur, ita & συμφυὲς *congenitum* vocatur: Hiërocles in carm. Pythag. pag. 288, 289. Ἡ λογικὴ ὁσία συμφυὲς ἔχουσι σῶμα ἕτερον παρὰ τὸ δημοσιον εἰς τὸ εἶναι παρήλθεν ὥς μήτε τὸ σῶμα εἶναι αὐτὴν, μήτε ἄνευ σώματος. ἀλλ' αὐτὴν μὲν ἀσώματος, ἀποσπαραττοῦται δὲ εἰς σῶμα τὸ ὅλον αὐτῆς εἶδ'. *Natura ratione praedita quae corpus habet sibi CONGENITUM, ita ab opifice edita fuit, ut neque ipsa corpus exsisteret, neque tamen careret corpore; sed esset quidem incorporea, in corpus autem species ejus tota desineret*. Scilicet semper menti circumdatum postquam in astra transferit, atque cum inde descendens cor-

*Vehiculo
ibidem
impositas
easdem:
quod semper
adfit.*

pus humanum subit ab ea allatum, & hac ratione
 συμφύε: mens enim alias vehiculo *praeextitisse* con-
 cipitur: quando scilicet in luce menteque Divina
 vitam agebat nullo usa corpore. Et quia id cor-
 pus nunquam deponit anima *immortale* dicitur:
 Hiërocles pag. 290. Καὶ ὁ ἀνθρώπος ὁμοίως ψυχὴ λο-
 γικὴ μετὰ συμφύεσ ἀθανάτῃ σώματος (ἐστὶ.) *Et homo*
similiter animus etiam ratione praeditus cum con-
genito corpore immortalis est. Atque inanimum qui-
 dem suâ naturâ esse concipitur; sed animari ab
 animæ rationalis *simulacro*. Stanlejus p. 206. *Est*
 INANIMUM *quidem suâ naturâ; sed animatur ab*
 ANIMA IRRATIONALI (*quam sapientes vocant ἑδωλον*
 SIMULACRUM ANIMÆ RATIONALIS) *imaginationeque*
 ἔῃ *sensu ornatum totum videt, audit, omni deni-*
que sensu viget, ἔῃ caeteris hujusmodi animae irra-
tionalibus facultatibus utitur. Quæ clarescunt ex
 Picolomineo p. 448. *Cum autem deinde (postquam*
ab aeterno ex primo opifice manarint animae omnium
rerum rationibus decoratae) descendant ad forman-
da corpora, in ea connexionem cum corporibus SECUN-
 DAS *edunt VITAS: vita enim prima est actus pro-*
prius animae: vita secunda est ea quae ab ANIMA
 IN CORPUS EFFUNDITUR, *quales sunt FACULTATES*
 EXPERTES RATIONIS, QUÆ SUNT IMAGO ET IDOLUM
 PRIMÆ ANIMÆ ET VITÆ. Ita ut Anima ἰσθῆακ
 ἀλογος *rationis expers ab animâ rationali origi-*
nem trahere, imo hujusce vis & facultas quæpiam
existere capiatur: cum alias eam ex sphaeris sub-
nasci velint. Ni omnis ψυχῆς ex sphaeris contrac-
tio ad virium irae & concupiscentiae (τὸ γὰρ ἀλο-
 γον θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν ἐστὶ Plut. de placit lib. iv.
 cap.

cap. iv.) excitationem & incitationem referenda sit. Et hoc animae *simulacrum* seu *anima ratione destituta* non tantum informat vehiculum in *vita terrestri*; sed & in sedibus æthereis. Stanleyus loc. cit. *SIMULACRUM animi, hoc est ea pars, quae cum sit rationis experta, cum parte rationali est conjuncta & ab ejus vehiculo pendet, PARTICEPS EST SEDIS UNDEQUAQUE LUCIDÆ, neque enim unquam animus deponit suum vehiculum.* Scilicet quatenus actus elicit *intentiores* in inferioribus oris, ut videtur, interitui obnoxia (τὸ δὲ ἄλογον φθαρτὸν, *rationis expertem animam obnoxiam esse interitui* Plutarch. de placit. lib. iv. cap. vii.) quatenus vehiculum *informat*, semper cum eo existens.

§ VI. Id autem vehiculum quemadmodum ita dispositum ajunt, ut cum *crassiori materia* tandem copulari possit, ita & varie hujus *affectiones* quemadmodum omnium Planetarum ei agglutinari, ipsiusque *formae* imprimi posse significant. Orac. Zoroast. vers. 274.

Id vehiculum ita dispositum ut crassioris materiae affectiones, ut & omnium Planetarum ipsi, ejusque formae varie agglutinari possint.

Μὴ πνεῦμα μολύνῃς, μήτε βαρύνῃς τὸ ἐπίπτερον.

Ne spiritum macules, neque deprimas SUPERFICIEM.

Id est ne crassioribus materiae nebulis, qualitatibus & concupiscentiis vehiculum tuum, ejusque spiritum circumdes & inquines. Ubi per ἐπίπτερον; *superficiem*, ψυχῆς λεπτὸν ὄχημα *animi tenue vehiculum* intelligitur: sicque dicitur quia, ut superficiei est, mentem circumdat. Psellus Δύο χιτῶνας

H h h

ἐπε-

424 DE PALINGENESIA VETERUM,

ἐπενδύσει τὴν ψυχὴν οἱ Χαλδαῖοι. καὶ τὸν μὲν πνευματικὸν
 ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐξυφανθέντα αὐτῇ, τὸν
 δὲ αὐγοειδῇ λεπτὸν καὶ ἀαφῇ, ὅνπερ ἐπίπεδον ὠνόμασε. CHAL-
 DÆI duabus tunicis animam induunt, & unam
 quidem SPIRITUALEM nominarunt a sensibili mundo
 ipsi contextam, alteram vero LUCIFORMEM tenuem
 & intactilem, quæ SUPERFICIES hic vocatur.

Mentibus
 ita consti-
 tutis a
 summo
 rerum
 Arbitro
 leges Fa-
 tales e-
 dictas.

§ VII. Mentibus ita constitutis summus rerum
 arbiter leges fatales edixit, seu explicavit: aperiens
 quantum perturbationum, malique ex materiâ,
 seu corpore suboriri posset, cum se ad eam mens
 applicuisset: quæque fata subire necesse foret, si il-
 lis sese duci pateretur. Isis apud Stobæum Phys.
 cap. XL. pag. 118. Deinde in æthere pulcherrimo
 rerum jam productarum accersitas naturas ita est
 allocutus (Deus): SPIRITUS MEI, CARÆQUE MEÆ
 PROLES ANIMÆ, quas meis formatas manibus nunt
 mundo meo consacro, SERMONES hos meos tanquam
 LEGES accipite, 7. neque locum alium, nisi a me
 constitutum, contingite. Ac RECTE quidem si VOS
 GESSERITIS, COELUM vos manebit iterum, STELLA-
 RUMQUE series, ac virtute referti THRONI. Sin
 ALITER EGERITIS, per sacrum juro spiritum, &
 mixtionem, de quâ vos produxi, measque has ani-
 marum effectrices manus, propediem VINCULA vo-
 bis

7. Neque locum alium] &c. A luce segmentis ac receptaculis suis progredie-
 scilicet immateriali aversum: quam bantur, neque unum tenere volebant locum,
 habitationem primigeniam cum reli- sed movebantur semper, quietemque pro-
 quissent miseris implicata sunt. Isis ad morte ducebant: Id porro ut Hermes, ait
 Horum apud Stobæum pag. 119. Tum universi principem Deum non latuit, ve-
 vero filii tanquam re præclare gesta, per rum cruciatibus ipsis ac vincula compa-
 audaciam præcepta negligebant, deque ravit.

bis & CRUCIATUS comparabo. Plato in Timæo loc. supra cit. Denique cum universum constituisset astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens, eisque tanquam vehiculo impositis monstravit universi naturam, AC LEGES FATALES EDIXIT &c. Compendiose locum dedit Alcinous de doctrina Platonis cap. xvi. Verum cum quamlibet, ait, antea cognato astro tanquam vehiculo imposuisset, instar legum conditoris FATALES ILLIS LEGES EXPLICAVIT, ut IPSE EXTRA CULPAM DELICTORUM EXISTERET. Docuit igitur PERTURBATIONES a corpore mortales exorituras. Primo quidem sensum, postea voluptatem, atque dolorem, metumque & iram, quas quæ superarent, neque se TRAHI permetterent, JUSTE victuras, & in cognatum ASTRUM denique redituras: quæ vero ab injustitia superarentur, secunda generatione in vitam feminæ migraturas. Et quæ nondum ab improbitate cessarent in brutorum denique naturam degeneraturas, finem vero laborum tunc demum futuram, cum innatos corporis affectus expulerint, & in proprium habitum jam redierint. Atque hæc leges fatales varias condiciones humanas menti induere distinctius in Phædro tradit Plato: Regulaque ADRASTIÆ Deæ, id est inevitabilis numinis, ait, hæc est: ut quæcunque anima Deum comitata aliquid verorum inspexerit, ea usque ad circuitum alium sit indemnis: & si SEMPER hoc facere QUEAT, SIT SEMPER ILLESA. Si vero impotens assequendi non inspexerit, & casu aliquo usa, repletaque oblivione & pravitate gravetur, gravata autem pennas confregerit, in terramque reciderit, tunc prohibet lex hanc in pri-

ma generatione in aliquam brutalem ire naturam: sed jubet eam, quæ plurima viderit, in genituram viri PHILOSOPHI aut pulcritudinis CUPIDI, aut MUSICI, atque AMATORII: eam vero, quæ secundo loco, in REGEM LEGITIMUM, aut BELLICOSUM virum, & IMPERATORIUM descendere. Tertio in GUBERNATOREM reipublicæ, aut rei familiaris dispensatorem, vel QUAESTUARIUM. Quarto in laboriosum GYMNASIUM, aut circa MEDELAM curamque corporis versaturum. Quinto in eos, qui VATES futuri sunt, & circa MYSTERIA quædam. Sexto in POETAM, vel alium quemvis eorum, qui apte in IMITATIONE versantur. Septimo in ARTIFICEM, vel AGRICOLAM. Octavo in SOPHISTAM, & POPULAREM. Nono in TYRANNICUM. In his autem omnibus, quicumque juste vitam egerit, sortem postea nanciscitur meliorem: qui vero injuste deteriolem, &c. Sicuti Empedocles legem extare dixit constituentem animas, quæ peccant ad hac nostra delapsuras. Vid. Plotin. Ennead. IV. 8. I. & 5.

Quo &
possibiles
malorum
origines
& sequæ
le inno-
tescerent:
sicque
nulla un-
quam ma-
li (ex li-
bera men-
tis præe-
lectione
contracti)
in Deum
culpa
conjici
pisset.

§ VIII. Scilicet Deus mali auctor nullatenus existit: unde (ne ulla illius culpa in eum conjici posset) non tantum Animas non pravæ; sed bonas produxit: verum præterea, sicuti omnium rerum existentium rationibus ac ideis ornaverunt, ita & possibiles malorum origines, eorumque sequelas explanavit: quo pacto omnis arceatur ignorantie prætextus, atque a malis cavendi nascatur amplior occasio. Imo vero omne malum ex libera mentium electione contractum. Ita Lachesis apud Platonem de Republ. dial. x. *Ψυχὰι ἐφύμεραι ἀρχὴ ἄλλης περιόδου γιγνέσθαι γὰρ ἀναγκαῖον· ἔχ' ὑμᾶς δαίμων λήξεται,*
ἀλλ'

ἀλλ' ὑμεῖς δαίμονα αἰρήσεσθε. Πρῶτον δ' ὁ λαχὼν, πρῶ-
 τας αἰρέσθω βίον, ᾧ συνέται ἔξ ἀνάγκης. Ἀρετὴ δὲ ἀδέσ-
 ποτον, ἢ τιμῶν ἢ ἀτιμάζων πλέον ἢ ἑλαττοῦ αὐτῆς
 ἔχατον ἔξει. αἰτία ἐλομένης θεὸς ἀνάγκη. *O uniduanæ
 animæ initium alterius circuitus mortalis ac leti-
 feri generis, non vos Dæmon sortietur, sed vos
 DÆMONEM ELIGETIS. Qui prior sortem ceperit
 prior eligat vitam : cui necessario inhærebit. Vir-
 tus inviolabilis ac LIBERA. Quam prout HONORA-
 BIT quis, aut negliget ita PLUS AUT MINUS ex ea pos-
 sidebit ! ELIGENTIS quidem CULPA est omnis : DEUS
 AUTEM EXTRA CULPAM. Maximus Tyrius fermone
 xxv. ubi disquirat unde mala cum Deus bona agat ? NON
 enim puto COELITUS, non inquam coelitus MALA sunt.
 Invidia enim extra chorum coelestem sedes sibi con-
 stituit. — Jam vero considerationem ad alterum
 principium alterius generis malorum transferamus :
 id est quod sponte sua nascitur, pro licentia animi
 conceptum ac consummatum. Ejus est nomen IMPRO-
 BITAS, CAUSAMQUE AB ELIGENTIS ARBITRIO NAN-
 CISCITUR, DEO SEMPER EXTRA OMNEM CAUSAM
 CONSTITUTO. Quod quo simili post Platonem illu-
 stre ? Maximus videas supra pag. 85. in not.*

§ IX. Mentēs nempe quamvis in isthoc veritatis
 prato felicem ducebant vitam, non immutabilis
 tamen, & absolute perfectæ, sed *mediae* cujusdam
 conditionis erant : ut Deum scilicet, verum, &
 bonum contueri, ad hæc ferri, hisque nutriri & fa-
 turari quidem possent : cum 8. duabus *alis* quibus
 H h h 3 ad

*Animas
 in campo
 veritatis
 conditione
 fuisse
 mutabi-
 les : viri-
 bus qui-
 dem præ-
 ditas suf-*

8. Duabus *alis*.] Ficinus argument. vātem : in Intellectu quidem instinctum
 in Phædrum : Satis tibi fuerit intellige. ad Divinum Verum : in Voluntate vero
 re geminas Alas esse geminum instinctum instinctum ad Divinum Bonum pro viribus
 menti ingenitum ad superna animum ele. convertentem.

ficienti-
bus ut
Deum,
Verum,
& Bonum
sequi
possent
perfecte
& perpe-
tuo; ve-
rum &
ab hisce
se aver-
tere, sibi-
que pro-
priis con-
siliis ma-
la conf-
ciscere.

ad hæc elevari valebant, *interna scilicet commotione, instinetuque ad verum, & bonum* gauderent; sed & alarum istarum abjectione ad inferiora sese inclinare, atque adeo patris, divinæque suæ naturæ, officii, que debiti oblitæ a bono averti, felicitique statu excidere quirent. Plato in Phædro: *Cogitatio quoque omnis animæ quaecunque convenientem sibi conditionem susceptura est, intuita per tempus id quod est, contenta veritatis contemplatione nutritur, & gaudet, donec circulo in idem circumferentia referat. In hoc autem circuitu conspicit ipsam justitiam, conspicit temperantiam, conspicit scientiam, non qua adsit generatio, nec qua alia alicubi sit in alio, quales videlicet sunt eorum, quae nos entia nunc appellamus: sed illam quae in eo quod est ens vere, scientia est: & alia eodem modo quae vere sunt speculata, atque his enutrita subiens rursus intra COELUM DOMUM REVERTITUR. — Nam ex hujusmodi prato (veritatis) optima vis animae convenientem accipit ALIMONIAM, & ALARUM natura, qua anima elevatur, hoc ALITUR. Regulaque Adrastiae Deae, id est inevitabilis numinis hæc est, &c. Vide locum ulterius § VII. Hiërocles comment. in carm. Pythag. p. 252. & seq. Sequitur ut hominis naturam exacte cognoscamus, qualibusque sit, & quibus objecta perturbationibus: uti deinde MEDIO LOCO POSITA inter ea jaceat quae nunquam prolabantur in vitia, & quibus ad virtutem ferri natura negatum est: (καὶ ὅτι ἐν μεσότητι ἐστὶ τῶν ἀπλότων εἰς χαλκόν, καὶ τῶν πρὸς ἀρετὴν καὶ πεφυκότων ἀνάγειν) unde fit, ut in UTRAQUE PROPENDEAT, ibique aliquando intelligibilem vitae felicitatem sequatur, hic*

hic autem saepe affectionum sensus amplectatur. Qua ratione non male quoque censuit Heraclitus, cum nos illorum mortem vivere, mori autem istorum vitam pronunciavit. Fertur nempe homo deorsum, & FELICI REGIONE EXCIDIT, cum ut inquit Pythagoraeus Empedocles Divinitus exul & errans Lite furente agitur — Desiderium autem fugientis Aetæ pratum ad VERITATIS pratum propere deducit; eoque RELICTO pennarum defluentium impetu in TERRENUM corpus venit, FELICIS PRIVATUS MUNERE VITÆ. Neque vero istis sunt dissentanea quae Plato de descensu loquitur hoc modo; si vero assequendi impotens (animus) Deum minime viderit & damnum passus aliquod, pennarumque defluvium, in terram etiam labatur, tum lex ipsum jubet in mortale animal induci &c. Locum indicat Hierocles mox productum. Et iterum pag. 258, 259. Cum enim MEDIA jaceat hominis natura inter eos, qui Deum semper contemplantur, & quibus id natura negatum est: eadem ascendit ad illa & descendit ad ista, mentisque possessione atque rejectione DIVINAM SIMILITUDINEM atque BELLUINAM, propter naturae propensionem ad utramque vicissim induit. (ὃς κίησιν καὶ ἀποβολῇ, πρὸς τὴν θείαν ὁμοίωσιν καὶ τῇ θείῳ διὰ τὸ ἑ φύσεως ἀμφίβιον ἀναμέρος οἰκαμένη.) Atque hinc omnem miseriam humano generi propriis consiliis contractam esse conclusurus addit laudatus commentator: Qui igitur ista de hominis natura perspecta habeat, novit idem cur dicantur homines SPONTE MALA AMPLECTI; cur etiam INFELICES ET MISERI SUI IPSORUM CONSILIIS EVADANT. Cum enim alias adhuc IBI MANERE QUEANT, desiderii per-

pernecitate, ad ORTUM pertrahuntur. (Οἷδε πῶς ἀνθάριστα πῆματ' ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ πῶς τλήμονες καὶ πάλανες τὰς ἑαυτῶν αἰδέσεσι γίνονται. Ποτὲ γὰρ ἐπὶ δυνάμει μὲν ἐκεῖ προσητεία ὁρμῆς εἰς γένεσιν κατασύρονται.)

Hinc viribus male usas campo viritatis sua sponte culpæque excidisse: reversuras si vitia inbecientia expurgentur, aliquando; alias nunquam.

§ X. Atque ita *viribus* naturalibus non debite usa mens humana neque rite ad *leges* edictas attendens, voluntaria & improba a Deo secessione sibi communionem cum eo, qua in luce pura degens fruebatur, subtraxit: & ut sede beatâ expulsa in terram, mortalium locum, secundum ordinem *fatorum* relegaretur effecit. *Reversura* aliquando si a materiæ affectionibus sese *purgaverit* legitime, vitamque mente nationali dignam instituerit: aut si *mediam* vitam duxerit, postquam suppliciis medicinalibus vitia penitus eluta fuerint, vide supra pag. 354. contra autem si sese vitæ genere *impuro* undiquaque ulterius *polluerit aeternis* carceribus & cruciatibus emancipanda. Hiërocles in carm. Pythag. p. 230. *Sunt enim mali permulii, & perturbationibus inferiores, imo & vecordes assidua in terram propensione; ὥς καὶ τὰ το παρ' ἑαυτῶν τὸ κακὸν ἔχειν, διὰ τὸ βεληθῆναι φυγεῖν ἀπὸ θεῶ, καὶ ἀπομερίσαι αὐτὰς εἰς τὰς ὁμίλιας, ἧς εὐτύχει ἐν ἀωγῇ καθαρά διαγόντες; qui hoc mali sibi ideo videntur peperisse, quod a Deo FUGERE, seque ab ipsius FAMILIARITATE, qua tum fruebantur cum in PURA LUCE degerent, subtrahere voluerunt.* Et idem auctor pag. 256, 257. Ὡς περ ἐν ἡ θεῶν φυγῇ, καὶ ἡ πλεγορήσις τὴ καφίζόντων ἡμᾶς πρὸς τὰ ἄνω, εἰς τὸν τῶν θηγῶν ἡνεγκε τόπον, οἷς τὰ κακὰ συνεισέρχεται. Ἐπὶ δὲ ἡ θηγῆς προσπαθείας ἀποβολή, καὶ ἡ τῶν ἀρετῶν, οἷον πλερῶν πινῶν, ἐκφυσις πρὸς τὸν τῶν καλῶν καθαρόν τόπον, εἰς

eis τὴν γέλας ἐνζωϊαν ἡμᾶς ἀνάξου. *Ut igitur FUGA A DEO, & pennarum defluvio quibus ad superiora ipsi attollebamur, IN MORTALIUM LOCUM, quos mala comitantur, DECIDIMUS; sic certe humanarum AFFECTIONUM REJECTIONE, ipsaque etiam VIRTUTUM, tanquam pennarum quarundam, productione ad PURUM BONORUM LOCUM, divinamque FELICITATEM ascendemus.* De carcere autem & cruciatibus aeternis vide supra lib. II. cap. IX. §. VIII.

§ XI. *Mentes autem fractis jam alis in oras sublu- nares, seu elementares hasce descendentes septem orbes Planetarios transire concipiuntur: unde per septemvium gradum, seu descensum, in materiae locum, ubi necessitatis thronus est, devenire dicuntur* Orac. Zoroast. vers. 251. & seq.

Animas descen- dentes septem Orbes Planeta- rum per- meare: in quibus aliquam- diu mo- rentur, seu vitam istis sphe- ris conve- nientem ducant, a singulis Planetis propria vehicula sortitas.

Μήτε κατὰ νύσσει, κρημνὸς κατὰ γῆς ὑπόκειται,
Ἐπὶ λατρίᾳ σίφων κατὰ βαθυμίδου, ἢ ὑπὸ δέσμης
Ἀνάγκης ἡρώου ἐστίν.

Neque deorsum sis pronus, praecipitium terrae subjacet,

SEPTENVIVM TRAHENS PER DESCENSUM *sub quo gravis*

Necessitatis thronus est.

Quod in scala Mithriaca *septem* Planetarum *Ja- nuas* significasse jam supra pag. 252, & 253. ubi vi- deas, diximus: *octava* janua *fixas* in easque tran- situm indicante. Desuper enim a Coelo in terram a Patre effundi dicuntur Orac. Zoroast. v. 232. & seq.

Αλλ' ἄλλῃ ἐνίοσι Πατὴρ ἐναρίθμιον εἶναι
Ἡ μάλα δὴ κείναι δ' ἐ μακάριται ἔξοχα πασέων
Ψυχάων πολλὰ γαῖαν ἀπ' ἔχοντες περὶ χέονται.

*At aliam immittit Pater, ut numerum expleat,
Certe illae beatissimae prae omnibus
Animabus AD TERRAM E COELO effunduntur.*

Atque in hisce *Planetarum* sphaeris aliquamdiu morari mentes descendentes, *vitamque* istis Orbibus *convenientem* ducere volunt. Wendelinus contempl. Phys. p. 580. ex Ficino: *Statuunt autem sphaeras duodecim, octo coelorum, & quatuor elementorum. In singulis ajunt animas ab initio omnes conditas MORARI PER MILLE ANNOS facto initio a sphaera octava.* Marsilius Ficinus Theolog. Platon. lib. xviii. cap. v. *Nonnulli vero putant animas in QUALIBET SPHERA ad CERTUM TEMPUS VITAM AGERE SPHÆRÆ illi convenientem; sortiiri enim a sphaeris singulis VEHICULA propria.* Quamquam alias citissime easdem pervagari posse entia illa rationalia existimantur: ita tamen ut *qualitates* earundem *vehiculis* suis contrahant. Ficinus loco citato: *Descensus vero hujusmodi ita ferme SUBITO potest fieri ut RADII DESCENSUS A SOLE, qui quamvis subito demittatur in terram variis tamen in ipso casu nubium VESTITUR COLO- RIBUS.*

Pro re-
gionum
enim, in
quibus
moras
nequit A-

§ XII. Pro varia scilicet sphaerarum constitutione, & affectionibus mentis *vehiculum* æthereum, varie immutatur, seu crassius redditur, seu novis *vehiculis* pro regionum istarum natura quasi *vesti-*
bus

bus circumdatur novis, & potissimum igneis, mox aëreis, donec tandem crassiori composito, ex quatuor elementis constituto, induta anima cum corpore humano conjungi apta fiat. Vide quæ diximus supra lib. II. cap. IX. § XII. Et Coelum Rhodiginum Lect. Antiq. lib. XVII. cap. XVI. Quod fabulæ Palisphaës implicasse veteres tradit Eruditus apud Piërium Hieroglyph. lib. I. p. m. 577. quem vide.

§ XIII. Non autem variis istis tunicis simpliciter circumdatur mens descendens qua vehiculis, ut in istis sphaëris scilicet apte moveri posset; sed quisque Planetarum sibi proprias affectiones vehiculo, seu tunicæ a se procuratæ, affigere, atque ita toti individuo vitæ habitudinem naturæ suæ convenientem communicare putatur. Proclus de Anima & Dæmone, quomodo anima descendendo varie vestiatur, & rursus purgetur, redeatque vicissim? in Excerptis Ficini pag. 30. Descensus animæ in corpus sejunxit quidem illam a Divinis animis, a quibus intelligentia & potestate, puritateque implebatur: conjunxit vero generationi, &

Neque tantum simpliciter vehicula illa menti suæ perindui ut in illis sphaëris moveri posset; sed per ea affectiones suas cum Anima communicare Planetas.

Iii 2

natu-

9. Potissimum igneis.] Cum videlicet to MAIORI ex parte igneæ naturæ esse Planetarum corpora maximam partem stellas (ait;) sed ita ut glutinis loco RE- ignea habeantur. Alcinoüs de doctrina Platonis cap. XIV. Cum igitur septem sphaëra in orbe circumvago constructæ fuissent in iis corpora septem conspicua mundi conditor, MAXIMA EX PARTE IGNEA fabricavit eaque sphaëris ex altero vagoque circulo constitutis adnexuit. MAXIMA EX PARTE IGNEA ait Alcinoüs, cum etiam reliquorum Elementorum partes ipsis inhærere vellent. Plutarchus de placitis lib. II. cap. XIII. Pla-

to MAIORI ex parte igneæ naturæ esse stellas (ait;) sed ita ut glutinis loco RELIQUORUM etiam ELEMENTORUM partes admittant. Ut Pythagorei, Heraclides, Orphici, eodem auctore, terram, aërem, ætherem stellas continere adserunt: Heraclides ait ibid. & Pythagoræi quamvis stellam dixere esse mundum in æthere infinito, qui TERRAM, AEREM, ÆTHEREMQUE contineat. Hec opinio etiam in Orphicis perbibetur. Nam Orphici sectatores singulas stellas mundos dicunt.

*Animæ descendenti ADNATÆ sunt ex MUNDO MUL-
 TIFORMES VITÆ, VESTESQUE varie trabentes qui-
 dem ipsam in compositionem caducam: OBSTANTES
 autem CONTEMPLATIONI separatorum. Oportet ita-
 que animam hinc ad naturam illam pervigilem rec-
 tam ducendam amputare SECUNDAS, TERTIASQUE
 VIRES DESCENDENTI SUBORTAS, sicut marino glauco,
 herbæ, petrae, conchæ. Cobibere vero impetus ex-
 tra ferentes. Reminisci rursus rerum separatarum
 essentiaque Divinæ, unde est facta descensio & ad
 quam omnem vitam contendere decet. Porphyrius
 de Abstinentiâ lib. i. § xxxi. Exuendae itaque
 sunt nobis TUNICÆ MULTIPLICES: (τὰς πολλὰς ἡμῶν
 χιτῶνας) tum & aspectabilis haec & carnea,
 tum & quibus INTERIUS VESTIMUR cutaneis conti-
 quae (καὶ ἃς ἐσωθεν ἡμετέρωθεν περικυκλῶν ὄντων τοῖς δεγ-
 ματίνοις.) Servius ad Æneid. vi. vers. 715.*

— — Longa oblivia potant.

*Docent autem philosophi, quod anima ad ima DES-
 CENDENS PER SINGULOS CIRCULOS perdat. Unde
 etiam disputantes de ratione Mathematici fingunt;
 quod singulorum Numinum potestatibus corpus & a-
 nima nostra connexa sint, ea ratione quia quum DES-
 CENDUNT ANIMÆ trahunt secum TORPOREM SATUR-
 NI, MARTIS IRACUNDIAM, LIBIDINEM VENERIS,
 MERCURII LUCRI CUPIDITATEM, JOVIS REGNI DE-
 SIDERIUM. Quae res faciunt turbationem Animabus,
 ne possint uti vigore suo, & viribus propriis.*

Hos vi-
 delicet
 anima-

§ XIV. Non mera enim corpora Lumina erran-
 tia, neque ullum quod coelum ornat sidus, voluisse

fa-

sapientiam veterem; sed *mente* prædita: imo & virtute, qua *Deorum* adinstar, in ea, quæ summus arbiter in rerum natura esse voluit, influant, eademque ex ejus arbitrio gubernent, ubivis videre est. *Hanc in STELLIS constantiam* ait Cicero II. de naturâ Deorum, *hanc tantam tam variis cursibus in omni aeternitate convenientiam temporum, non possum intelligere sine MENTE, ratione, consilio.*

Alcinous de doctrina Platonis cap. XIV. *Horum singula viventia sunt, & INTELLIGENTIA, nec non Dii cognominantur.* Ut Plato vocat *ἡὲς πνεύμας ignea Numina*, Laërt. in vita. Ægyptii dixerunt *10. πάροδοις SCEPTIGEROS (Planetas.)* Vid. Cæl. Rhodigin. Lect. antiq. lib. I. cap. XVIII.

§ XV. Cumque istæ affectiones, quas vehiculo imprimi quisque Planeta, ita communicentur ut toti individuo generatim habitudinem juxta easdem ferri, vitamque ducendi concilient, homo ex *orbibus* coelestibus *alteram* animam, præter eam scilicet quam ex mente Divina nactus est, *irrationalem* videlicet quandam contraxisse dicitur: sive partem animæ II. ipsis *irrationalem* dictam 12. ex

Alteram
hinc ani-
mam ir-
rationa-
lem ex
sphaeris
in descen-
su con-
tractam
diu.

Iii 3

sphae-

10. *ῥαδοφόροις.*] Voce scilicet Ægyptiacâ sic in Græciam versâ.

ἄλογον διαίρεσιν, εἰς τὸ πνεύματι καὶ τὸ ἐπὶ πνεύματι. Vid. & Joh. Franc. Picus Mirand. exam. vanit. doct. gent. lib. I. cap. XIV. p. 783.

11. *Ipsis irrationali dictam.*] Plutarch. de plac. lib. IV. cap. IV. Pythagoras, Plato secundum supremam rationem duas partes ei (animæ) assignant, quarum una RATIONE SIT PRÆDITA, altera EJUS EXPERS, sive bruta (*τὸ γὰρ μὲν ἔχει λόγον, τὸ δὲ ἄλογον*) Secundum propinquam autem & subtiliorem rationem tres: dividunt enim brutam in IRÆ & CUPIDITATIBUS DEDITAM (*τὸ γὰρ*

12. *Ex sphaeris ortum vere traxisse.*] Proclus in Alcibiad. I. in excerpt. Ficini pag. 28. *Animam in nobis rationalem anima irrationali nobiliorem esse dicimus, quoniam illam quidem primus mundi opifex procreavit, hanc autem Dii Juvenes (Dæmones) produxerunt.* Alcinous de doctrina Platonis cap. XXIII. *Animam* betni.

Sphaeris ortum vere traxisse voluerint, sive facultatis θυμικῆς καὶ ἐπιθυμητικῆς, quæ in mente rationali obtinebat, *excitationem*, incitationem & augmentationem tantum intellexerint. Jamblichus de Mysteriis sect. viii. cap. vi. Λέγεις τοίνυν ὡς Αἰγυπτίαν οἱ πλείους, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐκ τῆς ἀτέρων ἀνῆλθαν κινήσεως. τὸ δὲ πῶς ἔχει δεῖ διὰ πλείονων ἀπὸ τῆς Ἑβραϊκῶν σοι νοημάτων διεξηγηῖσαι. δύο γὰρ ἔχει ψυχὰς, ὡς ταῦτά φασι τὰ γράμματα, ὁ ἀνθρώπου. καὶ ἡ μὲν ἐστὶν ἀπὸ τῆς πρώτης νοητῆς μετέχουσα καὶ τῆς δημιουργοῦς δυνάμεως, ἡ δὲ ἐνδομολή ἐκ τῆς ἑραίνων περιφορᾶς, εἰς ἣν ἐπεισέρπει ἡ θεοπικὴ ψυχή. *Dicis igitur esse communem Aegyptiorum sententiam, quod liberum arbitrium pendeat a motu astrorum. Hoc autem quomodo se habet oportet tibi pluribus explicare ex Mercurii opinionibus. Homo DUAS habet animas (quod ipsa Mercurii sacra scripta ostendunt) una est a primo INTELLIGIBILI participat etiam de potentia opificis; altera vero nobis inditur EX CIRCUITU COELESTIUM (MUNDORUM) ad quam anima Deum speculata revertitur.* Porphyrius Sentent. § xxxii. Ἐξελθὲς γὰρ αὐτῇ (ψυχῇ) τῆς γερῆς σώματος τὸ πνεῦμα συνομαρτεῖ, ὃ ἐκ τῶν σφαιρῶν συνελέξατο. *Exeuntem enim eam (animam) ex solido corpore comitatur etiam SPIRITUS QUEM EX SPHERIS COLLECTUM habebat.*

*Varias
sic in des-
censu, an-
tequam
in cras-
sum deve-*

§ XVI. Atque hac ratione jam *varias*, antequam crasso corpori humano illigarentur, in variis locis duxisse *vitas*, seu vitæ *species*, esse secutas pro varietate locorum & moribus *diversas*, mentes con-

dominis immortalem a primo Deo suscipientes illi duas mortales (ut diximus) adtes Dii mortalium generum conditores par-junxerunt.

conciipiuntur. Videantur quæ § XIII. ex Proclo
& Servio attulimus: ut & ea quæ supra p. 396, 397.

ex Jamblichō de Mysteriis dedimus. Synesius de

somniis: *Hæ quidem duæ extremæ sunt Regio-*

nes, atque sortes. Altera utrinque prorsus obscu-

ra, altera undique lucens, quæ & felicitatis, in-

felicitatisque sunt extrema sortitæ. Tu vero quot

existimas in mundi capacitate esse medias regio-

nes, quæ ex altera quidem parte sunt atræ,
ex altera vero lucentes. In QUIBUS OMNIBUS A-

NIMA UNA CUM HOC SPIRITU VITAM DEGIT; SPE-

CIES, ET MORES ET VITAS ALTERNE COMMUTANS.

Scilicet aliam atque aliam, pro variis quos transit

anima canales, vitam constituit mens universalis:

Orac. Zoroast. vers. 171. & seq.

nerit cor-
pus, menti
jam ac-
tas vitas
seu vitæ
species
pro varie-
tate loco-
rum &
moribus
diversas.

Ἄλλην κατ' ἄλλην ζῶν, ἀπὸ μεριζομένων ὀχετῶν

Ἄνωθεν δὴκοντ' ἐπὶ τὸ κατ' ἄνω

Διὰ τῶ κέντρων τῆς γῆς, ἢ πέραν μέσον, ἄλλον

Πυρίστον, ἔντα κάταισι μέχρι ὑλαίων ὀχετῶν

Ζωοφόρον πῦρ.

ALIAM JUXTA ALIAM VITAM EX DIVISIS CANA-
LIBUS

Desuper permeantis in oppositum

Per centrum terræ & quintum medium alium

Igneum, ubi descendit usque ad materiales canales

Vitam ferens ignis.

§ XVII. Et quidem pro Numinum vagantium

numero 13. *septemplex* in iis menti jam actam

Et qui-
dem pro
Planeta-
rum, quo-

vi-

13. *Septemplex in iis.*] Postquam scilicet vitæ in fixarum sphaera exciderat.

III. vitam, in qua unumquodque qualitates suas veluti
CAP. II. munus quodpiam (quæ dona hinc vulgo quoque
rum quif- septem numerantur) ipsi impertiverit, volunt.
que affec- Unde homo Saturnius, Jovialis, Martius, Sola-
tiones ris &c. Vide supra p. 73. & hujus cap. § xi. Mer-
suas (in curius de Fato apud Stobæum Eclog. Phys. cap.
se quidem IX. p. 12.
bonas; sed
vitio re-
cipien-
tium ali-
quando
degenera-
turas) collaturus
erat, nu-
mero,
septem.

Ἐπτα πολυπλάγες κατ' ολύμπιοι ἀστέρες ἔδον
Εἰλαῦνται μετὰ τοῖσιν αἱ δ' ἐπώνησεται αἶων.
Νυκτὶ φανεῖς μῆνι ἥλιος ἦδ' ὕψ,
Πετοφόρος παφίη, θεαὶς ἄρης, εὖσπερος ἑρμῆς,
Καὶ Ζεὺς ἀργιγένεθλος ἀφ' ὧ φύσις ἐβλάστησεν
Οἱ δ' αὐτοὶ μερόπων ἔλαχον γένος, ἔτι δ' ἐν ἡμῖν
Μῆνι, Ζεὺς, ἄρης, παφίη, κρότος, ἥλιος, ἑρμῆς.
Τ' ἔτι ἀπ' αἰθερίᾳ μεμερίσμεθα πνεύματ' ἔλκειν,
Δάκρυ, γέλωτα, χολήν, γένεσιν, λόγον, ὕπνον, ὄρεξι.
Δάκρυ μὲν ἰσὶ κρότος, Ζεὺς ἡ γένεσις, λόγος ἑρμῆς,
Θυμὸς ἄρης, μῆνι δ' ἄρ' ὕπν' ὦ, κυτάρια δ' ὄρεξις,
Ἡέλιος τε γέλωτ' ἑστὶ γὰρ ἅπαντα διχραῖος
Καὶ θνητὴ διάνοια γελᾷ, καὶ κόσμ' ἀπείρει.

*Septem multivagæ per olympi culmina stellæ
Volvuntur, cumque his totum delabitur ævum;
Noctem Luna regens, Saturnus Phoebus amicus,
Dux thalami Cytherea, ferus Mars, conditor
Hermes,*

Juppiter & princeps naturæ qui dedit ortum.
IDEM SUNT HOMINES SORTITI, QUEIS SIMUL
INSUNT
*Luna, Venus, Mars, Sol, Saturnus, Juppiter
Hermes;*

ÆTHE-

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 439 LIB.
ÆTHEREO quoniam de FLUMINE traximus IRAM; III.
SERMONEM, LACRYMAS, RISUM, ORTUM, SOM- CAP.II.
NUM ET OREXIM.

*Saturnus lacrymæ est, sermo Hermes, Juppiter
ortus;*

*Et somnus Luna, iraque Mars, Cythereaque orexis,
Et Phoebus risus. Namque illi cuncta decenter
Et mens mortalis ridet, mundusque perennis.*

Paulo aliter idem lib. Sac. apud eundem Stobæum
Phys. cap. XL. p. 119. & 120. *Adduc ad me coe-
lestes omnes Deos. Qui cum venissent, despicite in
terram inquit: atque illi despexerunt, & volun-
tatem principis cognoverunt, ac de hominum ortu
verba facienti quid ad eum SINGULI CONFERRE pos-
sent; exposuerunt. SOL primum amplius lucere
(illuminare) se velle respondit. LUNA deinde se
proximum post solem circulum illustraturam pollice-
batur; jamque Timorem, Silentium, Somnum, &
inutilem genuisse Memoriam prædicabat. SATUR-
NUS justitiam & Necessitatem procreasse se refere-
bat. JUPITER porro ne stirps oritura usquequaque
bellum gereret Fortunam se Spem ac Pacem jam
ipsis genuisse dicebat. MARS vero certaminis, Iræ;
& Contentionis patrem se fuisse memorabat. Neque
diu cunctata VENUS, Desiderium se ipsis, Volup-
tatem, & Risum adjuncturam recipiebat, ne gra-
vissimum lucentes animae cognatae supplicium acer-
bius punirentur. Quae cum dixisset Venus ille ga-
visus est. HERMES denique, ego vero dicebat &
naturam humanam fingam, & prudentiam illi,
temperantiam, suadelam, ac veritatem conciliabo,
K k k
nec*

nec desinam cum Inventione congregi. Ficinus Theolog. Platon. lib. xviii. cap. v. In ipso autem DESCENSU animus accipit & a SATURNI Numine per se, & a Saturni lumine per corpus æthereum, atque idolum adminicula quædam sive incitamenta ad CONTEMPLATIONEM aptius exequendam: ab JOVIS Numine atque lumine similiter ad vitæ civilis GUBERNATIONEM: a MARTE similiter ad MAGNANIMITATEM propter injurias propulsandas: a SOLE ad phantasias, & sensuum CLARITATEM: a VENERE ad CHARITATEM: a MERCURIO ad INTERPRETATIONEM atque eloquentiam: a LUNA ad GENERANDUM. Quæ quidem dona in se bona esse ajunt; sed abusu, atque ex defectu vitioque recipientium, & materialium admixtione posse fieri mala: Ficinus commentar. in Plat. conviv. orat. vi. cap. iv. Quæ quidem licet infusa divinitus HONESTA sint, possunt tamen in nobis quandoque propter ABUSUM videri deformia, quod est in gubernationis, animositatis, amoris, generationis usu perspicuum. Et in Theolo. Plat. lib. xviii. cap. v. Et quamvis inde singula dentur BONA possunt tamen in MIXTIONE TERRENA ad MALUM DEGENERARE, Ita Jamblichus de Mysteriis sect. i. cap. xviii. Atque per hæc ostensum est quod nec ipsi coelestes Dii, nec eorum MUNERA MALI QUICQUAM IN SE CONTINEANT. Et paulo antè 14. Nonne igitur quæ oboritur corruptio,

14. *Nonne igitur quæ oboritur corruptio*] &c. *Dixerat : Absurde ergo faciunt qui malitiam corporibus coelestibus adscribunt , eo quod quæ de eis participant aliquando mala sint. --- Jam vero si quicquid participatur recipitur tanquam in alia re & differenti, sane ista alia res in his quæ sunt circa Terram locis maxime dicitur & inordinatum. Hæc igitur participatio causa est plurima in inferioribus diversis.*

Ἡ ἀσυνμετρία μέρει τῷ δέοντι SUSCEPTACULO-
RUM DIVERSITATI ALTERANTI, MATERIALI, PATI-
BILI? (διὰ τὴν ἣ ὑποδεχομένων ἐτεροποιοῦν καὶ ὕλην καὶ
παθητικὴν παρατρῶν ἀπάντησιν.) Quare imbecilli-
tas rerum materialium, locorum terrestrium, cum
nequeat capere simplicem illam vim, vitamque æ-
theriorum purissimam, suas ipsius labeis causis pri-
mis imputat.

§ XVIII. Hisce autem facultatibus quanquam
generatim omnes imbuant errantia Lumina, non
tamen omnes æquali ratione eorum affectiones &
influxiones suscepisse mentes; sed dispari volebant,
aliis sese ad Saturninas magis qualitates conforman-
tibus, Joviales aliis, aliis iterum Martias: Sola-
res his, Venereas illis &c. sive tales Animas diutius
in istis Planetis hæsisse, atque ea ratione hos quasi
propriis nactos fuisse opinati fuerint, sive simpliciter
Numinum istorum impressionibus & motibus præ-
dominantibus magis consuevisse quam aliorum eas
voluerint: atque hac ratione vitas varias scilicet vel
Saturninam, vel Jovialem vel Mercurialem elegisse
dicuntur, & ab istis vulgo Planetis denominantur,
& isthinc descendere populariter dicuntur. Proclus
in Alcibiad. Plat. I. seu de Anima & Dæmone in
Excerpt. Ficini p. 29. Quaecunque vero magni
Jovis insuper PEDISSEQUÆ fuerunt, unaque cum
illo circumvivere ordinem habente ducalem inter duo-

Ita tamen
ut unam
præ alia
vitæ spe-
ciem, imo
& Bru-
tam, ut
magis
propriam
sibi con-
trahere
libere po-
tuerit.

Kkk 2

decim

versitatis, ut est miscella illa materialium fit ut susceptaculum generationis patibile
cum immaterialibus influentiis; item quod illam quidem Saturni vim per modum CON-
inferiora hæc aliter accipiant illud quod GELATIONIS ET FRIGORIS INTENSIS-
etiam alio modo dabatur. Exempli gratia MI accipiat, hanc autem per modum AR-
SATURNI VIRTUS EST CONSTIPATIVA, DORIS IMMODICI: nonne igitur quæ obo-
MARTIS VERO MOTIVA: Veruntamen ritur corruptio, &c.

decim principes universi, hae profecto secundum speciem SUI DEI etiam. huc profectae IMPERIOSAM vitae speciem APPETUNT, &c. Sin autem inter imagines moras traxerint desinunt in TYRANNIDEM. Hinc ait in Republica Socrates Animas nuper profectas e coelis IMPERIOSAS potissimum ELIGERE VITAS &c. Et pag. 28. Atque rursus animarum alias esse ex Sphaera SOLARI, alias MERCURIALI, alias vero LUNARI. Anima scilicet Divina, seu quæ ex intelligibili originem traxit, & in descensu eo usque libera manet, ut quod voluerit vitæ genus præ aliis amplecti possit, id est hujus vel illius Planetæ magis quam aliorum influxum & ductum suscipere & sequi : nam τὸ καὶ αἰσθάνονται ἐν αὐτοῖς τοῖς πάθεσι, & in ipsis affectibus electione utuntur : ut ait Hiërocles de Providentia & Fato p. m. 31. Et hoc modo etiam animantium ratione carentium similitudinem, vitamque quasi ferinam, affectibus prædominantibus, & omnem rationem turbantibus constantem, assumere potest : si scilicet hujus Erronis vel illius, vel etiam plurium impressiones sectetur impetuose. Æneas Gazæus Theophrast. seu de immortalitate animæ in Biblioth. Patrum tom. II. p. 379. Καὶ πρὸ τοῦ σώματος ἐμπίπτειν τὴν ψυχὴν δυνατόν εἶναι λέγουσι καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐξικαλεῖσθαι. ὅ γὰρ ὁμοιώσῃ, κατὰ τὸτο φέρεται ἄλλη ἄλλο ζῶον ὑποδύσασθαι. Et animam ajunt illi (Plotinus Harpocraton, Boëthius atque Numenius) PRIUSQUAM CORPORE CONJUNGATUR, posse eorum quæ RATIONE CARENT animantium SIMILITUDINEM assumere. At cuicumque similis facta fuerit secundum ejus naturam fertur alia aliud animal induens. Hiërocles supra § IX. Mentisque possessione

sione atque rejectione Divinam similitudinem atque
BELLUINAM propter naturae propensionem ad utram-
que VICISSIM INDUIT.

§ XIX. Ita quidem ut genere vitæ *libere* electo
hujus dein conditionibus moribus & fortunæ, seu
Fatalibus obnoxia etiam mens reddatur, atque
adeo *Fati* implicetur vinculis: cuique enim vitæ
generi *sortes* convenientes constituisse rerum arbi-
ter statuitur; *vitæ* autem generi cuidam consue-
cere *arbitrii* esse, vitæ electæ qualitates, & vires
ut & *sortes* subire commeritas pendere ex *Fato*:

Qua elec-
ta & ejus
Fatis im-
plicetur
Anima:
quod ta-
men Fa-
tum libe-
rum Ar-
bitrium
non tol-
lat.

Hiërocles de Providentia & Fato pag. 26. Ἀναγ-
χαῖον δὲ τὸ λειπόμην, τὰς μὲν προαιρέσεις ἐφ' ἡμῖν, τὰς
δ' ἐπὶ ταῖς προαιρέσεσι διχαίᾳ ἀμοιβὰς ἐπὶ τοῖς αἰθερίοις
κεῖσθαι, καὶ ὑπὸ θεῶν πεταγμένοις διχαστῶς καὶ πεφυκόσω
ἡμῖν ἐπιμελεῖσθαι. *Necesse est profecto quod reliquum*
est, studiū quidem & voluntates (PRÆELECTIONES)
IN NOBIS SITAS esse; *justae autem vices & remune-*
rationes seu COMPENSATIONES in voluntatibus (IN
PRÆELECTIONIBUS vel propter praelectiones) *pen-*
dent ab ÆTHEREIS & a Deo constitutis JUDICI-
bus qui natura nostri curam, & sollicitudinem habent.
Lachefin audivimus: Πρῶτος αἰρέσθω βίον, ὃ συνέται
ἐξ ἀνάγκης. *Prior ELIGAT vitam, cui NECESSARIO*
inhaerebit. supra § VIII. Et hoc sensu ἔτε ἡμαγεῖ-
μι φυγεῖν τίς δύναται, ἔτε φυλάξαι ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν
δαιμόνων, *nec Fatum VITARE quis potest, nec illo-*
rum vim DECLINARE. Ut ait Mercurius apud Sto-
bæum p. 13. Jamblichus in epistola ad Macedo-
nium: *Anima natura sua materiae, corporis, or-*
tus, interitus expers est; ipsa vitæ & motus in
se principium habet. Quamquam autem talis sit,

*cum se ad NATURAM applicat, & LEGIBUS UNIVER-
 VERSI se submittit, tum demum FATO PARERE in-
 cipit, & naturae NECESSITATI servit.* Apud Ga-
 leum in not. ad Jamblichum de myst. p. 273. Græce
 vid. apud Stobæum Ethic. p. 204. Quod tamen *Fa-
 tum* Liberum Mentis *Arbitrium* non tollat: cum
praecedat prohæresis *sequatur* Fatum. Imo vero
 commentante Hiërocle hæc duo se invicem confir-
 mant: *Nostra enim voluntas* ait seu ELIGENDI
 OPTIO *justum* CONFIRMAT FATUM: *atque ipsum*
 FATUM CORROBORAT *etiam* VOLUNTARIAM NOS-
 TRAM MOTIONEM. De Providentia & Fato p. 19.
 Unde & mens ipsa Dæmonem, qui scilicet vitæ
 electæ qualitates communicet, in talem terrestrem
 inducat, in hanc influat, & tandem ad sortem
 commeritam perducatur, eligere dicitur: sic Dea
 animas affata: *Non vos Dæmon sortiatur, sed*
 VOS DÆMONEM ELIGETIS. cit. § VIII.

*Fatum
 proprie in
 Anima
 irrati-
 onali re-
 sidente
 : quod
 Dæmone
 adjuvan-
 te solubile
 sit.*

§ XX. Neque sic tantum rem concipiunt, ut
Arbitrii libertatem tueantur; verum & omne Fa-
 tum proprie & originaliter in *ignobiliore* anima,
 seu animæ parte, id est *irrationali* residere volunt;
 quæ Nobiliorem sub Fatum trahat: cujus tamen
 vim in hac vita Dæmone adjuvante (secus nullo
 modo) superare queat anima Rationalis seu Divi-
 na: si scilicet omni opera ad intelligibilia, seu Di-
 vina assurgere, seseque convertere adnitatur. Ut
 Fatum, hujus vitæ respectu, necessitatem inducat
 non adeo quidem absolutam, quam *conditionalem*.
 Superatâ enim partis irrationalis violentiâ, vitæque
 ex hujus instinctu ductâ, atque aliâ parti rationali
 a Deo ortum trahenti conveniente institutâ Fati

solvun-

solvuntur vincula. Anima videlicet, quæ ex *Or-*
bibus coelestibus contrahitur, eorum subest *influx-*
ionibus, motibusque eorundem *obtemperat*: Jam-
 blichus de Myster. sect. viii. cap. vi. Ἡ μὲν ἀπὸ
 τῶν κόσμων εἰς ἡμᾶς κατήλθουσα ψυχὴ ταῖς περιόδοις συνακα-
 λαθεῖ τῶν κόσμων. ANIMA quæ nobis advenit A MUN-
 DIS *mundorum quoque obtemperat* MOTIBUS. Qua-
 tenus autem Anima *Rationalis* seu Divina ab *Ir-*
rationali isthac sese duci, & materiæ implicari af-
 fectionibus patitur, & ipsa *Fati* legibus tenetur:
 ita tamen ut naturæ & facultatum respectu *supra*
 Fatum sit, ab eoque aspirante Numine, sese libe-
 rare possit: ita idem addit Jamblichus loco citato:
 Ἡ δὲ ἀπὸ τῶν νοητῶν νοητῶς παρῆσθαι (ψυχὴν) ἢ γενεσιουργὴ
 κινήσεως ὑπερέχει, καὶ κατ' αὐτὴν ἢ τε λύσις γίνεται ἢ εἰμαρ-
 μόνως, καὶ ἢ πρὸς τὰς νοητὰς θεὰς ἀνωδ. &c. Illa vero
 (anima) quæ ab INTELLIGIBILI derivatur, adest-
 que intelligibiliter est quidem SUPRA ORBEM GENI-
 TURE, & juxta hanc SOLVIMUR a Fati vinculis,
 & ad Deos intelligibiles fit ascensus. Mercurius
 apud Stobæum Ethic. p. 199. τὸ δὲ αἰγεῖσθαι ἔχομεν,
 τὸ γὰρ αἰρεῖσθαι τὸ κρεῖττον ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ
 χεῖρον ἀκασίας, ἔχομεν γὰρ αἰεσις τῶν κακῶν πλησιάζει τῇ
 σωματικῇ φύσει, διὰ τὸ τοῦ σώματος εἰμαρμένη δύνασθαι.
 15. ἐπεὶ τοίνυν ἢ ἐν ἡμῖν σωματικὴ ἔστι αὐτεξέσις ἐστὶ ὁ πε-
 ρινοη-

15. Εἴπερ τοῖον ἢ ἐν ἡμῖν σωματικὴ ἔστι αὐτεξέσις ἐστὶ ὁ περινοη-
 τικὸς, δ' αἰ] &c. Locus varie corrup-
 tus nobis videtur, neque ullatenus
 sensum genuinum fundere posse si le-
 gatur ut habetur: sicuti Ægyptiorum
 opinionem conferenti patebit. Hunc
 Mercurii sensum ex Jamblichō, Pla-
 tone, Hiërocle aliis (meliori Judicio
 salvo) existimem. Eligendi autem po-
 testatem habemus: eligere enim id quod
 melius est possumus, similiter autem & id
 quod pejus est sponte: (κακῶς) cum enim
 electio versus mala fertur se applicat na-
 turæ corporeæ ob id in eligentem domina-
 tur Fatum. Quoniam autem in ea quæ

ρησιματικὸς λόγος, αὕτη δ' αἰεὶ κατὰ ταῦτα καὶ ὡσαύτως ἔχει, διὰ τὸτο εἰμαρδίνῃ τέτῳ ἔχ' ἀπλείται, παρὰθεῖσα δὲ τὸν πρῶτον ἀπὸ τοῦ πρώτου θεοῦ, διαλογητικὸν λόγον πρόησι, καὶ ὅλον τὸν λόγον ἐν συνέταξε φύσει τοῖς γιγνομένοις, τέτοις ψυχῇ κοινωνήσασα κοινωνεῖται ταῖς τέτων εἰμαρδύσιν, ἀμέτοχος ὧσα καὶ γιγνομένων φύσεως. Quæ ita quoad sensum dedit Canterus: *Ut autem vel melius ac pejus eligamus in nobis est. Cum quidem mala sectamur, cum natura CORPOREA conjungimur, ideoque FATUM SUMUS OBNOXII. Mentis autem RATIO semper in eodem manet, ideoque FATUM NON SENTIT. Anima quidem cum NASCENTIBUS conjuncta FATIS QUOQUE IPSORUM TENETUR. Plato in Timæo. Αἱ δὲ ψυχαὶ κατ' ὅσας μὲν ὑπερφύει καὶ ὑπερχόσμου, καὶ εἰμαρμένως ἐπέκταται. Animæ vero secundum essentiam quidem SUPRA naturam; & mundum & FATUM sunt. Ita Fatum 16. secundum Ægyptios mutabile esse docet Nemefius de Natura hominis cap. xxxvi. Adversus sapientes ÆGYPTIORUM, qui dicunt, ait, veram esse sententiam de FATO IN ASTRIS POSITO, sed MUTARI precibus, & procurationibus: esse enim etiam horum ipsorum siderum cultus quosdam qui ea mitigent, aliasque superiores quasdam vires quæ ea possint flectere ideoque preces, & Deorum cultus esse insti-*

nobis est. existentia corporea suæ potestatis est intellectus ratio, hæcque (ἴσως) semper secundum ea & eodem modo se habet, propterea Fatum (εἰμαρμένην) eam non attingit. Si autem proposuerit sibi anima primam quam a summo Deo accepit rationem (sequi) intelligibilem edit, & omnem rationem eam quam natura indidit rebus nascentibus: his cum anima conjuncta fue-

rit, seu se communicaverit Fatorum earumdem particeps fit, quanquam non participet earum naturam.

16. Secundum Ægyptios.] Unde Ptolemæus in Carpo δύναται ὁ ἐπιστήμων πολλὰς ἀποτρέψασθαι ἐνεργείας τῶν ἀστέρων. Potest scientie hujus gnarus multas avertere siderum operationes. Apud Vossium p. 289.

institutos. Neque aliter omnino Fatum concepisse
 17. Pythagoram ex Aureis videre est: ubi docet
 animum *purgatione* a Fati *malis* liberari posse: cum
 ipsi Divina sit origo vers. LXVI. & seq.

Ἐξαέσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
 Ἀλλ' εἰγὼ βρωτῶν, ὧν εἴπομεν, ἔν τε καὶ θάμβοις,
 Ἐν τε λύσει ψυχῆς κρίνων.

PURGATUMQUE ANIMUM DAMNIS SERVABIS AB
 ISTIS.

*Sperne cibos cantus, veluti PURGAMINA monstrans,
 Atque animum SOLVENS dixi.*

Scilicet & infra Lunam mentis *Probaeresi* locus
 aque ac *Fato* est, nec se mutuo hæc duo exturbant:
 Anonymus de vita Pythag. apud Photium Num.
 XI. Τὰ δὲ μετὰ τὴν σελήνην τέταρτον αἰτίας. κατὰ θεόν,
 καὶ ἱμαρμένην, κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν, κατὰ τύχην.
Sed quae infra Lunam sunt, ea a quatuor causis regi
 L11 (ajunt):

17. Pythagoram.] Pythagoras vide- *Heresibus* cap. xxxv. Quod tamen
 licet Plato, Aegyptii & Chaldaei in ar-
 ticulo de *Fato* consensisse omnino mi-
 hi videntur. Neque haftenus in ea
 loca incidi quæ *Fatum* quodpiam *Chal-*
daicum necessario inferant quod om-
 nem auferat arbitrii libertatem, & quæ-
 cunque absolute necessario & inevitabiliter
 fieri jubet, videatur Vossius de Idol.
 lib. II. cap. XLVIII. p. 287, 288. Quod
 genus Fati inter alios asseruerit Barde-
 sanes Chaldaeus, seu ut aliis dicitur Sy-
 rus: Hanc sententiam amplexus quoque
 ait vir eruditissimus loc. cit. *Bardehanes*
Syrus; ut est apud Augustinum lib. de *passi* cum *vult* servire.

(ajunt): Deo, FATO, NOSTRO CONSILIO, & Fortunâ. Quam eandem sententiam & Chaldaeos tenuisse Oracula significant: dum Animas, quæ Patris opera conceperunt, *Fatum fugere* doceant verli. 229. & 230.

Διὸ καὶ νοήσαντες τὰ ἔργα τοῦ Πατρὸς
Μοίρης εἰμαρμένης τὸ πλεονὸν φεύγαν ἀδανείας.

*Ideoque concipientes opera Patris
Parcae Fatalis alam impudentem fugiunt.*

Et *Fatum adaugeri* seu aggravari sibi a mente posse perhibeant: ut innuit versus 254.

Μὴ οὐδ' ἀυξάνει τῇ εἰμαρμένῃ.

Ne tu AUGE Fatum.

§ XXI. Atque eas quas cum *mentibus* communicarunt Planetæ habitudines & qualitates in *conceptione & nativitate* confirmare eosdem, *corpore* inferere ajunt: & quidem ita ut isti Planetæ qui isthoc tempore ex coeli dispositione prævaluerint suas affectiones præprimis imprimant: non enim iisdem eandem semper vim esse; sed in quibusdam 18. Zodiaci signis efficaciores, in aliis minus valere existimabant: in domo scili-

18. Zodiaci signis efficaciores.] Scilicet adjuvant fixæ; vis tamen principalis in Planetis residet sine his enim illas nihil fere valere fert opinio: unde feminis assimilantur quæ per se steriles a Planetis gravidæ reddantur.

Vossius de Idolol. lib. II. cap. XLVII. p. 284. Imo ne minores quidem ex fixis effectum carent si cum Planetis copulentur: nimirum stellæ omnes fixæ sunt instar FEMINARUM, quæ STERILES per se gravidæ fiunt si jungantur Planetis, &c.

scilicet propria, exaltatione &c. constitutos tempore nativitatis maxime vires suas exserere, si in exilio & depressione contra. Videantur Stanlejus Histor. Phil. Orient. lib. i. sect. ii. cap. xx. Wendelinus contemplat. Phys. sect. iii. cap. xxviii. Mars. Ficinus commentar. in Plat. conviv. orat. vi. cap. iv. *Munera largiantur. Horum sunt præcipua SEPTEM Contemplationis acumen, Gubernandi potestas, Animositas, Claritas sensuum, Amoris ardor, Interpretandi subtilitas, Foecunditas generandi. Horum vim Deus primo in se continet: deinde SEPTEM DIIS QUI PLANETAS SEPTEM MOVENT, horum potentiam tribuit, &c. Hinc itaque fit ut PLANETARUM ANIMÆ nostris animis, CORPORA VERO CORPORIBUS nostris SEPTEM ILLORUM MUNERUM VIRES A DEO DATAS STATIM AB INITIO ATQUE ASSIDUE CONFIRMANT ET ROBORENT. — Horum facultatem licet hominibus cunctis impertiant: illis tamen præcipue in quorum CONCEPTIONE ET ORTU EX COELI DISPOSITIONE POSSUNT PLURIMUM. Atque id est quod a Chaldæis inter alia didicit Pythagoras: hi enim, auctore Apulejo, sideralem scientiam NUMINUM VAGANTHUM STATUS, AMBITUS, UTRORUMQUE VARIOS EFFECTUS IN GENITURIS HOMINUM ostendere. Vid. supra pag. 16.*

titivitate
confirma-
ri, &
corpori
aptam ad
eas dispo-
sitionem
inseri.

Qualem
vitæ spe-
ciem po-
tissimum
sibi con-
traxerit
& duxerit
Ani-
ma ante-
quam in
corpus

§ XXII. Et ita Animæ Saturniæ Joviales, Martiæ &c. cum crasso corpore copulari concipiuntur quando hi Planetæ dominium tenent. Voßius de Idolol. lib. ii. cap. xlvii. *Præterea multorum ajunt (Chaldæi) seculorum experientia esse observatum homines genus VITÆ amare prout PLANETÆ IN ORTU ILLUXERINT. Nam pro constitutione eo-*

LIB.

III.

CAP. II.

crassum
devenit,
talem vi-
tam max-
i ne agere
eandem
in corpore
humano :
hinc cor-
pus isti
aptum in
genera-
tione com-
parari,
atque a-
deo cum
dominium
tenent
Planetae,
qui vitæ
electæ
qualita-
tes indi-
dere, A-
nimam
cum cor-
pore co-
pulari.
Eosdem-
que Pla-
netas
qualitates
impressas
ulterius
per vitam
confirma-
re.

450 DE PALINGENESIA VETERUM,

*rum diversum esse temperamentum : pro tempera-
mento variare propensionem animi, & mores, pro
his quoque fortunam sequi : quique* LUNAREM SCR-
TIRENTUR *naturam amare* NAVIGATIONEM ac PISCA-
TURAM : *Si qui a* MERCURIO *adferuntur ingeniosis*
ARTIBUS *uti & mercatura gaudere. Quos VENUS*
aspexit AMORIBUS canticis, ac similibus delectari
&c. Quamcunque enim naturam, vitamque po-
tissimum sibi contraxerit, duxeritque Anima prius-
quam in vas humanum deveniret, corpus isthuc
conveniens (nonnisi ope & beneficio talis Planetæ
procurandum) in genitura accipit : quemadmo-
dum secundum illam in vitâ terrestri fertur maxime
atque hinc varia hominum ingenia. Jamblichus
de Mysteriis sect. i. cap. ix. Ἐπὶ μὲν ἐν τῶν ἐν μέρει,
λέγω δὲ τὴν κατὰ μέγεθος ψυχῆς συγχωρεῖν δὲ τὸ τοῖστον.
οἷον ὃ πρὸ βάλει βίον ἢ ψυχὴ πρὶν ἐκ εἰς ἀνθρώπινον σῶμα ἵσ-
τα κρῖναι, ἐκ οἷον εἶδὲ πρὸ χειρὸν ἐποίησατο, τοῖστον ὃ ὀρ-
γανικὸν σῶμα ἔχει πρὸς ἑαυτὴν συντηρητικόν, ἐκ φύσιν παρ-
πλησίαν συνακολουθεῖσαν, ἥτις ὑποδέχεται αὐτῆς τελειότεραν
ζωὴν. *Hoc igitur oportet admittere de particula-
ribus scilicet animabus. QUALEM ENIM VITAM A-
NIMA ACCEPERAT PRIUSQUAM CORPOPI HUMANO*
ADDICEBATUR, *QUALEMQUE SPECIEM IN ACTU E-*
DUXERAT, *TALE ETIAM ORGANICUM CORPUS ha-*
bet sibi adaptatum, *talemque consequentem sibi*
NATURAM, *quæ ab ea perfectiorem vitam exci-*
pit. Ita ut si Joviam olim vitam duxerit, im-
periosam nunc sectetur vulgo vide § XVIII. Si
affectibus irrationalibus deditam penitus, bruto-
rum & in morem hisce in oris in concupiscentiarum

luto

luto volutetur unice vide ibid. 19. Atque idem quisque Planeta qualitates hoc modo impressas ulterius per vitam hominis & in corpus & in animam irrationalem influendo quantum possit confirmat : *Quin etiam hominum SUB SIGNIS MEIS NATORUM* (dicebat Hermes) *VITAM semper TUEBOR : signa namque mihi quaedam pater opifex attribuit eaque prudentiae, mentisque plena, praesertim cum stellarum ipsis impostarum motus cum naturali cujusque functione congruerit.* Vid. & Ficin. § praecedenti.

§ XXIII. Interim & signa nonnulla atque indicia corporibus ab Diis illis ignitis impressa esse volunt, ex quibus de *Animorum* propensionibus attendenti accurate concludi possit : corporum videlicet partes nonnullas vulgo ita dispositas esse ut hujus vel illius *Planetae praedominantis* artificium dignosci queat. Videatur Wendelinus contemplat. Phys. sect. III. cap. XXVII. § IV. & Marci Otho-

LII 3

Ex signaturis corporis de mentis inclinationibus praedominantibus concludi posse : atque adeo quam nris ante quam cor-

19. Atque idem quisque Planeta qualitates &c. confirmat.] Inde & septem finxerunt Animae facultates, pro Planetarum numero, quibus singulis singuli Planetae praesent, in eas influentes continuo, & easdem gubernantes. Vossius de Idol. lib. II. cap. XLVII. Porro Chaldaei sive Astrologi, uti & Peripatetici distinguere a sensitiva proprie sic dicta, hoc est a quinque sensibus externis, & phantasia, aliisque internis, facultatem appetitivam : illamque distribuere in irascibilem, & concupiscibilem : rationalem autem dispecebant in specularicem, & activam. Ita SEPTEM erunt ANIMAE HUMANE FACULTATES PRO NUMERO SIDERUM, quae SUB STELLIS SUNT FIXIS. Solis Lunae, & quinque Erronum ; sive (sole, Lunaque erronum numero comprehensis) septem erronum malis dicere. Unum igitur ex sideribus septem erraticis septenis praefecere animae facultatibus : idque hoc pacto. Rationale contemplativum, secundum eos gubernat Saturnus ; rationale activum Jupiter : appetitui irascibili praest Mars ; sensibus quinque externis, & phantasia, sive imaginativa, Sol ; appetitui concupiscibili praefecta Venus ; vocali, sive sermocinativae virtuti Mercurius : infimus Planetarum Luna, uti dictum, vim est adepta vegetativam, sive seminatricem.

CAP. II. nis Anthroposopia. Atque ita ex 20. corporis
 pore bu- *signaturis* &c. de moribus & inclinationibus do-
 mano in- *dominantibus* menti infitis certior redditus vir sapiens,
 duceretur *etiam quodnam* vitæ genus potissimum secutus fue-
 Anima *rit animus antequam* crasso induebatur corpore ape-
 potissi- *rire poterat.* Et hac ratione Pythagoras discipulis
 mum in *priorem vitam,* quam olim duxerant, significavit.
 Planetis *Porphyrus de vita Pythagoræ Num. xxvi. Πολλὰ*
 duxerit *δὲ τῶν ἐντυγχανόντων ἀνεμίμησθε τῷ προτέρῳ βίῃ, ὃν αὐτῶν*
 vitam sa- *ἢ ψυχὴν πρὸ τῆς τῷδε τῷ σώματι ἐνδεσθῆναι πάλαι ποτὶ ἐβίωσθε.*
 pierem: *Multis quoque qui eum accedebant in memoriam re-*
 posse: Uti *vocavit priorem vitam, quam anima ipsorum,*
 solitus e- *antequam isti corpori illigaretur olim vixe-*
 rat Py- *rat.* Et Jamblichus de vita Pythag. Num. lxiij.
 thagoras. *Ἀλλὰ μὲν ὅτε τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελείας ἀρχὴν ἐποιεῖτο τὴν*
ἀρίστην, ἥνπερ ἔδει προειληφέναι τὰς μέλλοντας ἔχει περὶ τῶν
ἄλλων τὰ ἀληθῆ μαθήσεσθαι. ἐναργέστατα γὰρ ἔχει σαφὲς ἀνε-
μίμησθε τῶν ἐντυγχανόντων πολλὰς τῷ προτέρῳ βίῃ, ὃν
αὐτῶν ἢ ψυχὴν πρὸ τῆς τῷδε τῷ σώματι ἐνδεσθῆναι, πάλαι
ποτὶ ἐβίωσθε. Verum enim vero cum hominibus agendi
initium fecit optimum, dum ea primum illos do-
cuit, quæ præpararent animos ad veritatem etiam
in aliis rebus cognoscendam. Nam multos ex illis,
qui ejus utebantur familiaritate perspicue clarisque
indiciis admonebat prioris vitæ, quam anima
ipsorum, antequam isti alligata esset cor-
pore, jam olim peregerat. Quæ hunc in mo-
dum

20. Corporis signaturis &c.] de moribus, & inclinationibus dominantibus menti infitis &c. Nota Socratis historiola est: qui cum eum vitiis pluribus de- ditum, & mulierosum ex arte Physio- gnomica pronunciaffet Zopyrus, hinc- que hic risu & sannis exciperetur non errat dixisse fertur hujusmodi anim natura esse, nisi naturam philosophia superasset. Cic. Tusculan. ii.

dum explico. Pythagoras nullum in suam disciplinam interioriorem admittere solitus erat nisi prius genii ac habituum illius exploratione facta; cognitis autem, quæ inhærebant, malis ea philosophaturo indicabat, ut hic sui redderetur conscius, quidque in se purgandum esset videret: cui rei quos animadvertibat pronos, & aptos in familiam adscisciebat, quos reluctantes, & ineptos arcebat. Hinc ex signis *Physiognomicis*, variis corporis signaturis & motibus, totiusque compositi inclinationibus, & operationibus circa hoc illudque obiectum, omnem animæ habitum, omnes hujus affectiones colligebat: deindeque quinam in iis prædominarentur affectus, quinam hinc in iis prævaluissent *Planetae*, quas plurimum in descensu hausissent impressiones, quamque inde potissimum egissent *vitam* vel vitas vide supra pag. 397. significabat: adeoque vitæ *prioris* seu anteactæ admo-
nebat: cujus affectiones *ratione* & *ope Divina* debellandas, ut ad vitam redire Divinam daretur, sua institutione monstrabat. Gellium audiamus Noct. Attic. lib. I. cap. IX. *Ordo atque ratio Pythagoræ, ac deinceps familiæ successionis ejus recipiendi, instituendique DISCIPULOS hujusmodi fuisse traditur. Jam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant ἐπονομήθησαν. Id verbum significat* MORES NATURASQUE HOMINUM CONJECTATIONE QUADAM DE ORIS ET VULTUS INGENIO, DEQUE TOTIUS CORPORIS FILO ATQUE HABITU SCISCITARI. *Eum qui exploratus ab eo, idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat, & tempus certum tacere; non omnes idem, sed aliud aliis*
tem-

CAP. II. *tempus pro aestimato captu sollertiae.* Videndus
& Jamblichus est lib. cit. Num. LXXI. LXXIV. &
XCIV.

Conclusio.

§ XXIV. Vidimus itaque I. Mentis puras omnino a Deo productas in stellas fixas, regiones undique lucidas & beatas transmissas. II. Rerum omnium rationibus & ideis ut earum pernoscerent naturam donatas. III. Corpore æthereo ut de loco in locum ferri apteque lucida illa prata incolere possent vestitas. IV. Quod in se quidem purum sit & simplex, ita tamen constitutum ut crassioris materiae affectiones ei agglutinari possent. V. Neque possibiles mali causas mentes latuisse. VI. Viribus præditas easdem ea præstandi quæ perpetuas redderent locorum beatorum incolas. VII. Conditione tamen mutabiles. VIII. Propriis hinc consiliis & culpâ istis sedibus exturbandas, & in mortaliū oras relegandas. IX. Septem inde Planetarum sphaeras transiuras. X. Vehicula nova induturas quæ Erronum affectiones in se non malas quidem; sed quæ in mixtione materiali, aliisve recipientium Vitiis in tales degenerare possent. XI. Alteram ex sphaeris Animam contracturas. XII. Varias jam antequam crassum indutum corpus fuerit vitas actas. XIII. Imo & quandoque Brutorum similitudinem contractam. XIV. Libere tamen huic istive vitæ speciei præ aliis consuevisse Animas, atque eam ut magis propriam elegisse, seu sibi contraxisse. XV. Cujus inde qualitates, vires, fortesque erant recipiendæ, & subeundæ. XVI. Atque adeo Fati ferenda vincula; quæ tamen libertatem non auferant: imo proprie in Anima

ma irrationali resideant, & adjuvante Numine solubilia sint. XVII. Qualitates in descensu communicatas in conceptione, nativitate & per omnem vitam quantum possit corroborare Planetarum quemque. XVIII. Quam egerint potissimum in sphaeris vitam vel Joviam, vel Veneream, vel Brutam juxta eandem in terris ferri maxime. XIX. Ex corporum signaturis animorum dignosci inclinationes prædominantes, sicque hujus, illiusque Numinis errantis impressiones: atque adeo quas prius duxerint vitas sapientem explicari posse. Et hæc quidem sunt quæ de *Animæ*, *antequam cum corpore crasso conjuncta fuerit*, *conditione naturalis*: atque *ea* quam in *descensu contraxit*, secundum quam in hac vita sese habeat, & feratur vulgo, Philosophantur *Palingenesiæ* nostræ patroni: quæque notanda erant ut status *terrestriis immutandus* rite capi posset. Ad quem nos accingimus.

C A P U T III.

De Animâ cum corpore humano CONJUNCTA.

§ I. **A** Nima igitur postquam in generationem descenderit, atque terreum subierit corpus (quod per suam naturam *ἄνθρωπον mortale homini instrumenti loco ad vitam in terris agendam datum* est definiente Hiërocle in carm. Pyth. p. 180, 181.) dona quæ a Diis minoribus accepit, secumque at-

Dona cum Animâ a Planetis communicata, postquam ea in generationem,

M m m

tu-

LIB.
III.
CAP.
III.

quæ ipsi
status
præterna-
turalis
sit, def-
cenderit
in pejor
degene-
rare.

456 DE PALINGENESIA VETERUM,

tulit, ob *materiae ineptitudinem* degenerant penitus, & *vitiorum* materiam præbent, vid. § XVII. cap. præcedentis. Scilicet *Pandoræ* dona in Ter-
ris in actum deducta cuncta malis replent: vid. Hesiod. opera & Dies. *Descensus enim animam conjunxit generationi & naturæ, materialibusque rebus a quibus oblivione & errore & ignorantia est imbuta: & vitæ multiformes & vestes variae ex mundo adnatæ trahunt ipsam in compositionem caducam, & obstant contemplationi separatorum* ex Proclo § XIII. audivimus. Maro *Æneid.* VI. vers. 730. & seq.

*Ignæus est ollis vigor, & coelestis origo
Seminibus: quantum non noxia corpora tardant,
Terrenique hebetant artus, moribundaque membra.
Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque
nec AURAS
RESPICIUNT clausæ tenebris, & carcere caeco.*

Mens scilicet in *generatione* in statu se habet præ-
ternaturali, similis iis qui pestiferam habitant re-
gionem, indeque languent vulgo, plurimis ob-
noxia passionibus & perturbationibus: imo in ipso
Circes diversorio hospitatur, vitamque hinc *porco-
rum* non raro, *luporum* nonnunquam, aliorum-
que alias *brutorum* edit. Non enim naturale est,
Proclum audis in Alcibiad. Plat. I. in excerptis
Ficini p. 32. *animis una cum corporibus vitam
degere, & in generatione versari. Sed contra se-
parata immaterialis, incorporea vita potius est a-
nimis consentanea. Quando igitur in GENERATIONE*

ver-

versantur similes sunt hominibus pestilentem habitantibus regionem. Quando vero extra generationem vivunt, ut Plato, inquit, similes sunt prae coeulentibus. Quemadmodum igitur non est mirandum inter eos qui pestifera loca incolunt languere quam plurimos, paucissimos vero naturalem valetudinem conservare, sic & animas in generatione positas plurimas quidem obnoxias passionibus, atque pravas esse mirari non debes. Contra vero stupendum foret, si animae ejusmodi corporibus involutae; his nodis adstrictae, tanta circumfusae mutatione aliquando sobriae, purae, imperturbatae reperiantur: nonne stupendum est animam immaterialiter in rebus materialibus vivere, & in caducis incontaminatam se alicubi conservare? Atque cum jam ejusmodi pocula biberit, non esse his pharmacis consopitam. Re enim vera oblivio, error, inscitia pharmaco cuiquam similis est in locum dissimilitudinis animas deflectenti. Quidnam igitur admiraris, multos quidem secundum vitam esse lupos, multos vero porcos, plurimos autem alia quadam bruti speciei circumfusus: cum terrenus locus circæ ipsius sit diversorium. Animaeque multae ob immoderatam concupiscentiam venenosis inescatae sint poculis. Illud autem, illud potius admirare, si qui inter mortales usquam reperiantur ejusmodi potionibus non permulcti, non etiam irretiti.

§ II. Duplex videlicet ex duplici principio animae inest vita: altera irrationalis ex proprietatibus & affectionibus Planetarum orta, quae in consuetudine cum corpore sensus & affectus sequi-

Duplicem
menti ex
duplici
principio
in gene-
ratione

LIT.
III.
CAP.
III.

inesse vi-
tam, divi-
nam seu
rationa-
lem &
irrational-
lem : qua-
rum prior
sopore
obruta ja-
ceat, imo
continuo
amplius
ab irra-
tionali
oppugne-
tur, ut
restituti-
onem vi-
tamque
divinam
neuti-
quam per
se servare
possit
homo.

458 DE PALINGENESIA VETERUM

tur : altera *rationalis*, seu Divina ex intelligibili ducta, a perturbationibus per se libera, res separatas seu intellectuales & Divinas contemplari, & sequi apta nata : quæ tamen ex altera sopore quasi obruta jacet. Maximus Tyrius Sermone xxviii. *Corpus natura gressibile est, animus rationalis : & si immortalis ; quod certe inficiari nemo potest, huic omnino & necesse est intellectiones ac scientias rerum ex æternitate inesse. Sed DUPLICEM (ut arbitror) VITAM animo habente : altera scilicet PURA AC CLARISSIMA, ET A NULLIS CALAMITATIBUS TENTATA : altera TURBULENTA, CONCITATA AC DIVERSIS FORTUNÆ CASIBUS IMPLICITA. Ex ultima hac animus ambiguitatis tenebris perfunditur : perindeque ejus mens, ut temulentorum est morbus, IN TORPOREM INDUCITUR. His videlicet morbis impudentissima (ut ita dixerim) ingurgitatione ægrotat animus, proximeque ad insaniam accedit. Videatur & Jamblichus de Mysteriis Sect. III. cap. III. Pars enim irrationalis ex Planetis subnata, cui horum affectiones insitæ, eorundem motus & influxus recipit continuo, iisque ducitur : dum Fato subsit, vid. § xx. xxi. xxii. præced. cap. atque adeo sibi relicta a rerum Divinarum contemplatione abstrahit, & ὥσπερ πει μολυβδίσων ὑποφέρει πρὸς κακίαν, tanquam laminis quibusdam plumbeis ad vitia deorsum rapit, ut Hierocles in aur. carm. p 77. Imo parti rationali bellum movet perpetuo, & quovis eam conamine subjugare nititur. Porphyrius de abstinence lib. I. § xxxi. Διασθεωτέον δὲ τὰ κατὰ τὸν νῦν, εἰρήνην αὐτῷ καὶ ἡσυχίαν ἐκ τῆς τ' ἀλογίας πολέμου παρὰ-κενά-*

καυλίζοντας. *Mens etiam exacte fingenda est, eique pacem & quietem a PUGNIS PARTES RATIONIS III. EXPERTIS liberam conciliare oportet. Hæc Titani- num in Bacchum molimina. Plutarchus de carn. esu orat. i. in fin. τὰ γὰρ δὴ περὶ τὸν Διόνυσον μεμυ- θυμένα πάῃ τῷ διαμελισμῷ, καὶ τὰ Τιτάων ἐπ' αὐτὸν πολήματα, γευσσάμενων τε τῷ φόνῳ κολάσεις τε τῶν καὶ κεραυνώσεως, ἀπηγμένῃ ἐστὶ μῦθος εἰς τὴν παλιγγενεσίαν. τὸ γὰρ ὅτι ἡμῖν ἄλογον, καὶ ἀτακτον καὶ βίαιον, ὃ θεῖον ἀλλὰ δαιμονικὸν οἱ παλαιοὶ Τιτάνας ὠνόμασαν, καὶ τῆτο ἐστὶ κολαζο- μένης, καὶ δίκην δίδοντας. Quæ enim fabulæ feruntur de BACCHO membratim discerpto, & quæ adver- sus eum conati sint TITANES, utque gustaverint caesi cadaver, punitique, & fulminibus icti perie- rint: sermo est qui ad NOVOS REFERTUR NATAL- LES, secundumque ortum. BRUTAM enim in nobis animæ facultatem, incompōsitam eam, & violen- tam, non Divinam, sed a genio profectam veteres TITANAS appellaverunt: eaque est quæ dat pæ- nas. Atque quidem adeo ex tam pugnantis prin- cipiis homo compositus est, ut divinam & immacu- latam innocentiam per se servare nequeat. Por- phyrius de abstinentia lib. III. § XXVII. Εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐνέπυθεν γε τὸ τ' φύσεως ἡμῶν ἐλάττωμα, ἐνέπυθεν τὸ θνητὸν πρὸς τῇ παλαιῶν, ὡς τοίων ἐκτ' ἐρίδων ἕκτε νε- κέων γενόμεθα, ὅτι τὸ θεῖον καὶ ἀκήρατον καὶ ἐν πᾶσιν ἀβλα- βὲς σώζειν ὃ δύναμεθα. Quod si fieri non potest, sal- tem quod factum est a veteribus, naturæ nostræ defectum lugeamus, quod ex tam DISCORDIBUS ET PUGNANTIBUS INTER SE PRINCIPIIS FACTI SUMUS, UT DIVINAM SINCERAM ET INTEGRAM INNOCEN- TIAM TUERI NEQUEAMUS.*

LIB.
III.
CAP.
III.

Partis
irrationalis
violentiam
tantam esse
ut nonnisi
auxilio
divino
superari
possit.

460 DE PALINGENESIA VETERUM,

§. III. Quæ quidem partis *irrationalis*, naturæque *violentia* tantum valeat, ut nonnisi ope *Divina* superari possit: ut Titanes *Jovis* dextra pereunt. Scilicet sicut Αἱ δ' ἀπ' αὐτῶν, (θεῶν) ἔσχαται φύσεις κατήκισαι καὶ συμπλεκόμεναι τῇ γενέσει τῆ κοσμοῦ καὶ τῷ σώματι, τὴν ἐμαρμένην ἐπέβλεψαν. *Potentiae a Diis derivatae ultimae, quae emanant, & implicantur generationi, & corpori*, FATUM PERFICIUNT: ut ait Jamblichus de Mysteriis sect. viii. cap. vii. Ita Οἱ μὲν θεοὶ λύσει τὴν ἐμαρμένην. *Dii Fatum SOLVUNT*. Pars ergo rationalis nonnisi Dæmone adjuncta hosticæ impressioni *fortiter resistit*, eamque tandem (quanquam πολὺς ἀγὼν πολὺς δὲ πόνος, *certamen ingens, hoc opus, hic labor est*, Porphy. de abst. lib. i. § xxxv.) retundit penitus. Maximus Tyrius Sermone xxviii. *Robustus vero Animus PROBUM DÆMONEM SORTITUS etiam hic AFFECTIONUM TUMULTUI RESISTIT: seque quoad propriae se ferunt vires a consuetudine corporis abducit*. Pythagoras in aureis vers. LXI. & LXII.

Ζεῦ πάτερ, ἡ πολλῶν γε κακῶν λύσεις ἅπαντας
Ἡ πᾶσιν δείξαις οἷον τῷ δαίμονι χρῶνται.

Jupiter alme, malis jubeas vel solvier omnes:
Omnibus UTANTUR VEL QUONAM DÆMONE MON-
STRA.

Vide quæ supra pag. 86. ex Tyrio allata sunt. Quam partis irrationalis domationem difficilem Mythologi veteres per Herculis cum Antæo pugnam significarunt. Eruditus apud Piërium Hiëro-glyph. lib. i. p. m. 568. *Herculis Antæum in-*
teri-

terimentis simulacrum in multis antiquis numismatibus cernitur; quod quid significet nunc explicabimus. Hercules ANIMÆ RATIONIS PARTICIPIS, spiritusque symbolum est: Antaeus vero corporis. Herculis pectus sapientiae sedes, atque prudentiae: quibus perpetua est CUM APPETITU AC VOLUPTATIBUS PUGNA: semper enim appetitus rationi obfistit, nec potest ratio superare, nisi corpus ita in altum & procul ab terrenarum rerum intuitu extulerit, ut pedes, hoc est affectus, nullum amplius fomentum a tellure accipiant: imo cupiditates & affectus qui terrae sunt filii, prorsus interficiat, &c. videatur & Fulgentii Mytholog. lib. II. p. m.

184. Atque ita Animus διὰ τὴν πολέωσιν θεῶν λύειν εαυτὸν OPE DEORUM CIRCUMCURRENTIUM seipsum a Fato liberare potest. Jamblichus de Myst. sect. VIII. cap. VIII. Pars enim Animæ potior naturā suā supra Fatum, & hujus jugum, ita favente Numine, a cervicibus dejicere potest. Vid. § xx. cap. preced. & Jamblichum sect. VIII. cap. VII. Et hoc Deorum ad debellandum malum adjutorium necessarium cultus eorum principium, & ratio haud postrema est. Idem Jamblichus loc. citat. Βιότας ἀεὶ τοῖς θεοῖς ἀγιστεῖαν πᾶσαν προσάγουμεν, ὅπως αὐτοὶ μόνοι διὰ πειθῆς νοεῖας τὴν ἀνάγκης ἀρχόντες τὰ ἀπὸ τῆς εἰμαρ-

I. Jamblichum sect. VIII. cap. VII.] omnia que sunt in natura alligantur Fato, sed est & aliud principium animæ nature omni & generatione præstantius, per quod possumus Diis uniri, & ordinem mundanum supergredi, vitam æternam mundanumque coelestem operationes participare, & per hoc possumus nos ipsi a Fato liberare.

εἰμαρμένης ἀποκαίρῳ καὶ ἀπολύωσιν. Merito igitur
Deos omni sanctimonia COLIMUS ut ipsi quidem soli
per intellectualem suadelam DOMINANTES NECESSI-
TATI, MALA nobis a FATO impendentia SOLVANT.

Planetæ
pro sep-
tem vitæ
terrestres
periodis
varie vi-
res suas
exserere.

§ IV. Uti jam Planetæ singuli successive suas
affectiones menti descendenti, hominique nascenti
communicant, easdemque in vitæ humanæ cursu
pro viribus, præprimis dominii tempore, confir-
mant, vid. cap. præced. § XIII. XVII. XXI. & XXII.
sic etiam potissimum pro variis ætatis hominum
periodis vim suam varie exserunt, atque influxum,
& ductum suum sequi partem animæ irrationalem,
corpusque compellunt. Et ut septem numero ha-
bentur septem quoque vitæ humanæ periodi, æta-
tes septem se invicem excipientes concipiuntur:
in quarum qualibet Erronum aliquis suo ordine præ-
cipue dominetur, influxum suum inferat, eamque
gubernet: ut homo isthac periodo hunc hujus Pla-
netæ ductum præcipue vulgo sequatur. Proclus in
Alcibiad. Plat. I. *Ætatum ordo sequitur ordinem
universi. PRIMA quidem ætas LUNAREM sequitur
potestatem. Tunc enim secundum NUTRITIVAM, VE-
GETALEMQUE vivimus facultatem. SECUNDA MER-
CURIALEM quando LITERARUM, CITHARÆQUE &
LUCTÆ similiumque ludorum studium exercemus.
TERTIA VENEREAM quando turgent membra SEMI-
NIBUS, & ad GENITURAM protinus incitamus. QUAR-
TA SOLAREM, tunc enim regnat VIGOR, ætatisque
perfectio properat, ætasque media. QUINTA
MARTIAM in qua POTENTIAS & VICTORIAS affec-
tamus. SEXTA JOVIAM quæ PRUDENTIAM & vi-
tam ACTIVAM, CIVILEMQUE desiderat. SEPTIMA*

SA-

SATURNIAM, in qua naturae consentaneum est a generatione desistere, seque a CORPORIS SEGREGARE.

Et ad alteram INCORPOREAMQUE VITAM SE TRANSFERRE. Quas periodos septennio nonnulli circumscribunt. Julius Pollux in onomastico lib. II. cap.

I. SEPTEN SUNT ÆTATES (ἡλικίαι) secundum Hippocratem. Prima ab anno primo ad septimum. Secunda a septimo ad decimumquartum annum. Tertia a decimoquarto usque vicesimum primum. Quarta a vicesimo primo usque ad vicesimum octavum. Quinta a vicesimo octavo ad tricesimum quintum. Sexta a tricesimo quinto ad quadragesimum secundum. Septima a quadragesimo secundo ad quadragesimum nonum. Prima quidem puerulus, secunda puer, tertia adolescens, quarta juvenis, quinta vir, sexta senex, septima decrepitus (πρεσβύτης) dicitur. Quanquam alii aliter terminos figant. Ita varias ætates ex ordine Fatorum secundum Pythagoram agendas memorat Anonymus de Vita Pythag. apud Photium cod. CCLIX. Τὸ ἐκ τῆς παιδὸς αἰτ, εἰς μαιράκιον ἐλθεῖν, καὶ τὰς κατ' ἐξῆς ἡλικίας ὁικείως διελθεῖν, τὸ τοῦ ἐνὸς πτόπτε ἢ εἰμαγμένης. E PUERO JUVENEM evadere, Et RELIQUAS DEINDE ÆTATES ordine transire, id uno FATI modo accidit.

§ V. In quibus variis vitæ periodis si habitudines, & influxiones *irracionales* Planetarum plene sequatur Anima, iisque se totam duci permittat, varias *Brutorum* vitas agere dicitur, id est vitæ brutæ *similitudines* exhibere. Arrianum audiamus in Epictetum lib. II. cap. IX. Εὐθύς ἐν τῷ λογικῷ τίνων χωρίζομεθα; τῶν θηρίων; καὶ τίνων ἄλλων; τῶν προβάτων, καὶ τῶν ὁμοίων. ὅρα ἐν μὴ τι πῶς ὡς θηρίον ποιήσης. εἰ δὲ

In his vitæ periodis Animas nonnullam *Brutorum* vitas evadere.

δὲ μὴ ἀπώλεσας τὸν ἀνθρώπον, ἐκ ἐπλήρωσας τὴν ἐπαγγελίαν. ὅρα μὴ τι ὡς πρόβατον. εἰ δὲ μὴ καὶ ἕως ἀλώμετο ὁ ἀνθρώπος. τίνα ἐν ποιῶμεν ὡς πρόβατα; ὅταν τ' γαστρός ἐνεκα, ὅταν τ' αἰδοίων, ὅταν εἰκῇ, ὅταν ὑπαγῶς, ὅταν ἀπεπιστρέψῃς. πῶς ἀπεκλίνωμεν; ἐπὶ τὰ πρόβατα. τί ἀπώλεσαμεν; τὸ λογικόν. ὅταν μαχίμως, καὶ βλαβεράς, καὶ θυμικῶς, καὶ ὤτικῶς, πῶς ἀπεκλίνωμεν; ἐπὶ τὰ θηρία. λοιπὸν, οἱ μὲν ἡμῶν μεγάλα θηρία εἰσὶν, οἱ δὲ θηρίδια κακοήγη καὶ μικρά, ἀφ' ὧν ἔστιν ἐπιβῆναι, λέων μὲν καὶ φαγέτω. διὰ πάντων δὲ τύτῳ ἀπόλλυται ἢ τῷ ἀνθρώπῳ ἐπαγγελία.

Fam rationis usu a quibus separamur? a feris. A quibus praeterea? Ab ovibus & aliis ejus generis. Cave igitur ne quid forte INSTAR FERAE facias. Alioqui HOMINEM AMISISTI: non praestitisti officium. Cave quid INSTAR OVIS: alioqui & sic HOMO PERIERIT. Quae igitur agimus MORE OVIS? Cum VENTRIS causa, cum propter INGUINEM, cum TEMERE, cum SORDIDE, cum INCONSIDERATE. Quo declinavimus? Ad OVES. Quid AMISIMUS? RATIONIS usum. Cum PUGNACITER, NOXIE, IRACUNDE, IMPETUOSE, quo declinavimus? Ad FERAS. Jam alii MAGNAE bestiae sumus, alii BESTIOLE malitiosae & parvae: de quibus dici possit, Leo me vel devoret. His autem rebus omnibus PERIT HOMINIS OFFICIUM. Et idem lib. i. cap. iii. Cum duo haec in ortu nostro (ἐν τῇ γενέσει ἡμῶν) permista sint corpus commune cum caeteris animantibus, ratio & mens cum Diis communis, alii quidem ad COGNATIONEM illam inclinant infelicem & miseram, pauci autem ad hanc DIVINAM & beatam. — Ob hanc deflexionem fit ut alii LUPIS SIMILES SIMUS, INFIDI, INSIDIATORES, NOXII: alii LEONIBUS,

AGRES-

AGRESTES, FEROCES, IMMANES. *Plerique autem in VULPECULAS degeneramus, & MONSTRA quaedam vel inter bestias. Quid enim aliud est MALEDICUS, ET SUBDOLUS quam VULPES? aut aliquid aliud abjectius & infelicius? Videte igitur & cavete, ne tale aliquod monstrum evadatis.* Conferantur quæ § II. ex Proclo dedimus.

§ VI. Quemadmodum ergo Anima in vehiculo suo per orbes coelestes descendens 2. alias atque alias vitas, seu vitæ habitudines egit, & sibi contraxit, scilicet *Saturniam* in Saturno, *Joviam* in Jove *Martiam* in Marte &c. imo & quandoque *Brutam*: ita & corpore crasso induta *mores & vitas alterne commutat*: & eam quidem vitam agere dicitur cujus motio prævalet v. c. *brutam*, cum sensus & affectus dominantur penitus; *humanam*, quando superat ratio, ut ex Arriano colligere est. Plotinus Ennead. v. lib. II. *Quando vero insinuat BRUTO (anima) tunc SENTIENDI potestas DOMINATA perduxit* (ὅταν δ' ἐν ἀλόγῳ, ἢ τῷ ἀισθησέσθαι δύναμις κρατήσῃσιν ἤγαγεν.) *At quando ingreditur HOMINEM tunc vel omnino in natura RATIONALI MOTIO PRÆVALET, vel ab intellectu processio quaedam, utpote quæ propriam habet mentem, volun-*

*Mentem
& corpo-
re crasso
indutam
mores, &
vitas
commu-
tare.*

N n n 2

ta-

2. *Alias atque alias vitas seu vitæ habitudines egit & sibi contraxit.* Jam blichus de Mysteriis sect. II. cap. II. *His duobus sic definitis anima sequitur quæ divinorum ordinum fines attingit, & ab his duobus generibus portiones quasdam particulares potentiarum sortitur, & ex seipsa aliis cumalata accessionibus abundat:* *καὶ ἄλλοτε ἄλλα εἶδη καὶ λόγους ἐξ ἐτέ-
ρων ἐτέρας, βίους τε ἄλλους ἄλλοτε προ-
βάλλουσα, καὶ ἐκαστὴν χώραν τῷ κόσμῳ
ποικίλως ζῶσιν καὶ ἰδέσθιν χωριζέμενη. Α-
ΛΙΑΣQUE ex aliis SPECIES; & rationes
diversas ex diversis subinde acquirens, &
MORES ALIOS, PRO DIVERSIS MUNDI
REGIONIBUS VARIIS VITIS, ET IDEIS
UTITUR.*

tatemque ex seipsa intelligendi vel omnino movendi &c. Sic Saturniam, Joviam, &c. quando secundum horum Numinum affectiones homo fertur. Atque interim generatim id vitæ genus, cuius speciem præ aliis in descensu suscepit, ex ordine Factorum maxime hominem occupare, § xxii. cap. præced. vidimus.

Affectio-
nes irra-
tionales
ope iii-
na debel-
landas,
& leto
dandas:
sicque
exuendam
animam,
vestes, vi-
res quæ
sub Fa-
tum tra-
bunt.

§ VII. Cum igitur affectiones irracionales (Ναμὸς κατὰγωγος, potestas ea deorsum agens, ut supra p. 84. Hiërocles) in hac qua sese habet mens materiali mixtione ab intelligibilibus abstrahant, tenebris inscitæ, impuritate & torpore obruant, in vitas belluinas traducant: indeque quod hæc post hanc vitam necessitate *Fatali* in loca *tenebro-
sa, Inferos, Tartarum*, ubi horrores manent & cruciatus, pertrahatur, 3 regnisque lucidis, beatisque excludatur, in causa sint, vide supra pag. 66. 67. 171. 259. 347. &c. omnino Animæ OLYMPIA decertanda sunt (ἐπὶ τὰ τὸ Ψυχῆς Ὀλύμπια ἀγωνισόμενοι Porphyrius de abstin. lib. i. § xxxi.) Et licet Πολὺς μὲν ὁ ἀγὼν ἰστίων κατὰρεῦσαι, πολὺς δὲ ὁ πόνος ἀπαλλαγῆναι αὐτῶν τὸ μελέτης ἢ νύκτωρ ἢ μετ' ἡμέραν, ἐκ τῆς κατὰ τὴν αἴσθησιν ἀναγκείας συμπλοκῆς ἡμῖν παρέ-
σης. MAGNUM 3 MULTIPLEX CERTAMEN sit his

(irra-

3. Regnisque lucidis, & beatis excludatur. solum iter cogitat, sed ut melius accipiat. Porphyrius de Abstin. lib. i. § xxx. SIMILES enim sumus iis qui in regionem peregrinam venerunt vel abierunt, non solum patriis moribus eliminati, sed & ex peregrinæ regionis usu, affectibus, moribus, & legibus alienis imbutis, ad hæc omnia propendentes. Quo igitur modo talis quispiam ad suos rediturus, non

SEU METEMPSYCHOSI PYTHAGORICA. 467 ^{L.III.}
 (irrationalibus affectionibus) *depurari*, ^{III.} **MULTUS** ^{CAP.} **vero** ^{III.} **LABOR** *nocte dieque meditandi qua ratione ab*
illis liberemur, idque quia necessitate quadam cum
sensu complicamur, ut idem Porphyrius *ibid.* §
 xxxv. **STADIUM** tamen ingrediendum est (ἐπὶ τὸ
 σταδίων ἀναβάνωμεν § xxxi.) Audendum est: prin-
 cipium enim *Divinum* mortalibus inest, quod
Damone adjutum ea, quæ ad illud certamen ne-
 cessaria sunt, monstrabit. Pythagoras in Aureis
 v. 63. & 64.

Ἀλλὰ σὺ θάρσει. ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
 οἷς ἱερὰ προφέρεται φύσις δαίκνυσιν ἕχαστα.

*Verum confide: quia Divinum genus iis est mor-
 talibus,
 Quibus natura sacra singula aperiens ostendit.*

VESTES ex mundo adnatæ EXUENDÆ sunt. Por-
 phyrius loc. cit. Ἀρχὴ δὲ τὸ ἀποδυσασθαι, καὶ ἔκ τινος αἰεὶ
 τὸ ἀγωνίζεσθαι γένοιτο. ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν ἦν ἔσωθεν τῷ ἰνδυσμά-
 τει, τὰ δὲ ἔσωθεν, καὶ ἀπόδυσις, ἢ μὲν διὰ τῶν φανεράων, ἢ
 δὲ διὰ τῶν ἀφανέστερων. *Primum vero sine quo CER-
 TARE non liceat est ut VESTES EXUAMUS: Cum*
vero vestimenta aliqua sint EXTERIORA, alia IN-
TERIORA, ita denudatio alia per apertiora, alia
per occultiora. Et paulo ante Ἀπολυτέον ἀρα τὰς
 πολλὰς ἡμῖν χιτῶνας, τὸν τε ὀρεκτὸν τῶτον καὶ σαρκινον,
 καὶ ἔς ἔσωθεν ἡμφιέσμεθα προσεχέας ὄντας τοῖς δερματίνοις.
 γυμνοὶ δὲ καὶ ἀχίτωνες ἐπὶ τὸ σταδίων ἀναβάνωμεν ἐπὶ τὰ
 τῆς ψυχῆς Ὀλύμπια ἀγωνισόμενοι. *EXUENDÆ igitur*
nobis sunt TUNICÆ multiplices: tum et aspectabilis

N n n 3

bac

haec & carnea, tum & quibus INTERIUS vestimur cutaneis contiguae. NUDI autem & SINE VESTIMENTIS STADIUM INGREDIAMUR, ANIMÆ OLYMPIA DECERTATURI. AMPUTANDÆ vires in descensu subortæ. Proclus in Alcibiad. Plat. 1. Oportet igitur animam hinc ad naturam illam pervigilem rectam ducendam, AMPUTARE SECUNDAS, TERTIASQUE VIRES DESCENDENTI SUBORTAS, sicut marino glauco, herbae, petrae, conchae. Cohibere vero impetus extra ferentes. Reminisci rursus rerum separatarum, essentiaeque Divinae, unde est facta descensio, & ad quam omnem vitam contendere decet. INDUMENTA cognata PURGANDA, vestesque propriæ INCONTAMINATÆ a generatione custodiendæ: PURITASQUE indumentorum Divinorum INDUENDA. Proclus ibid. apud Ficinum p. 33. Quandoquidem & Divinorum indumentorum inviolabilis essentia est, & immaterialis est puritas. Quam sane oportet animas INDUERE sua videlicet INDUMENTA COGNATA PURGANTES, VESTESQUE SUAS INCONTAMINATAS A GENERATIONE servantes: neque totum in externarum vestium puritate ponentes. Rationis EXPERTES facultates in ORDINEM cogendæ, atque ita moderandæ, ut rationi, quæ in nobis est, obtemperent. Hiërocles comment. in aur. carm. Δεῖ ἔν καὶ αὐτὰς ἡμεῖς εἰδέναι τὰ δέοντα, καὶ τὰς ἀλόγους δυνάμεις ἐφίσαι, ὅσον οἶόν τε καὶ αὐτὰς τῷ ἐν ἡμῖν λόγῳ συνέπεσθαι. ἔτω δὲ ταχύντων τῶν παθῶν, ἡμεῖς ὁ λογισμὸς γένοιτο ἀν ἀπερισπάστως φυλάξαι τὰ πρῶτα παρὰ γγέλματα &c. Oportet igitur & nos etiam nosse quae decent, ipsasque RATIONIS EXPERTES FACULTATES ITA REGERE, atque MODERARI ut RATIONI

TIONI

TIONI quae in nobis est OBTEMPERENT: quibus IN ORDINEM ita COACTIS tum demum poterit ipsa ratio, nulla unquam facta distractione, prima praecepta observare, &c. Affectiones istae, quatenus inordinate ferant, tabefaciendae, tandemque MOR-TI dandae. Porphyrius de abstin. lib. 1. § xli. Τί δ' ἐδεῖ καὶ μακάριον τὰ πάθη, καὶ ἀποθήσκειν ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὸ τοιοῦτον κατ' ἡμέραν, εἰ οἶοντ' ἢ ἐνεργεῖν ἡμᾶς κατὰ τὴν πρὸς τὰ θητὰ συναπομένους ἀνευ τῆς τῆς νῦν ἐπιβλέψας τις ἀπεφαίνοντο. Quid vero opus esset PASSIONES TABEFACERE, 4. IISQUE MORI, & hoc etiam quotidie CONARI, si liceret secundum intellectum operari etiam caducis rebus implicitis, idque sine mentis advertentia quis unquam demonstravit? Scilicet Animæ solutio a corpore quæ expurgatione affectionum irrationalium fit Mors dicitur. Plato in Phædone PURIFICATIO vero inquit nonne in hoc consistit quod jam dudum dicebamus, videlicet ut quam maxime possimus SEJUNGAMUS A CORPORE ANIMUM? hoc est & in PRÆSENTI tempore & in futuro a corpore tanquam a vinculis resolutum. Maxime quidem inquit. Nonne igitur hoc MORS appellatur SOLUTIO ANIMÆ ET SEPARATIO A CORPORE? (τὸ τοιοῦτον θάνατος ὀνομάζεται λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος.) Prorsus. Et sic exuenda Anima est per quam venerit sub Fati, & Necessitatis jugum, & ipsa Fati vincula solvenda sunt: Jamblichus de My-

4. Iisque mori.] Eadem phrasis apud καὶ ὡς ἂν τις ἔποιε, λήθης αὐτῶν, καὶ eundem Porphyrium lib. eod. § xxxii. θανάτου. Hac autem recessio fiat partim occurrit. H' δ' ἀπόστασις, αἰτ, γένοιτο vi, partim suavis; & rationis ope marcescunt ἂν καὶ μετὰ βίας, γένοιτο δ' ἂν καὶ cant affectus, & quasi oblivione, aut πειθοῖ, καὶ κατὰ λόγον, διὰ μακάριως, MORTE quadam sepeliantur.

Mysteriis sect. x. cap. v. Λέγω ἰόντων ὡς ὁ θεὸς νοῦ-
μεν ἄνθρωπος ἡνωμένος τῷ προσθεν τῇ θεᾷ τῶν θεῶν ἐπα-
σῆλθεν ἑτέραν ψυχὴν τῇ περὶ τὸ ἀνθρώπινον μορφῆς εἶδος συ-
νημοσμένη, καὶ διὰ τῆτο ἐν τῷ ᾧ ἀνάγκης καὶ εἰμασμένης
ἐγένετο δεσμῶ. σκοπεῖν δὲ δεῖ, τίς αὐτῆς γίνεται λύσις καὶ
ἀπαλλαγὴ τῶν δεσμῶν. *Dico igitur homo ille con-
templabilis & intelligibilis olim cum esset Deorum
visioni conjunctus postea ALIAM SUBINGRESSUS EST
ANIMAM, illam quae humanam formae speciem con-
comitatur, & propterea venit sub FATI ET NE-
CESSITATIS JUGUM. Considerare igitur oportet qua
tandem ratione ab his vinculis SOLVI ET LIBERARI
POSSET.*

Hac ra-
tione
mentem
in aliam
vitam
transire.

§ VIII. Atque hac ratione in aliam vitam tran-
sit anima Jamblichus de Mysteriis sect. viii. cap.
vii. Ὅταν γὰρ δὴ τὰ βελτίονα ᾧ ἐν ἡμῖν ἐνεργῇ, καὶ πρὸς
τὰ κρείττονα ἀνάγεται αὐτῆς ἡ ψυχὴ, τότε χωρίζεται παν-
τάπασι τῶν κατεχόντων αὐτὴν εἰς τὴν γένεσιν καὶ ἀφίσταται τῶν
χειρόνων, ζῶν τε ἐλέεον αὐτῇ ἐλέεον ἀλλάττεται, καὶ δίδω-
σιν ἑαυτὴν εἰς ἄλλην διακόσμησιν ἣν προέλεον ἀφῆσα παντε-
λῶς. *Quando enim pars nostri melior operari inci-
piat, & ad sui portionem meliorem recolligatur a-
nima, tunc prorsus separatur ab iis quae eam ad
genituram deorsum trahebant, a deterioribus rece-
dit, ALIAMQUE VITAM PRO HAC ADQUIRIT; PRIO-
REMQUE ORDINEM derelinquens in ALIUM sese in-
serit. Et ad prioris & optimi habitus formam re-
dit, & tandem ad Altra cognata reverti potest.*
Hiërocles ex Platone in aur. carm. p. 254. Περὶ
δὲ τῶν ἀνδρῶν ταῦτα. ὅτι τὸν προσφόντα (ὄχλον) ὑπερον ἐκ
γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ αἵματος, καὶ πυρὸς, θεοῦ βῶδῃ, καὶ
ἄλογον ὄντα λόγῳ κρατήσας ὁ ἄνθρωπος, εἰς τὸ τῆς προτέ-
ρας

εως και αγιτης αφικνεται ειδος εζεως οτι και εις ζυνομον α- III.
 τρον αγεται υγιης και ολοκληρος γενόμενος. CAP.
De ascensu III.

*autem ista; hominem postea cum illa RATIONE SUPER-
 AVERIT, quae sibi ex terrâ, aquâ, aëre & igne
 TURBULENTA, ET RATIONIS EXPERTIA infederint,
 ad PRIORIS ATQUE OPTIMI HABITUS FORMAM re-
 diturum: esse praeterea ad ASTRUM, quocum aptus
 fuerat SANUM ATQUE INTEGRUM REVERSURUM.*

§ IX. Ad quem ascensum & ex morte in vitam *Quae ad
 hunc tran-
 situm sint
 necessa-
 ria.*
 transitum necessaria est 5. Alarum deperditarum re-
 cuperatio, cujus *dextra* (uti jam supra verbulo
 significatum est) sit interna commotio, instinctus-
 que ad verum, quæ per sapientiæ salutares aquas
 reficitur: *sinistra* desiderium honesti, instinctusque
 ad bonum; quæ per aquas prudentiæ a fonte sa-
 pientiæ manantes reparatur: quæ hac salutari aqua
 inspersæ, nutritæ, formatæ & auctæ ad veri &
 boni originem animam elevant. Vide supra pag.
 255. & 256. & Picolomineum Phil. de mor. grad.
 ix. cap. xxiii. In quem finem amplius necessariae
 sunt 6. *Disciplina Mathematica*: & 7. *Auxilium
 Divinum* (vide § III. hujus capituli) quod intus
 dirigat, & gubernet, Theurgia impetratum. Im-
 pe-

Ooo

pe-

5. *Alarum deperditarum recuperatio.*] Præterea quod aliquis, cum eruditur, ipse
 Hiërocles in carm. Pythag. p. 256. Ut seipsum purget DÆMONICÆ POTESTATIS
 igitur fuga a Deo, & pennarum defluvio, EST OPUS. Nam DÆMONES non extrin-
 quibus &c. Vid. supra p. 431. secus in nos agunt, sed tanquam ex pup-

6. *Disciplina Mathematica.*] Seu fa- pi NOS INTUS DIRIGUNT ET GUBER-
 cri sermones qui purgationem & re- NANT. Neque nos purgant tanquam cor-
 generationem docent. pora quædam aliunde mobilem natâ natu-

7. *Auxilium Divinum quod intus diri- ram, sed curant tanquam mobiles ex se
 gat, & gubernet.*] Proclus in Alci- ipfis.
 biad. Plat. i. in excerpt. Ficini p. 33.

petratum. 8 De quibus omnibus consulendus Hiærocles est in comment. in carm. Pythag. Quomodo autem fiat ascensus istius principium, & anima quasi dormiens per sensus a sensilibus primum excitetur, atque ulterius procedat ascensus, videri potest apud laudatum Picolomineum lib. & grad. cit.

8. De quibus omnibus consulendus Hiærocles est in comment. in carm. Pythag.] Ex quo, quod ad totius hominis purificationem attinet, notari possunt

I. Partes purgandæ.

II. Media & Modi quibus.

Partes purgandas numerat a. Corpus *σύνδον* mortale. b. Animam *ψυχήν*, rationis participem. (Quod aliis minus placet, qui purgandam ajunt Animam rationis expertem, ut videre est apud Galeum in not. ad Jamblichum de Mysteriis pag. 308.) c. Corpus *σύνθετον*, luctuum, seu animæ vehiculum. a. De corporis mortalis purificatione vide pag. 292, 295, 296. &c. b. De ea quæ animæ rationalis est pag. 291, 295. Ad quam Medium normale sunt Mathematicæ disciplinæ, p. 304. id est Philosophia pag. 3. Medium instrumentale Judicium rationis, seu ipse animus, pag. 292, 300, &c. Ad quod medium pertineant oculus, & manus, seu lumen intellectus quod verum contempletur, & facultas agendi & volendi, quæ congenitum corpus cohibeat, & ad seipsum convertat &c. ibid. Medium directivum, seu gubernativum Divinum auxillium pag. 271, 291. c. De purificatione corporis *σύνθετον*; pag. 296, 299, 300, &c. Quod præcipue purgetur purificatione mystica & disciplina sacerdotali, vide pag. 304. Atque adeo qui ut decet totius hominis, animi & corporis purificationi dat operam Philosophiam cum sacrarum arte conjungit,

pag. 307. Sunt enim rei agendæ (*πραγµατικὰ*) species duæ CIVILIS, & MYSTICA: illa quidem virtutum ope (*διὰ τῶν ἀρετῶν*) eo ipso nos liberans ab eo quod rationi contrarium est; hæc autem sacris artibus (*διὰ τῶν ἱερῶν µεθόδων*) terrenas cogitationes amputans, pag. 308. Quem præstantissimæ philosophiæ modum ad cumulatam hominis perfectionem aptum, & convenientem tradiderint Pythagorei, pag. 307. Hic enim finis est Pythagoricæ disciplinæ; ut toti penitus alati fiamus ad bonorum divinorum perceptionem: ut cum mortis tempus inflabit relicto in terra mortali corpore, ejusque naturæ exuta, ad coeleste iter expeditiores fiant philosophicorum certaminum athletæ, pag. 308, 311. Cumque hac ratione quæ ex igne, aëre, aqua, & terrâ turbulenta, & rationis expertia infederant, superanda sint, pag. 253. in sacris purificationes aërea, aquæ & ignæ; imo & terrea symbolica obtinuisse videntur, videatur Vossius de idolol. lib. II. cap. XIV. & LXV. Ut in Mysteriis Mithriacis in quibus variæ regenerationes memorantur, (citatum offendi Antonium van Dale differt. Antiq. I. pag. 131. & seq. sed nondum vidi) initiandus per plures dies multam aquam transire debebat; dein se in ignem conjicere; tum in deserto versari & JEJUNARE, (ut ex Nonno Stanlejus lib. II. cap. IX.) aëri quasi expositus, & abstinentia a cibis cupiditates corporeas exuens.

cit. cap. xxxiii. & Jamblichum de Myſteriis ſect.
x. cap. v. & vi.

§ X. Et hoc modo ut Anima διακόσμησιν τὴν προ-
τέραν priorem, in quo hæſerat, ordinem relinquit,
& in alium ſe inferit, ut dixit Jamblichus: ſic
Brutorum ubi fuit qualitas exuitur, & forma ſeſe
prodit humana vid. § v. Porphyrius lib. cit. §
xxx. Ὡς τε καὶ μελετητέον, εἴπερ ἀνατρίβειν πρὸς τὰ ἐξ
ἀρχῆς ἱσχυρά κἀμὴν, καὶ ὅσον δύναμις, διωγίσεως μὲν ἀ-
φίſταſθαι καὶ φανταſίας, ἥ τε ταύταις ἐπομένῃς ἀλογίας,
ἢ ἥ καὶ αὐτὴν παθῶν, καὶ ὅσον μὴ ἐπιείγῃ ἢ ἀνάγκῃ τῆς
γενέσεως. Adeo ut ſtudere oporteat, ſi modo ſolliciti
ſimus ad PRIMÆVA REVERTENDI, a ſenſu & imagi-
natione, & ea quæ illam ſequitur BRUTALITATE,
& ab iis quæ in ea commoventur, PASSIONIBUS,
quantum fieri poteſt, & permittat naturæ noſtræ
neceſſitas abſcedere. Qua mente Marcus 9. Anto-
nius in hiſce a Pythagoreis non diverſus pulcre
ait: Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν θεὸς αὐτοῖς δοῦναι οἷς νῦν καὶ πί-
θηκος, ἐὰν ἀποκάμψῃς ἐπὶ τὰ δόγματα καὶ τὸν ſεβαſμὸν
τῷ λόγῳ. Intra decimum diem DEUS illis ipſis vi-
deberis, quibus nunc pro bellua & SIMIA habebis,
ſi ad decreta, RATIONISQUE cultum te retuleris.

§ XI. Utque quidem unam poſt aliam ſucceſſive
in deſcenſu ſibi ſuperinduit veſtem Anima: ita &
unam poſt aliam affectionem irrationalem exuere,
nunc, ut con-

O O O 2

nunc, ut con-

9. Antoninus in hiſce a Pythagoreis non ſuis proceſſerint, ſicque horum doc-
diverſus.] Scilicet ut ortum a Pytha-
goreis duxere Stoici, ſic in plurimis
illorum principia & phraſeologia apud
hos tranſlucent; quanquam alias pa-
ſim ulterius quam magiſtri ratiociniis
ſuis proceſſerint, ſicque horum doc-
trinam (ut haud raro lapſi temporis
a diſcipulis ſit) corruerint: uti in
doctrina Fati, Mentis in animam uni-
verſalem reſuſcitacione, Univerſi renovationi-
bus inſinitis, &c. patet.

LIB.
III.
CAP.
III.

tractio
sunt exten-
das.

474 DE PALINGENESIA VETERUM,

nunc hanc, nunc illam ratione debellando & exturbando concipitur, per eosdem enim gradus tam vitiosarum habitudinum respectu, quam regionum, per quos descenderat, ascendere debet, seu pari modo quotquot contraxerit, illas exuere. Porphyrius de Abstin. lib. i. § xxx. *Oportet & nos, si ad ea quae revera nostra sunt, & homini propria reverti velimus, ἀ μὲν ἐκ τῆς θνητῆς προσελήφαμεν φύσεως ἀποθέσθαι πάντα μετὰ τὴν πρὸς αὐτὰ προσηπάγεις, δι᾽ ἧς ἡ κατάβασις γίνεται, quaecunque ex mortali natura nobis adscivimus, una cum omni ad ea inclinatione, qua illectus animus ad illa DESCENDIT, deponere.* Et eodem ordine, quo corpori obnoxia reddita est, in statum pristinum restituitur: Orac. Zoroast. vers. 248. & seq.

Δίξας σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν ἢ τινι τάξει
Σώματι τηθεύσας ἐπὶ τάξιν ἀφ' ἧς ἐρρήης
Ἄυθις ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον εἰσάσας.

*Quaere tu Animae canalem unde aut QUO ORDINE
Servus factus corporis, in ORDINEM a quo ef-
fluxisti.*

*ITERUM RESURGAS: secundum sermonem sacrum
opus instituens.*

Unde in Mithriacis sacris variis demum gradibus purgabatur initiandus varias transiens punitiones, id est affectionum irrationalium castigationes, & ut ita dicam mortificationes. Suidas Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν ἥλιον. καὶ τῷ τῷ θυσι πολλὰς θυσίας. ἐκ αὐτοῦ εἰς αὐτὸν δυνήσασθαι τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διὰ τινῶν βαθ-

βαθμῶν παγεθῶν τὴν κολάσειον δέξει ἐαυτὸν ὅσιον ἢ ἀπαρῆ.^{III.}
Mithram Persae existimant solem esse: eique mul-^{III.}
tas victimas mactant. Neque ullus illius Myste-
riis initiari potest nisi per aliquos PUNITIONUM

GRADUS *transierit sicque sese* SANCTUM ET AFFEC-

TIBUS PURGATUM *ostenderit.* Et quemadmodum

singulis septenniis, vel periodis qualibuscunque *sep-*

tem longioribus pro septem *Planetarum* dominio in-

signem successive mutationem *corpus* subire refe-

runt, totidemque *vita* concipiuntur: Videantur

quæ diximus supra § IV. & Vossius de Idolol. lib.

III. cap. xx. pag. 407. Unde numerus septena-

rius *Apollini*, qui corpori medicinam facit, sacra-

tus: *septem* quoque vitæ habitudines ex sphaëris

anima contraxisse dicitur. Vid. § XVII. cap. præ-

ced. ita huic quando ad Deum conversa ad supe-

riora intendit totidem vitarum affectiones ἀλογοί

generatim superandæ & corrigendæ putantur: qua-

ratione quis ἑπτάκις ἀλλαγῆς *septies mutatus* dici

possit, ut Pythagoram Lucianus, vide supra pag.

35. Cum interim *novies* vulgo in generatione,

accretionem, & corroborationem corporis a septem

Planetis animam afflari existimaverint: per *novem*

mensēs gestationis singulis mensibus præesse Pla-

netarum quempiam agentes; sicque octavo iterum

Saturnum, nono secunda vice Jovem, uti apud

Coelium Rhodiginum Lect. antq. lib. XIX. cap.

XXII. videre est, *novem* Animæ conditiones nume-

rasse eos conjicio, ut § VII. cap. præced. Plato-

nem vidimus: totiesque vulgo quasi *renovandam*

eandem voluisse, indeque tot Musas qui πᾶσιν fa-

nent finxisse, quæ inde numerus *noventarius* sacer

LII.
III.
CAP.
III.

476 DE PALINGENESIA VETERUM,

fit. Censorinus de die nat. cap. xiv. Plerique duos istos numeros subtiliter discreverunt, dicentes SEPTENARIUM AD CORPUS, NOVENARIUM AD ANIMAM pertinere: hunc medicinae corporis, & APOLLINI attributum; illum MUSIS quia MORBOS animi, quos appellant πᾶσιν Musica lenire ac sanare consueverit. Apud Vossium loc. cit. p. 408. Quæ tamen novem qualescunque immutationes, septem Erronum impressiones corrigentes, septem tantum proprie, pro anteacceptarum habitudinum numero, purificationes induxisse ex nostrorum mente videntur.

Hanc Animæ, totiusque hominis immutationem Πάλινγενεσίαν Regenerationem dictam.

§ XII. Hanc autem Animæ ex sopore evigilationem; rationum veri bonique affectuum vi obrutarum, & quasi discerptarum excitationem, & restitutionem; partis irrationalis perdomationem, motuum irrationalium, quoad interiorum & exteriorum hominis statum extirpationem; inquinamentorum quæcunque ex generatione inhæserant expurgationem; optimi habitus assumptionem, vitæque ex irrationali in rationalem, & Divinam immutationem veteres dixerε Πάλινγενεσίαν, Regenerationem, Αναβίωσιν, Reviviscentiam, seu Αναβιώσκεισθαι, Reviviscere, 10. Ζωὴν ἐτέραν ἀν' ἐτέρας ἀλλάττεισθαι, Aliam vitam pro alia acquirere, Γέννησιν κατὰ ψυχὴν ἢ ἀνθρώπου ἀποτελείωσιν, Generationem secundum animam, & hominis formationem, seu perfectionem, Ἄλλε βίη ἀϊδίς ἀρχὴν λαμβάνει, Alterius vitæ æter-

10. Ζωὴν ἐτέραν ἀν' ἐτέρας ἀλλάττεισθαι ἢ τῆς νῦν, διὰ λόγον καὶ ἔργον ὁρᾷ. Ita Jamblichus, quod Porphyrius lib. I. de Abst. § xxix. expri-
mit. Ἐπειδὴ δὲ ζωὴν δεῖ ἀντὶ ζωῆς ἀλλάττειν, & actiones purgator esse. presentem cum alia permutare, quoad verba.

aeternae quidem principium accipere, Εἰς τὴν αἰωνο-
ταίαν κατέλθαι, In naturam vitamque incorpoream
transire, Ἀποκατάστασιν εἰς φύσιν *Resitutionem in na-*
turam: qua aptus fit homo Ἐκτὸς πάσης ὕλης ψυχὴν
ποιεῖν αἰδίῳ λόγῳ συνεισμένην, *Mentem ab omni mate-*
ria separare, Ὡς cum aeterna ratione connectere,
Ζῆν κατὰ νῦν, *Secundum intellectum vivere*, &c. Bru-
ta scilicet in nobis animae facultas καλαζομένη καὶ δι-
κην διδῶσα castigata, Ὡς *paenas dans ad internecio-*
nem quidem ob discerptum Bacchum est sermo qui
spectat REGENERATIONEM, ut § II. ex Plutarcho
vidimus. Quorum Osiris discerptus, & renatus
referendus sit, ut apud eundem Charonensem est
de Ifide & Osiride pag. 364. Ομολογεῖ δὲ καὶ τὰ
Τιτανικά, καὶ νῦν τελεία τοῖς λεγομένοις Οσίριδι διασπομοῖς,
καὶ ταῖς ἀναβιώσεσι καὶ παλιγγενεσίαις. Conveniunt Ὡς Τι-
tanica Ὡς nox quae perfecta dicitur, his quae di-
cuntur de discerpto Osiride, Ὡς REDIVIVO, AC RE-
NATO. Hiërocles comment. in earm. Pythag. Δὲ
ἡ τέταρτη ἀναβιάσκειται πέποιτι πάλιν, καὶ συλλέγεται καὶ ἡ εἰς
πληροῦται τοῖς, καὶ τῇ νοερᾷ τελειότητι καὶ ψυχῇ συνάπ-
τεται. Isis enim REVIVISCIT quodammodo, Ὡς colligi-
tur, Divinoque robore impletur, animi denique
intellectuali perfectioni conjungitur. Jamblichum
de alius vitæ acquisitione § VIII. audivimus. Plato
in Theæteto Γενήσεται, καὶ ἀνθρώπος ἀποτελεσθαι. καὶ ἡ
τὰς μὲν κατὰ σῶμα, τὰς δὲ κατὰ ψυχὴν. GENERABIT
ET HOMINES EFFICIET: alios enim procreare qui-
dem corpore, alios vero ANIMA. Et iterum idem
in Phædro ait Animam cum per se fuerit (καθ' αὐ-
τὴν γενομένην) solam posse verae sapientiae, Ὡς quae
vires humanas superat esse participem, quando ip-
sam

sam qui hinc sumitur amor in coelum sustulerit per philosophicum amorem ad spei finem pervenientem
 ἄλλε βίη αἰδὶς ἀρχὴν λαμβάνειν ALTERIUS VITÆ ÆTERNÆ PRINCIPIUM ACCIPERE. Apud Clementem Alexandrinum Stromat. lib. i. p. 402, 403. edit. Heinf. Porphyrius de abstin. lib. i. § xxxi. Καὶ εἰς τὴν ἀσωματίαν κατὰ μῆτρον, &c. *Et in NATURAM VITAMQUE INCORPOREAM redacti vere intellectualem vitam agamus.* Jamblichus de Mysteriorum sect. i. cap. x. Ἰδε ὃ εἰ βέλοιο τὸ ἔσχατον τῶν θείων, τὴν καθαρὰν τῶν σωματικῶν ψυχὴν. τί δέιται αὐτῇ τὸ ἐν τῇ ἡδονῇ γενέσεως, ἢ τὸ ἐν αὐτῇ εἰς φύσιν ἀποκαταστάσεως; ὑπερφύης ὄντα, καὶ τὴν ἀγέννητον ζωὴν διαζῶσα. *Considera itaque si libeat divinorum generum ultimum nempe Animam adhuc corporibus puram. Quid obnoxia est illa genesi quae in voluptate, aut quae in ea obtinet in NATURAM RESTITUTIONI, ipsa cum supra naturam posita sit vitamque vivat ingenitam.* Idem sect. x. cap. vi. Καὶ ἐκτὸς πάσης ὕλης αὐτῇ (ψυχῇ) ποιεῖ, μόνῳ τῷ αἰδίῳ λόγῳ συνενωμένην. *LIBERATAMQUE ab omni MATERIA animam cum sola aeterna RATIONE connectit homo renatus.* Porphyrius de abstinence lib. i. § xxix. Ὡστε καὶ τὸ ἑλθεῖν τὸ ζῆν κατὰ νόον. *Ut finis sit secundum INTELLECTUM vivere.*

Institutionem ad
 παλιγγενεσίαν
 νοητικὴν
 quam &
 Regenerationem
 dici: &
 quare.

§ XIII. Cumque talis *Regeneratio*, morumque reformatio absque verbo sacro mathematicis disciplinis, & institutione haberi nequeat: Orac. Zorast. vers. 250.

Ἀνδρῶν ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἐνάσας

Iterum resurgas SACRO SERMONI opus adunans.
 Vide

Vide supra pag. 256. in not. (Unde qui *beatitudinis* charisma allaturus erat *philosophiae* salutari lumine suos irradiare debebat : quorum secundum nonnullos, si fides Jamblichus est, apparuit Pythagoras Δέγοντες ἐν ἀνθρώπινῃ μορφῇ φανῆναι τοῖς τότε, ἵνα τὸ τῆς εὐδαιμονίας τε καὶ φιλοσοφίας σάφηρον ἔναυσμα χαρίσθαι τῇ θνητῇ φύσει. *Erant qui aiebant illum* (Pythagoram) *isti seculo humanam formam apparuisse, ut mortalibus BEATITUDINIS & PHILOSOPHIAE salutare LUMEN donaret.*) Atque inde lux hauriatur secundum quam instituitur, & procedit illa, *institutio* ipsa etiam Αναγέννησις, *regeneratio* audit : hinc Clemens Alexandrinus loco supra citato : Ἐπεὶ καὶ παρὰ τοῖς Βαρβάροις φιλοσόφοις τὸ καλεῖσθαι τε καὶ φωτίζειν ἀναγεννῆσαι λέγεται. *Nam apud Barbaros quoque Philosophos per auditum instituire & illuminare, dicitur REGENERAE.* Non quod institutio sola Regenerationem *absolvat* : cum hæc totius hominis *immutationem*, & correctionem, vitiorum intus & extra amputationem, virtutumque inductionem, ut vidimus, inferat ; sed quod hæc, ut dictum est, absque illâ non obtineatur, illaque ad hanc via, medium, & norma sit. Sicuti & consuetæ phrasæ, quibus alias hæc *institutio* circumscribitur, oppido amplius quid quam meram scientiæ acquisitionem significant & poscunt : ita dicitur Θεραπεία τῶν ἀνθρώπων, *Hominum sanatio* : Jamblichus de vita Pythag. num. xcii. Προσθεῖς τε ὅτι ἐπὶ Θεραπείᾳ καὶ ἐνέργειᾳ τῶν ἀνθρώπων ἦκοι. *Adjecit insuper se ad CURANDOS, demerendosque mortales advenisse* (Pythagoras scilicet.) Sed morbos animi vitia quæcunque scimus. Συνδιδόχῃς, vel διόρθῃς *correctio* :

LIV.
III.
CAP.
III.

480 DE PALINGENESIA VETERUM,

Idem ibid. Εκέλευσέ τε μὲν αὐτῷ, καὶ συνδιεστῆν τὰς ἐλυγχάνοντας. *Hortatus porro est ut illic loci maneret, & CORRIGERET qui sese offerrent.* Επανόρθωσις τῷ θνητῷ βίῃ, *Mortalis vitae emendatio* : Idem num. xxx. Εἰς ἐπανόρθωσιν τῷ θνητῷ βίῃ λέγοντες φαῖναι, *ad EMENDATIONEM mortalis vitae illum* (scenem Samium) *apparuisse agentes.* Imo nulla scientia, vel contemplatio assertore Porphyrio de abstinentia lib. i. § XXIX. εὐδαιμονική ἐστίν, *BEATOS nos efficit* ἵνα μὴ προσῇ καὶ ἡ κατ' αὐτὰ φύσις καὶ ζῶν. *Nisi etiam adsit NATURÆ SECUNDUM EA* (vere entia circa quæ scientia versatur) *CONFORMATIO ET VITA.*

Παλιγγενεσίαν
paucis
decenter
curari &
contingere : longēque
plurimos
beatiss
ejus fructibus
destitui.

§ XIV. Hæc interim, quæ *omnium* erat officium, Animæ repurgatio ob *mali vim*, naturæ *impotentiam*, videantur quæ § I. II. & III. allata sunt, Dæmonisque auxilio rite utendi *inscitiam* : unde supra Pythagoras :

Zeῦ πάτερ — —

— Πᾶσιν δείξαις οἷα τῷ δαίμονι χρᾶνται.

Jupiter alme — —

Omnibus utantur — quoniam Daemone monstra paucis.

Ut decet, curatur, contingitque : indeque longe plurimi beatissimis ejus fructibus destituuntur. Hierocles in carm. Pythag. pag. 261. Οἱ δὲ περὶ τῶν ἐργῶν μαθήσκειν ἴε καὶ εὐρίσκειν ἔργον πεποιημένοι, ἀποὶ τῶν οἱ τῶν κακῶν τὴν λύσιν συνήτες, καὶ φυγὴ τῶν τῶν πόνων εἰς τὸ ἐλεύθερον αἰτέρεα μετακινῶμενοι. ὀλίγοι δὲ εἰσιν οἱ τοιοῦτοι. οἱ γὰρ πλείστοι κακοί, καὶ τὸ προσπαθεῖας ἡττῶνται, καὶ φρενοβλα-

νοβλαβεῖς ὑπὸ τῇ εἰς γῆν νέυσεως γενόμενοι. *Qui autem in* III.
discendo, atque inveniendo quæ honesta sunt OPE- III.
RAM COLLOCANT, ii sunt qui se malis norunt libe-

rare; quique laborum fuga, quos hic patimur ad
liberum æthera commigrant. Sed PAUCI sunt ejus-
modi. Sunt enim MALI PERMULTI, & perturba-
tionibus inferiores immo & vecordes assidua in ter-
ram propensione. Ολίγοι δὲ τινες ἐπὶ τῇ γαίᾳ καὶ μα-

καρίαν συγγένειαν ἀποκλίνουσι. *PAUCI ad divinam illam*
& beatam cognationem inclinant ait Arrianus in E-
 pict. lib. I. cap. III. Vide supra § V. *Plene in hac*
vita purgari, sicque perfectissima Diis facere posse
sacrificia, ex mente Heracliti nonnisi paucissimis
evenit. Jamblichus de Mysteriis sect. V. cap. XV.

Καὶ θυσίων πότνυν τίθῃμι διτλὰ εἶδη. τὰ μὲν τῶν ἀποκεκα-
 θαρμένων πάντοτε πάντων ἀνθρώπων. οἷα ἐφ' ἐνὸς ἀν. ποτὲ γένοισθαι
 σπανίως, ὡς φησὶν Ἡράκλειτος, ἢ τινῶν ὀλίγων ὑπερβλήτων
 ἀνθρώπων. *Quæ dedit Galeus: Sacrificiorum ergo spe-*
cies duæ sunt, alia quidem sunt hominum SUMMO-
PERE PURGATORUM, quod RARO ut ait Heraclitus,
vix uni aut alteri, sane PAUCISSIMIS evenit. E-
 gregie Pythagoras Ὑπομίμησθε σεαυτὸν ὅτι πάντες ἀν-
 θρώποι μέγιστον ἀγαθὸν τὴν φρόνησιν εἶναι λέγουσιν. ὀλίγοι δὲ
 εἰσιν οἱ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν τῷτο κτίσασθαι ἐυτηρήσαντες.

Recordare quod cum homines OMNES maximum esse
BONUM in SAPIENTIA situm asserant, PAUCI inte-
rim ad POSSESSIONEM ejus ADNIANTUR. In Frag-
 ment. *Qui autem isthuc Renovationi digne va-*
cant eos manent regna beata, qua de re paucis
capite sequenti.

C A P U T IV.

De Mente a corpore crasso SEPARATA.

Rite pur-
gatos, seu
regenera-
tos in im-
morta-
lium
Deorum
ebrium
post hanc
vitam
adscisci.

§ I. **I**llicet qui rite purgati fuerint 'rationem
ducem secuti, ubi præsens humanum cor-
pus exuerint, in *liberum* transeunt *ætherem*, in-
que *immortalium Deorum* chorum adsciscuntur.
Pythagoras:

Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθης,
ἔσσαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, ἔκ ἐπὶ θνήσκῃ.

*Sin autem relicto corpore commigres ad LIBERUM
ÆTHEREM*

*Eris IMMORTALIS DEUS, incorruptibilis, nec
amplius morti obnoxius.*

Vide supra pag. 47. & seq. Hiërocles ex Platone,
eadem cum Pythagoreis tradente, uti ait auctor,
in *carm. Pythag.* pag. 254--256. *De ascensu au-
tem ista* (loquitur Plato;) *hominem postea cum
illa RATIONE SUPERAVERIT quae sibi ex terra, a-
qua aëre & igne TURBULENTA ET RATIONIS EX-
PERTIA infederint ad prioris atque optimi habitus
formam reediturum.* Ὅτι καὶ εἰς ξύνομον ἄστρον ἀγεται
ὑγιὲς καὶ ὁλόκληρος γενόμενον. ὑγιὲς μὲν τῇ τ' παθῶν, ὡς
ιοσημάτων ἀπαλλαγῇ. ὁ δὲ διὰ τὴν πολιτικῆς ἀρετῆς παραγι-
νεται. ὁλόκληρον δὲ τῇ τ' ἐπιστήμης, ὡς οἰκείων μερῶν, ἀ-
ναλήψει. ὁ δὲ διὰ τὴν θεωρητικῆς ἀληθείας κατορθῶσθαι πέφυκε.

Esse

Esse praeterea ad ASTRUM QUOCUM APTUS FUERAT, sanum atque integrum reversurum. SANUM quidem quia perturbationibus tanquam morbis liberatum; quod virtute politica efficitur: INTEGRUM autem scientiae tanquam propriarum partium recuperatione, quod contemplativa virtute fieri natura comparatum est. De Chaldaeis vide quae dicta sunt supra pag. 252. Εἰς ἄστρον ἑνωμον, *In astrum cognatum* ait Hiërocles: Scilicet per chorum Deorum vagantium in chorum non vagantium tendit Anima: Mercurius apud Stobæum Phys. cap. XL. p. 128. Αἱ δὲ ἀνθρώποιναί ἀρχὴν ἀθανασίας ἰσχυοῖν εἰς δαίμονας μεταβάλλουσαι, εἶπαι ἔπος εἰς τὸν τῶν θεῶν χάρον. Χῶροι δὲ δύο θεῶν, ὁ μὲν τῶν πλανωμένων, ὁ δὲ τῶν ἀπλανῶν. καὶ αὕτη ψυχῆς ἡ τελειοτάτη δόξα. *Hominum deinde immortales animae in Dæmones transeunt, demum in DEORUM CHORUM FELICITER REVOLANT. Chori Deorum gemini VAGANTIUM unus, NON VAGANTIUM alter. Atque haec est SUPREMA animae gloria. Atque ita in patriam revertitur.* Vide supra lib. I. cap. VI. § VI. lib. II. cap. I. § XXI. cap. III. § IX. &c. Per eisdem scilicet gradus ascendens per quos descenderat antea: Vide supra lib. II. cap. IV. § III. Et III. cap. III. § XI. atque adeo septem Planetarum orbes, quasi totidem gradus inter medios permeando in Fixarum sphaeram penetrans: ubi, postquam a Deo in luce primigenia prodiisset, vehiculo jam amicienda, locum cognatum ἄστρον συγγερὲς, seu ἑνωμον nacta erat: quibus in locis undiquaque lucidis bono sapiente-

Ppp 3

que

1. Undiquaque lucidis.] Ita omnis qui Iesus Histor. Phil. Orient. lib. I. sect. supra Lunam est locus vocatur: Stan. II. cap. X. ex Psello, & Plethone

Jam

III. que *Deo*, omnique beatitudine iterum usura sit,
CAP. vide supra pag. 341. & 56. Indeque ULTIMA ani-
IV. mae gloria est in chorum *Deorum* NON ERRANTIUM
revolare, uti mox Mercurius.

Stellas errantes, & fixas, & entium intellectu-
bicula ANIMA-
LIA dici. S. II. Hæc autem εἰς τὰς θεὰς πλαναυδύας, καὶ ἀ-
πλαναῖς *transmigrationis* veteribus consueto dicendi
genere εἰς τὰ ζῶα in *animalia* transitus nuncupari
poterat: cum & *Planetas* & *Fixas* τὰ ζῶα *Ani-
malia* dicant. Orac. Chald. vers. 182. & seq.

Ἐπὶ δ' ἐξάγκασε Πατὴρ τερέωματα κόσμων
τὸν ἕρπον κυρτῷ σχήματι περιχλίσας.
Πῆξε δὲ πολὺν ὄμιλον ἀστέρων ἀπλανῶν,
ζῶων δὲ πλαναυδύων ὑφέστηκεν ἐπὶ λάδα.

Septem enim in moles firmavit Pater firmamenta
mundorum
Coelum rotunda figura circumcludens.
Finxit multum coetum astrorum non errantium,
ANIMALIUM VERO ERRANTIUM constituit septe-
narium numerum.

Stobæus Phys. cap. xxxviii. pag. 87. Πλάτων
καὶ Ἀριστοτέλης τέτταρα γένη ζῶων, χερσαῖα, ἑνυδρεα, πτηνα,
εὐρῖα. καὶ δ' τὰ ἀστερὰ ζῶα λέγεσθαι, τὸν κόσμον καὶ τὸ
ἐνδεόν

Fam autem cum sint variae sedes, qua-
rum una tota lucida est, altera tota tene-
bricosa, aliae tenebris & luce mixtae; lo-
cus subjectus Lunæ totus tenebricosus est;
lunaris alternatim lucidus & obscurus;
QUI SUPRA LUNAM EST UNDIQUAQUE
LUCIDUS, ATTRIBUITURQUE ANIMIS.
Unde liquet per lumen supramundani
& fixarum sphaeram designari: illud
enim intellectuum naturarum beata
sedes dicitur. Vid. supra pag. 257. sed
omnis, qui supra Lunam est, locus
animis attribuitur, ut hic audimus; &
ex Mercurio discimus supremam ani-
mæ gloriam esse in fixas revolare.

φρον ζῶν λογικὸν ἀθάνατον. *Plato & Aristoteles quatuor ponunt animalium genera terrena, aquea, volucra, & COELESTIA. Nam & STELLAS ANIMALIA dici, & mundum animal esse rationis particeps immortale.* Philo libro de somniis apud Vossium de Idololat. lib. II. cap. xxx. p. 231. Πάντα τῷ ποιητῇ τὰ ἴα κόσμῳ μέρη καλὸν ἔδοξεν εἶναι ζῶν ἀναπλήσαι. διὰ τῆτο γῇ μὲν τὰ χερσαῖα ἐγκατεσκεύασε, θαλάττῃ δὲ καὶ πτομοῖς τὰ ἑνδρα, ἑραῶν δὲ τὰς ἀνέρας. καὶ γὰρ ἡγεστον τῆταν ἔμνον ζῶν, ἀλλὰ καὶ νῦν ὅλος ὁ κεθαρώτατος εἶναι λέγεται. *Opifici mundi placuit omnes ejus partes ANIMALIBUS implere. Propterea terrae attribuit terrestria; mari & fluviis aquatilia; coelo autem STELLAS. Nam & harum quaeque non modo ANIMAL dicitur, sed etiam mens purissima. Et idem lib. de opificio mundi ibid. Ζῶα τε εἶναι λέγονται, καὶ ζῶα νοερά. μᾶλλον δὲ νῦν αὐτὸς ἕκαστος, ὅλῳ δὲ ὅλῳ σπασδαῖος, καὶ παντὸς ἀνεπίδεκτος κακῶ. ANIMALIA dicuntur esse (stellæ) & quidem ANIMALIA INTELLIGENTIA. Magis vero unaquaeque earum mens est tota undique bona, nec mali ullius capax. Scilicet quia ipsis sunt entia animata, viventia, corporibus ad sui conditionem aptatis, & substantiis νοεραῖς intellectualibus praedita. Orac. Zoroast. vers. 47. & 48.*

Νῶ μὲν καλέχει τὰ νοητά, αἴσθησιν δ' ἐπάγει κόσμοις,
Νῶ μὲν κατέχει τὰ νοητά, ψυχὴν δ' ἐπάγει κόσμοις.

Mente quidem continet intelligibilia, SENSUM vero addit mundis:

Mente quidem continet intelligibilia, ANIMAM vero addit MUNDIS.

Imo

LIB.
III.
CAP.
IV.

486 DE PALINGENESIA VETERUM,

Imo & corpora *aërea* & *igneæ* Geniorum, (sicque mentium separatarum vehicula, quæ fordibus expurgatis in loca lucida reportantur, vide supra lib. II. cap. IV. § VII.) familiariter ζῶα *animalia* dici jam notavit Windetus de vita functorum statu sect. XIII. p. 210. *Omniſque GENIIS ſua CORPORA tribuunt non tantum Academici, qui ζῶα familiariter compellant; verum & ipſe Ariſtoteles Metaphyſ. lib. V. cap. VIII. Ουſία λέγεται τὰ τε ἀπλᾶ ſώματα, οἷον γῆ, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ ὅλας ſώματα, καὶ τὰ ἐκ τῶν συνετώτα ζῶα τε καὶ δαιμόνια, καὶ τὰ μόρια τῶν. &c.*

Quo ſenſu
noſtris
mens ad
Animam
uniuerſi
reverti
dicatur.

§ III. Cumque Anima hac ſolutione ad principium ſuum Deum, qui omnia animat & vivificat, indeque Anima uniuerſalis, ſeu mundi dicitur, revertatur, ad *Animam mundi* abire dicitur: non eo ſenſu quod in Dei animæ uniuerſalis ſubſtantiam *refundenda* ſit, ut Stoicorum voluit familia, ſed ad beatificam illius communionem & conſpectum, *individualiter* ab ipſo *diſtincta*, tranſitura. Plutarchus de placitis lib. IV. cap. VII. Πυθαγόρας Πλάτων ἀφθαρτον εἶναι τὴν ψυχὴν, ἐξίſταναι γὰρ εἰς τὸ ἑ παντὸς ψυχὴν ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές. Quæ ita Auguſt. Steuchus de perenni philoſophia lib. X cap. XXX. vertit *Pythagoras & Plato incorruptibilem eſſe animam: exeuntem enim reverti AD ANIMAM UNIVERſI AD SUUM GENUS.* Et rem explicaturus addit ibid. *Ex Cicerone autem, eodemque Plutarcho habes hanc Animam eſſe DEUM. Dicebat enim ſuperius idem Plutarchus Pythagoram & Platonem ſentire ANIMAM OPUS ÆTERNI DEI. Veniunt itaque a Deo, redeuntque AD DEUM animi.* Quæ

eſt

est etiam sacrarum literarum sententia : *Et spiritus inquit Salomon revertetur ad Dominum qui dedit illum : David autem emitte spiritum & creabuntur, & renovabis faciem terrae. Erat igitur apud priscos firma constansque sententia, quemadmodum docuit Moses a Deo, QUI EST ANIMA MUNDI omnium spirituum creator, & afflator mitti nostros animos, mitti autem NON TANQUAM A SUA SUBSTANTIA. Juxta quam priscorum sententiam Simplicius primo Physicorum dixit* Καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ ὑπὸ θεῶν ἐκλάμπεται λέγεται. *Etenim, inquit, dicitur anima a Deo radiare. En itaque Anima universi, a qua dicuntur animi nostri relucere. 2. Et Marcus, animus humanus decerptus ex mente Divina. Sic item erat sententia reverti eos ad suum GENITOREM, sed NON ITA REVERTI UT AD SUAM SUBSTANTIAM CONJUNGENDOS, & quasi avulsos copulandos, quemadmodum dicuntur Averroës nonnullique alii sensisse : sed ut ad creatorem, regemque suum, a quo creationem, similitudinemque suae naturae acceperint, & cujus non sunt de substantia, possint AB EO PROCUL esse, ad regna conspectumque ejus NUNQUAM VENIRE, SI SESE MALEFACTIS COINQUINAVERINT. Hoc sensit Plato, totaque Antiquitas. Confirmat hanc Steuchi explicationem fortiter id Plutarchi, & Steucho notatum, quod postquam dixisset Animam secundum Pythagoram,*

Qqq

&

2. *Et Marcus, animus humanus decerptus ex mente divina.] Scilicet hinc hic Stoicos a Pythagoræis ex his quæ animam universi Marco cum suis habuit mentem divinam, ipsumque Deum colligi potest; neque ulterius hæc ci-*

tatio capienda est : abiisse enim alias hic Stoicos a Pythagoræis ex his quæ supra lib. II. cap. X. § II. coll. cum hac § videre est.

& Platonem *reverti ad animam universi*, additur
καὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς, ἀλλ' ἔργον τῆς αἰδείας θεῶς ὑπάρ-
χειν. *Esse animam quippe NON DEUM, sed eterni*
Dei OPIFICIUM. Non itaque Mens humana na-
tura *Deus vel pars Dei* : Μὴ φύσει, μηδὲ κατ' ἐξοίαν.
Neque naturā, neque substantiā Deus, ut Hiëro-
cles supra pag. 49. non ergo in essentiam Dei ut
fui totum homogeneous refundenda. Et quod ex Ter-
tulliano audivimus *Animam secundum Mercurium*
NON REFUNDI IN ANIMAM UNIVERSI, *sed manere*
DETERMINATAM, sup. pag. 223. Quod distincte
apud Stobæum explicat Isis Phyf. cap. XL. p. 145.
Οὐ γὰρ, ὡς θαυμαστὴ καὶ μεγάλη πατρὸς Οσίρειος μέγα τέκ-
νον, ἀκρίτως, καὶ ὁρμηδὸν τῶν σωμάτων προσελθῶσαι εἰς αἶρα
ἀναλύονται τε καὶ διασκορπίζονται μετὰ τὰ ἄλλα ἀπείρου πνεύ-
ματος, εἴτε ἐκ ἐπὶ δύνασθαι πάλιν τὰς αὐτὰς ἔσας εἰς
σώματα παλινδρομῶσαι, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐκεῖνον ἐπὶ τὸν χώρον
εἶναι ὅθεν ἤλθοιτο προτέροις ἀναστρέφειν. *Non enim o magne*
patris Osiridis fili absque ordine, vel sine discrimi-
mine progressae de corporibus in AEREM RESOLVUN-
TUR, & per alium INFINITUM SPIRITUM DISPER-
GUNTUR, seu cum eo commiscuntur (animae,) ut
nequeant posthac EADEM (NUMERICE) existentes
3. in CORPORA redire, & in EUNDEM LOCUM, de
quo primum profectae fuerant, REVERTI. Et hinc
cum in eundem locum, eandemque conditionem,
quos ante descensum obtinuerat anima, redeat, seu
restituatur, hic ejusdem status Ἀποκατάστασις *restitu-*
tutio dicitur. Orac. Chald. vers. 231.

Καὶ

3. In corpora redire, & in eundem lo-
cum &c.] Per hunc in corpora redi-
tum transitum in astra significari ex animæ.
adjecto patet : scilicet sic in eundem
locum unde descenderant, revertuntur

Κὰν γὰρ τήνδε ψυχὴν ἴδης ἀποκαταστᾶσαν
Ἀλλ' ἄλλην ἐνίοσι Πατρὸς ἐναγίζμιον εἶναι.

Quamvis enim hanc animam videris RESTITUTAM

At aliam immittit Pater, ut numerum expleat.

§ IV. Atque hic in alteram illam post mortem *Hinc in alteram illam vitam transitum* vitam transitus etiam Παλιγγενεσία audit : Clemens Alexandrinus Strom. lib. III. de Indorum sapientibus Καταφρονέσι δὲ θανάτου, καὶ παρ' ὧν ἡγνῶται τὸ ζῆν, παλιν- *γενεσίας* πειθονται ὅτι εἶναι παλιγγενεσίαν. *Contemnunt mortem* & fere nihil existimant vivere : credunt enim esse *μετεμψωμάτων* REVIVISCENTIAM. Supra pag. 289. Cumque, de- *εἰς* posito jam corpore crasso, varia varii generis corpora, si ita vocare lubet, quibus in descensu *ve-* *hiculum æthereum* pro varia locorum per quos transiit qualitate superindutum fuerat, vid. supra lib. II. cap. IX. § XII. & lib. III. cap. II. § XII. in isthoc ascensu præterea exuenda sint, sicque & in aliam conditionem *corporis* respectu transeat Anima, Μετεμψωμάσεως *transcorporatio* : ut Cronius scripsit Περὶ τῆς παλιγγενεσίας sic vocans Μετεμψωμάσεως *transcorporationem*, seu *mentis in aliud corpus* TRANSITUM, teste Nemefio de naturâ hominis cap. II. pag. 51. ALTERA VITA AD MANES Mela lib. III. cap. II. supra pag. 307. Μεταστῆναι εἰς βελτίω καὶ κατάρωτερον βίον. *In meliorem purioremque* VITAM TRANSMIGRARE. Strabo lib. XV. sup. p. 286. Γένεσις εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα. NATIVITAS AD VERAM ET FELICEM VITAM. Idem Strabo lib.

LIB.
III.
CAP.
V.

490 DE PALINGENESIA VETERUM,
eod. supra p. 288. Ἐπεὶ βίῃ ἡγεύσονται alteram vi-
tam meliorem sortiri : Plutarch. supra pag. 93. &c.
Status vero hujus qualitatem lib. i. & ii. passim
tradidimus : sicuti & ea quæ Mediorum, & plene
Impiorum conditionem spectant ibidem exhibita
sunt.

C A P U T V.

Pythagoras quo sensu quondam EUPHORBUS &c.
Quid homo BRUTUM. *Mentisque in* VITAM
MULIERIS *degeneratio.*

*Pythago-
ras qua
ratione
quondam
Euphor-
bus.*

§ I. **E**X his, quæ allata hactenus sunt, quid de
Pythagoricâ Palingenesiâ censendum sit,
& quorsum eadem referenda, haud obscure pellu-
cere opinabar. Palingenesia scilicet Pythagorica
generatim *symbolice* explicanda est, & ad *mores*
referenda. Variæ pro conceptu Pythagorico in
descensu ante vitam terrestrem jam actæ sunt vitæ:
*Saturnia, Jovia Martia, Solaris, Venerea, Mer-
curialis, Lunaris*, & quandoque *Bruta*. Eam
agere fertur Anima cujus plurimum haurit, & præ-
valent affectiones. Id vitæ genus in terris potissi-
mum sequitur homo cujus speciem quondam maxi-
me contraxit: cujus cum affectionibus hinc maxime
luctandum est. Symbolica autem dicendi ratio id
ipsum rem vocat cui hæc similis est. Varias inde
passiones, & qualitates denominavit senex Samius
ab iis in quibus hæ eminentiori quodam modo ob-
tinuerant: sicuti & vulgari loquendi genere *Pœ-*

ta Homerus est, *vir fortis* Alexander, *Musarum*
refugium Mecænas, *Xantippe mulier impotens*. V.

Noster itaque in institutione sua innatos affectus
 aperturus ut quid exuendum esset suis monstraret
 vid. cap. II. § XXIII. semetipsum in exemplum
 proposuisse mihi (salvum omnino aliorum esto ju-
 dicium!) videtur, & quos ipse in descensu hause-
 rat, quique naturaliter in ipsius anima prædomina-
 bantur mythice significasse, & hac ratione *Eu-
 phorbum* se quondam dixisse, id est naturaliter illi
 ceu *militi glorioso* ex impressione *Martia* præva-
 lente similem quam vitæ speciem olim potissimum
 contraxerat, & egerat: quamque affectionem ra-
 tione jam debellaverat, & exuerat, uti Socrates
 affectiones postea Venereas &c. Atque talibus
 vere se naturaliter obnoxium passionibus, quales
Euphorbum perdiderant, ex signis physiognomi-
 cis tam infallibiliter discipulis demonstravit, ac per
 ipsius clypei Euphorbi, nulli magis quam Panthi
 filio cogniti, indicationem fieri potuisset: hæcque
 demonstratio *Clypeus Euphorbi*, vel hujus *ostenta-
 tio* familiæ Pythagoricæ, quævis involucris sepire
 consuetæ, forte dicta fuit, quæ involucra *Symbolica*
 postea in *Historiam* degenerarint.

§ II. Sed & antea *Æthalides* fuerat, ais, dein *Quo sensu*
Hermotimus, *Pyrrhus piscator* *Delius*, *Pyrauder*, *Æthali-*
Alce, *Callides* antequam *Pythagoras*: imo *Rex*, *des, Her-*
Pauper, *Satrapes*, & *Gallus*, *Equus*, *Graculus*, *motimus*,
Rana postea. Bene est, ad *fabule* scilicet *orna-* *Pyrrhus*
tum nonnulla addenda erant: *piscator* *Delius*
&c.

Pictoribus atque Poëtis.

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Neque tamen horum aliqua, vel similia a Pythagoricis ad sectæ extraneos vere dimanasse refragatur: cum ex hypothefi Pythagorica haud ita difficulter explicari posse videantur. Quævis scilicet, quæ ex descensu & generatione inhæreant, mala exturbanda, & superanda sunt: omnes quatenus extra ordinem ferant, mentemque obruant, & a Divinis abstrahant ex Numinibus errantibus haustæ affectiones subjugandæ & exuendæ: omniumque vitarum seu vitæ specierum habitudines purgandæ. *Æthalidem* autem a patre Mercurio impetrasse ferunt, ut *vivus & mortuus* omnium rerum *memoriam* haberet. Mens in generatione sopore obruta jacet, ideæque divinæ obliteratæ: hæ excitandæ sunt, rationes quondam divinitus inductæ in mentem revocandæ: (omnis scilicet rerum peritia *reminiscentia* est) non ineptum ergo hujusce rei symbolum *Æthalides*. Pythagoras magnum id Theologiæ suæ αἴτιον in praxin deducens vitam duxit *Æthalideam*. *Pyrrhus* piscator Delius, simplex forte omnino & rudis, in quo penitus torpuerit ratio, quique vitam tam abjectam egerit, ut inter homines numerari vix potuerit, solumque fere *vegetalem*, & *nutritivam* vitam duxisse censendus sit, Vitæ potestatisque *Lunaris* fuerit symbolum: qui nempe *Lunarem* sortiuntur *naturam* amant *piscaturam*, ac navigationem, ut supra audivimus. Mens Pythagorea in descensu *Lunæ* domum suscipiens, facultatem scilicet *nutritivam* & *vegetalem*, & secundum hanc certam vitæ periodum peragens, in tantum *Pyrrho* similis erat; *Pyrrhum* autem exuerat Mnesarchi filius:
dum

dum se totum nutritioni dedere, stipitisque adinstar torpere semper caverat sedulo; hancque affectionem superaverat, ut *infantilem* ætatem. *Hermotinus*, qui Mercurium veneretur, donaque Mercurialia ambiat præcipue & in deliciis habeat, huiusque influxum sequatur: talem aliquando quoque nactus erat habitum: qui & in periodo *Mercuriali* vires exseruerat: sed ratione temperaverat mens Pythagorea. *Alce*, scortum quod litat Veneri, vim vitamque *Veneream* significet; sed huic, ne superaret, fortiter restiterat. *Pyrauder* ignei vigoris qualitatem, affectiones *solares* prodentem: quam, in quantum menti nocere posset, cohibuit. *Euphorbus Martiam*, uti supra, quæ affectio *prædominans* fuerit. *Rex Joviam*, (quorsum *Callides* forte, aliudve quodpiam nomen referendum sit) cui neque mentem victam, vinctamque dederat Philosophus. Tandem factus *Pythagoras*, qui malignis *Saturni* habitibus debellatis *sublimium*, & reconditarum rerum contemplatione, virtutumque praxi occupatus a corporeis sese segregare, & ad alteram incorporeamque vitam aptum reddere summa ope adnititur.

§ III. Neque insolenter, atque incommode *Bruta* quandoque illos dici *queis os sublime* dedit Natura; vitam tamen *transeunt* VELUT PECORA CAP. III. § I. & V. vidimus. Κῆρες scilicet κατὰ φύσιν *Cretenses male* BESTIÆ. Lycurgus, Poëta vetus, apud Lipsium in Senec. epist. ciii.

Communissime
Bruta dici qui eorum mores sequuntur. Imo optimos Pythagorice post banc vitam in Animalia

Φεῦ πῶς ποτερόν ἐστιν ἀνθρώπων φύσις.
Τὸ σύνολον; ὃ γὰρ ἂν ποτ' ἐδέηθη νόμος.

Lib.
III.
CAP.
V.

transire
dici possit;
sed non
terrestria.

494 DE PALINGENESIA VETERUM,

Οἷε τὶ τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων
ἄνθρωπον, ἔδὲ μικρὸν, ἀλλὰ σχήματι.
Πλάγι ἐστὶ τ' ἄλλα, τῷτο δ' ὁρθὸν θηρίον.

*Iheu quam mala atque depravata prorsus est
Natura nostra! neque aliter lege erat opus.
Putasne tu interesse inter hominem & feram?
Nec paululum, nisi in figura corporis.
Curvantur alie, inambulat recta HÆC FERA.*

Sicuti & optimos eis τὰ ζῶα in animalia post
hanc vitam *transmigrare* dici posse; quanquam non
σαρκικὰ *carnea*, capitis præcedentis § II. docuit.

Mentis
in vitam
mulie-
brem de-
generatio
quaenam.

§ IV. Et quod ad id attinet quod supra cap. II.
§ VII. ex Platone dixit Alcinous, quod II, qui ab
injustitia superarentur, *secunda* generatione in vi-
tam *feminae* sint transituri, *tertia* in *brutorum* na-
turam degeneraturi, nihil id aliud quam mentis
rationalis in hac vita, quando parti *irrationali* mo-
rem gerere, eique se tandem totam emancipare
incipit, a natura sua, perfectione, debitoque ope-
randi modo *deflexionem* & *degenerationem*, hu-
jusque *gradus* successivos significat. *Femineum*
genus scilicet in omnibus Masculino *debilius* est:
ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρὸς. Ut Plato de Re-
publ. γ. Degeneratio, defectus & *παρέκβασις a fe-
mina* progreditur, ut ex Aristotele habemus supra
pag. 5. Deflexionis, hinc debilitatis, & peccati
nonnullis symbolum. Piërius Hiëroglyph. lib. xxxiv.
pag. 322. *Propterea quod FEMINA sit PECCATI
SYMBOLUM labilis enim mollis & ad delinquendum
proclivis admodum est mulier.* Ut Græcos ob animi

de-

demissionem a Therſite apud Homerum Ἀχαιῖδες
Græcas dici ibidem eſt. Sicuti & quod Onirocri-
 tis, quorum ſcientiæ accuratiſſime operam dedit
 Pythagoras, ut apud Porphyrium teſtis eſt Dioge-
 nes ſupra pag. 20. *prolapſionis* in conditionem de-
 teriorem ſignum ſit mulier : *Adhæc Onirocritæ*
dicunt, ſi princeps quiſpiam in FEMINAM ſe dege-
neraſſe per nocturnam ſit imaginem arbitratus, fu-
turum ut loco DEJICIATUR, propterea quod mulieres
plurimum imperiis virorum SUBJICIUNTUR. At-
 que ita partem animæ rationis expertem femi-
 nam vocant noſtri, cui quando ſe connectit ratio
 interna mens polluitur. Porphyrius de abſtinentia
 lib. iv. § xx. Μιάνει δὲ καὶ τὰ πάθη τῆ ψυχῆς τῇ συμ-
 πλοκῇ τῆ ἀλόγου ἡλινομενῆς τῆ ἐντὸς ἀρρενῆς. *Animæ*
autem perturbationes polluunt connectione PARTIS
RATIONIS EXPERTIS EFFEMINATÆ cum ratione maf-
culo interno. Primo ſcilicet debilitatur & obſcura-
 tur mens & ratio quando *irrationalibus* motioni-
 bus ſeſe ſubmittere incipit ; & *feminae* adinſtar
 ſeſe habet : ubi rationis quidem uſus, ſed *debilior* ;
 quando autem ulterius eaſdem ſequi *conſueſcit, bru-*
torum tandem ſimilitudinem refert, & ita gradatim
 in deterius vergit.

§ V. Et hæc ſunt quæ certe fatiſ, ut mihi fal- *Concluſio.*
 tem videtur, de mentis *Palingeneſia* & *Metenſo-*
matofi Pythagorica concludi poſſint. Atque ita &
Tertiam penſi noſtri partem, qua potuimus, ab-
 ſolvimus. Cum interim etiam de univerſi *Palin-*
geneſia quapiam *univerſali* poſt periodicas quaſdam
 hic illic mentio injiciatur, qualem aliquam & no-

496 DE PALINGENESIA VETERUM,
stri tenuisse videntur, pauca de eadem, prout
mihi res apparet, addere constitui.

C A P U T VI.

De

Palingenesia UNIVERSALI.

*Universi
ætates &
conversio-
nes octo.*

§ I. **U**T itaque in hominis vitâ *septuplex* pro
Planetarum numero permutatio ante-
quam ea obtineat vicissitudo, qua corpore crasso
deposito aëreo, vel æthereo tantum indutus oche-
mate in fedes æthereas, statumque plene beatum
restituitur fieri concipitur: ita & in *Universi* du-
ratione *septem* ætates varias, & mutationes, pro
eorundem *Erronum* numero, priusquam *octava*,
quæ rerum tandem perfectas exhiberet formas, or-
bis *Fixarum* revolutionem sequens, illucescat, Ve-
teres concepere; ut in universum *octo* mundus æ-
tates, seu *conversiones* habiturus esset. Plutarchus in
vita Syllæ de prodigiorum perniciem Romanis por-
tendentium maximo tempore Marii op. tom. i. p.
453, & 454. *Et quod omnium fuit maximum ex
claro, & sereno coelo vox increpuit tubæ acuta
& lugubris, ut obstupescerent & cohorrescerent ejus
magnitudine omnes. Hetrusci vates MUNDI CON-
VERSIONEM prædicaverunt portendi hoc ostento, &
MUTATIONEM IN ALIAM ÆTATEM (μεταβολὴν ἐτέρας
γένους ἀφαινόμενον, καὶ μετακόσμησιν ἀποσημαίνων τὸ τέρας.)
ESSE ENIM EARUM OCTO GENERA VITA ET MORI-
BUS INTER SE DISSIDENTIA (εἶναι μὲν γὰρ αὐτῶ ὀκτὸ
τὰ σύμπαντα γ' ἢ διαφέροντα τοῖς βίοις ἔχ' τοῖς ἡγεσι δὲ ἀλ-*

λη-

λίδων.) *Unicuique praeſinitum a Deo certum tem-
porum numerum, qui MAGNI ANNI ambitu limite-
tur.* (συμπεριόριστον ἐνιαυτοῦ μεγάλου περιόδου.) *Quum
unius terminus adſit inſtante alia, moveri ex terra
vel coelo miraculum, ut illis quibus haec curae ſunt,
& qui haec percipere, perſpicuum ilico ſit natos
eſſe homines qui ALIA VITA, ALIIS STUDIIS utuntur
(ὅτι καὶ τῶν ποικίλων ἄλλοις καὶ βίοις ἀνθρώποις χεῖρ ἔχοντες γεγονόσι)
& quorum gerant Dii majorem, vel minorem cu-
ram.* Videatur hic Voſſius de idolol. lib. II. cap.
XLVII. pag. 284, 285.

§ II. Hetruſci videlicet, inter antiquos ſapientes memorati, veterum *Pelaſgorum* colonia habentur, videatur Stillingfleetus orig. ſac. pag. m. 473. Qui *Pelaſgi* primi Græciæ, & inſularum adjacentium incolæ, idem p. 465, 466, 472. Poſteri *Phalegi* ex oriente, ſeu Chaldaea oriundi pag. 468, 469, & 470. antiquam Orientalem ſeu Chaldaicam philoſophiam ſecum attuliſſe facile concipiuntur; per quos ea tandem in *Thuſciam* traducta ſit: ut vetus *Hetrufcorum* lingua cuncta fere habet ab *Orientalibus* ſacrorum nomina vid. laudat. Stillingfleetus p. 473. Voſſius de idolol. lib. II. cap. 57. pag. 312. Et vetuſtis *Tuſcis* certas rerum *periodos* creditas quæ antiquiſſimam propaginem *Orientalem* redolent apud Suidam videre eſt in voce Τυρρηνιοί.

*Sapientiae
vetustae
traditionariae
apud Thuſ-
cos veſti-
gia.*

§ III. Eam Palingeneſiam univerſalem deſcribere videtur Plato in Politico non longe a principio: ubi notari poteſt I. Mutationem hanc *omnium coeleſtium alternationum maximam, extremamque futuram.* II. Quæ inde *maximas circa homines mutationes illatura ſit.* III. Eam futuram quan-

*Quid de
Palinge-
neſia uni-
verſali
Plato.*

do mundi circuitus competentia sibi curricula temporis expleverint. IV. Non modo hæcenus consueto, seu ordinario gubernaturum Deum sed mundi gubernationis demissurum habenas: seu alteri concessurum. V. Scilicet a sapientiâ & vitâ, quas mundus ab eo, qui ab initio illum construxit, sortitus est, movebitur, id est, ut existimo, a mente divinâ insitâ. VI. Mundum hac ratione demissum recursurum, seu potestate facta retrogradum multa revolutionum millia peracturum. VII. Totius mundi machinam tum ita ut nunc, tum contra revoluturam, maximamque immutationem continuo secuturam illam revolutionem quâ coelum contra quam nunc reflectitur. VIII. Ob maximam hanc immutationem multa animalia, quæ eam ferre non poterunt, interitura esse hominesque superfuturos perpaucos, qui multis novisque, & mirabilibus passionibus tunc afficiendi sint. IX. Ita quidem ut omne vivens passu retrogrado formam rejuvenescentem induturum sit: & corpora mirè de quantitate sua decessura sint. Principio in quacunque ætate quodvis animal est constitutum, inquit, in eadem progredi cessat, neque fit senius mortalium quicquam; sed in figuram transit contrariam¹. junioremque & molliorem habitum induit, seniorumque cani capilli nigrescunt, & quibus genæ barbatae prius erant, jam barba deposita

1. Sed in figuram transit contrariam.] accretionem increassantur, senescunt, tandemque in mortem præcipitantur, Hæc ita finguntur ut sub aliquâ ideâ sic ductu contrario aliquando in statum contrarium retorquenda concipiuntur. corporum immutatio, rerum forma rejuvenescens, mortuorumque resurrectio exhiberentur: scilicet ut corpora ordinarium cursum naturæ secuta per

sita in priorem speciem restituuntur, pubescentium quoque corpora pilis positis mollescent, sensimque singulis diebus, & noctibus decrescunt in pulli naturam redeunt 2. *atque in his tam animae quam corpora habitum subeunt puerorum, demum tabescentia deficiunt, & intereunt.* X. *Cadavera annihilanda vel immutanda: Cadavera praeterea illorum, qui coelestis mutatione vertiginis subito corruerunt, idem patiuntur, & simili ratione clam ac brevi putrescent.* XI. *Imo & mortuos resurrecturos: (ἐκ τῆς τελευτηκόων αὐ καίμων δὲ ἐν τῇ γῇ πάλιν ἐκεῖ ἐνσταμόντες, & ἀναβιωσάμενοι.) Huic enim quod dicitur senes in naturam regredi puerorum hoc consonum est, QUOD EX MORTUIS, SED TERRA CONDITIS ILLI ITERUM TUM RESTITUTI, REVIVISCENTESQUE (seu ex mortuis, & jacentibus in terra rursus ibi consurrecturos, & revicturos) quidam sequuntur rationem illam coeli, sive seculi, generatione in contrarium revoluta, ac terrigenas hac ratione necessario editos, sic nomine & sermone vocari, quotcunque Deus ipsorum in aliam sortem non transtulit, exornavitque.*

Rrr 3

§ IV.

2. *Sensimque singulis diebus & noctibus decrescunt in pulli naturam redeunt* &c.] Miror hæc & tali & Christianis placere potuisse ut Berpardo Connor Anglo, quem conceptum suum de corporibus resuscitatis hinc hausisse puto. Ita ille in Euangelio Medici art. XIII. p. m. 159. *Corpus itaque redivivum non tantum tota post ortum advenit materid; sed etiam ab omnibus faeculentis partibus expurgatum, & superfluis organis tanquam exuviis spoliatum ad MINIMAM MOLEM reducitur, & volumen; nec desinet esse totum, & integrum* XIV. *corpus humanum, quia omnibus partibus in hoc statu ad vitam necessariis constabit. Homines igitur qui cum naturali, seu PONDEROSO ET CRASSIORI CORPORE olim obierunt cum SPIRITUALI quodam MICRO-SOMATE, seu PUSILLO corpusculo PASSESERUM NB. forsan, imo forsan & MUSCARUM instar LEVES MAXIME, AGILES, ET SUMME MOBILES RENASCENTUR.* De opinione autem ipsa quid censendum ex Magno Marckio discas in nobili opere de expectatione Gloriæ futuræ Jesu Christi lib. II. cap. VI. § XIII. &

Duplex
anima-
rum judi-
cium Pla-
toni forte
cogni-
tum.

§ IV. *Duplex* scilicet Animarum Judicium quod prisca tenet fides, alterum immediate post hominis obitum, quo animæ piæ singulæ mox in *coelum*, impiæ ad *Inferos* remittuntur, alterum universalis *resurrectionis* tempore habendum quo omnes simul in corporibus resuscitatis judicandi sunt; variusque inde hominum status ex veritate traditionaria Platoni aliquantisper innotuisse videtur: cum hic, ut & in Phædone clarâ satis *resurrectionis* mentionem injiciat Εστὶ γὰρ ait ibid. p. 55. ὁ Κέβης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ πάντας μάλλον εἶπαι. καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐκ ἱεραπατάμενοι ὁμολογῶμεν. ἀλλ' ἐστὶ καὶ τῷ ὄντι καὶ τὸ ἀναβιώσκεισθαι, καὶ ἐκ τῆ τεθνήσκων τὰς ζῶντας γιγνεσθαι, καὶ τὰς τῆ τεθνήσκων ψυχὰς εἶναι, καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς ἀμεινον εἶναι, ταῖς κακαῖς κακίον. *Est ergo o Cebes, inquit, maxime omnium ita, ut mihi videtur, neque nos haec ipsa quasi decepti confessi sumus; sed revera REVIVISCENTIA est, atque ex MORTUIS VIVENTES FIUNT. Mortuorumque supersunt animae, atque bonis quidem melius est, malis vero pejus.* Unde Tertulianus de Resurrect. init. inquit. *Eam (resurrectionem) etiam seculo praesertim PLATONICIS, ac PYTHAGORICIS non ignotam fuisse.* Et judicium quodpiam animarum quod *statim* post hominis obitum habeatur quodque in loca commerita *coelum*, vel *inferos* transmittat, statuatur, ut vidimus lib II. cap. IX. §. IX. & § VII. Atque interim in X. de Republ. Erus Armenius narret se vidisse *Animas puras ex COELO descendere, atque alias squalidas ex TERRA, seu INFERIS ascendere, postquam utraeque per mille annos vitam convenientem, in coelo laetam scilicet beatamque; sub terra tristem, cruciatibus-*
que

que obnoxiam duxissent : & in communem locum convenire, unde ad PARCARUM THRONUM alteras vitas distribuentium accedendum erat, atque id vitæ genus subeundum quod ibidem obtingeret. Sed veritatem illam traditionariam non penitus concepiſſe putandus eſt Philoſophus, hincque ei heterogenea nonnulla admixuiſſe : imo & forte de induſtria fabuloſa addidiſſe : veritas enim odium parit, & quo quid Divinæ propius acceſſerit; eo ab illa, quæ idololatriſ pro tali aſſumpta eſt, ei acrius bella moventur. Neque, ſi ita voluit Plato, pugnat quod ſupra lib. II. cap. IX. § IV. V. & VI. pios jam in ſtatum beatum, & conditionem immutabilem tranſcripſerit: cum id iudicium tempore reviviſcentiæ habendum eorum beatitudinem non imminuat; ſed confirmet: neque quod peſſimos in æternum carcerem incluſerit § VIII. cum hos ab hoc iudicio ſecundo excluſiſſe videatur; vide ibidem exemplum Ardiei.

§ V. In hac itaque *Palingeneſia univerſali* corpora crassa, *quatenus crassa*, puto, interibunt, ut ex Platone audimus: ſeu hunc in modum immutabuntur ut *ſubtiliſſimam* quandam eſſentiam induant. Scilicet iſthoc fatali tempore *Arimanius* Oromasdem oppugnans, id eſt materia crassa mentem obruens, turbans & ad divina agitanda inhabilem reddens, polluensque *abolebitur*, ut ex doctrinâ Magorum referentem Plutarchum habemus ſupra lib. II. cap. IV. § X. Sicuti res materiales, cui præeſt *Arimanes*, ex doctrina Zoroaſtris quemadmodum ortum cepere aliquando, ita quandoque interituræ dicuntur, vid. Stanlej. Phil. Orient. p.

In Palingeneſi univerſali corpora ſubtiliſſimam eſſentiam induutura.

193. 209. &c. Ita quidem ut corpora in quibus vitam tracturæ mentes sunt *neque alimento usura sint, neque umbram projectura*: vide supra pag. 264. & 265. Atque sic corpora *quasi* spiritualia gestanda sint. Quo in capite Vetustiores ex traditione *eadem* illa corpora, quæ in orbe incoluerant animæ, ut iterum *induenda*, sic hac ratione *immutanda* esse, voluisse videntur: *iidem enim illi* (seu multi ex iis) *qui TERRA CONDITI ERANT, seu in terrâ jacebant* (κεκλιμένοι ἐν τῇ γῇ) sicque & *idem illud quod ibidem hærebat*, nempe *corpus* (mens enim ad astra evolaverat) *restituendi erant, & re-victuri* (πάλιν ἐκ αἰ ζωνιστάμενοι & ἀναβιωσάμενοι.) Locus apprimè similis dicto Prophetico Danielis cap. xii. commate 2. *Tandemque multi ex DORMIENTIBUS IN TERRA EXPERGISCENTUR*. Recentiores autem rem ad *vehiculum* animæ *æthereum aëreumve* detorsisse, 3. (vide quæ supra pag. 262. & 263. in not. dixerimus) sicque omnem tandem corporis post mortem *restitutionem* negasse. Neque amplius tum *moribus* diversos homines futuros; sed eodem omnes *vita* genere & *linguâ* usuros plene *beatos* ex laudato Plutarchi loco supra p. 265. etiam intelligimus. Perfectam enim Divinamque rerum faciem, vitam plene justam, consuetumque cum Diis consortium, & si quæ sint Saturniis regnis feliciora allatura erat hæc *Apocatastasis*.

§ VI.

3. *Ad vehiculum animæ æthereum aëreumve detorsisse.* Inde quoque in Christianismum transvecta labes: sci- que consequenter *Animam* tantum non licet qui ex disciplina Pythagorica seu *corpus* redemisse argutabantur, quales Platonica in hunc transferant carnis haud Valentinus, Carpocrates, alii.

§ VI. Illam interim futuram audimus quando mundi circuitus competentia sibi curricula temporis expleverint: quod vulgo *Anni magni* 4. curriculo circumscribunt; quem aliquando definiunt quando omnes *Planetae* in unum idemque punctum, unde motum auspicati fuerant simul reversi fuerint. Alcinous de doctrina Platonis cap. xiv. *Ex omnibus demum revolutionibus absolutus numerus, tempusque complebitur, cum ad IDEM PUNCTUM OMNES PLANETÆ PERVENIENTES ejusmodi accipient ordinem, ut linea quadam recta a supremo circulo usque ad terram secundum perpendicularum considerata omnium centra in ipsa conspiciantur.* Censorinus de die natali cap. xviii. *Est praeterea ANNUS quem Aristoteles (forte Aristocles conjectante Lipsio) MAXIMUM potius quam MAGNUM appellat. Quem SOLIS & LUNÆ VAGARUMQUE QUINQUE STELLARUM orbes conficiunt, cum ad idem signum, ubi quondam simul fuerunt, una revertuntur. Cujus anni hiems summa est CATAclysmus, quam nostri diluvionem vocant; aestas autem ECPYROSIS, quod est mundi incendium. Nam his alternis temporibus mundus tum ignescere, tum exauescere videtur.* Aliquando generalius quando omnes stellae in primævum locum redierint: ita Macrobius in somn.

Quando
futura.

S s s

Scip.

4. Anni magni.] De hujus spatio & mensura parum convenisse inter veteres præter alios dabit Censorinus de die natali cap. xviii. qui hunc annum magnum Aristarchum putasse ait esse annorum vertentium duum millium quadringentorum octoginta quatuor; Areten Dyrrachinum quinque millium quingentorum quinquaginta duorum; Heraclitum & Linum decem millium octingentorum; Dionem decem millium octingentorum octoginta quatuor; Orpheum centum millium viginti; Cassandrum tricies sexies centum millium; alios esse infinitum. Ut iterum alii trecentorum millium annorum ajunt ut Julius Firmicus; alii triginta sex millium ut Plato; alii millium quingentorum decem ut Macrobius &c.

1741.

Scip. lib. II. ANNI MUNDANTI finis est cum STELLÆ OMNES a certo loco ad EUNDEM ita remearint: ut *ut una quidem coeli stella in alio loco sit, quam in quo fuit, cum omnes alie ex eo loco motae sunt.* Nonnunquam quando octo circuitus fuerint completi, scilicet septem Planetarum, Fixarum unus. Plato in Timæo: *Est tamen intellectu facile quod perfectus numerus temporis perfectum tunc demum compleat ANNUM, cum OCTO AMBITES confectis suis cursibus ad idem se caput retulerint.* Cumque ajat Philosophus totius mundi machinam tum ita ut nunc, tum contra revoluturam: & mundum recursum, seu passum retrogradum per multa revolutionum, vel annorum, vel dierum millia peracturum, sphaerae Fixarum motum subindicare eum conjicio: has enim in dies singulos terram circumvolvi ab ortu in occasum novimus ita quidem, ut & proprio motu ab occasu in ortum sic ferantur ut plurimorum millium annorum s. spacio periodum hanc suam demum absolvant, videantur Senguerdus Philos. natural. p. 208. Colbertus Physica vet. & nov. pag. 1006. Ita ut fixarum hic motus proprius ante Hipparchum cognitus fuisse videatur. Et sic octava mundi conversio concipienda erit fore sub Fixarum revolutione; sub qua omnia passu retrogrado ad renovationem tendant: tandemque consequantur. Hanc interim universalem Palingenesiam

5. Plurimorum millium annorum spatium Alphonfus Arragoniae Rex; Conio.] Et hanc periodum varie definiunt: annorum triginta sex millium spatium eam absolvi voluerunt Hipparchus & Ptolemaeus; quadraginta novem millium Alphonfus Arragoniae Rex; Conio. pernicus viginti sex millium; viginti quinque praeter propter millium Senguerdus; videantur Colbertus & Senguerdus loc. cit.

fiam *particulares* nonnullas antecedere, quæ alios
atque alios mores, & immutationes inducant, ex
§ 1. hujus cap. videre est: atque has renovationes
mediantibus *Cataclysmo* & *Ecpyrofi* perfici mox ex
Censorino audivimus; & apud Platonem legimus
in Timæo: *Fit enim inquit longo temporum in-*
tervallo coelestis CIRCUITUS PERMUTATIO quædam
quam INFLAMMATIONIS vastitas necessario sequi-
tur, &c. Et mox: *Sed certis temporum curri-*
culis ILLUVIES immissa coelitus omnia populatur.
Apud Græcos scilicet, & alias gentes, non item
Ægyptios. Qua de Periodica mundi Regenera-
tione multa congestit Burnetus telluris Theoriâ fa-
crâ lib. III. cap. II. & III. & lib. IV. cap. V. qui videatur.
Et qua ratione eam tenuerint *Stoici* ulterius legere
est apud Marcum Antoninum lib. V. § 13. & 32. x.
§ 7. xi. § 1. & in loca hæc assignata copiosissimum
commentatorem Gatakerum. Etiam Lipsium de
physiol. Stoicor. lib. II. Dissert. XXI. & XXII.

§ VII. Id solum addiderim aliter omnino *Stoi-* *Magos,*
cis, quantum mihi quidem videtur, Palingenesias *Tuscos,*
mundanas conceptas esse quam vetustis *Magis,* *Ægyp-*
typtiis, *Tuscis,* *Platoni* &c. I. Quod Palingenesiæ *tios,* *Plat-*
Stoicæ omnes omnino tollant, homines, animalia, *onem*
&c. totumque novum procreent genus quodcunque, *&c. hos*
adeoque omnes universales habeantur, vide Lipsium *in capite*
pag. 130. *Ægyptiacæ* & *Platonica* homines ali- *a Stoicis*
quos *residuos* faciant, non necandos; sed immu- *diversos.*
tandos, vide supra § III. & apud eundem Lip-
sium p. 129. II. *Stoici* hæc innovationes *infini-*
tas faciant, Lipsius pag. 136. *Thuscorum* doctri-
na octo tantum numeret *Metaxoomicis* vide supra

§ I. III. Quod per has periodicas Palingenesias *easdem* res omnes, quæ ante obtinuerant, & in eandem penitus naturam, *formamque* restitui voluerint, vid. Lipsi. p. 136. atque adeo *eadem* quæ quondam *crassa corpora gestanda* esse opinati fuerint, vide supra pag. 363. ex Nemefio. Secundum *Magos*, & *Platonem* vero *Arimanius* tandem *abolendus* sit, & *corpora* ita *immutanda*, ut nec *alimento* indigeant, nec *umbram* faciant, supra § v. IV. Palingenesiæ inde Stoicæ nunquam beatitatem absolutam & statum immutabilem inferant; sed homines ut moribus diversos sic & in malum continuo relapsuros faciant, videatur rursus Lipsius pag. 136. Cum contra ultima rerum immutatio ex *Magorum* sententia regnum statumque plene *beatum*, *mores omnium eosdem*, *vita genus idem*, *linguam eandem* &c. allatura sit: vide supra pag. 265. Ut veritati Divinæ nostri Stoicis longe propiores fuerint: in hoc potissimum lapsi quod a *Diluvio* & *Conflagratione* futurâ, quæ mundum expurgari acceperant, unde & plures unâ rerum immutationes & *ἀναστάσις* futuras didicerant, pro numero *sphærarum*, quarum Dii omnium fere in universo mutationum causas opinabantur, renovationes ad *octonarium* multiplicarint.

CAPUT VII.

Generales quosdam monstrans Fontes solutionum.

§. I. **P**enso ergo nostro, ut ut est, absoluto, *Numerum ajer-
trum non
normam
veri.* *solutionum Fontes* nonnullos, qui medicinam faciant iis, quæ objectionum vel dubiorum adinstar subnasci queant, aperire adnitendum erit.

I. Tot numero scriptorum consensus, quo Pythagoræ cum asseclis, illiusque magistris, *Μετῆλυξω-
σις* crassa, indeque ab animalibus & fabis abstinentia adsignatur, scrupulum cuipiam injiciet forsan. Ad hanc autem difficultatem attendi velim illud Justiniani in præfat. de conceptione Digestorum: NEQUE EX MULTITUDINE AUCTORUM JUDICANDUM QUOD MELIUS ET ÆQUIUS EST: *cum possit forsitan
& deterioris sententia & multas & majores in ali-
qua parte superare,* apud Rittershusium in Phæd. Fab. LXIII. Atque illud Arcadii in l. XXI. ob Carmen. § ult. D. de testibus, apud eund. NON IGTUR SEMPER AD MULTITUDINEM RESPICI OPORTET, SED AD EOS QUIBUS POTIUS LEX VERITATIS ADSISTIT. Videatur & hic Christ. Thomafius 6. in praxi Logices cap. III. § LXXXVI. Tum illud, quod palam est, eos qui extra disciplinam,

S s s 3

fēc.

6. Thomafius.] Et sicut sæpe monuimus, quod in rebus ab humana ratione dependentibus nemo se humana auctoritati alligare cogatur; ita & in inquisitione theos fundamentalis auctoris cujusdam, vel cause legis, primario non respiciendum sit, *qualem INTERPRETATIONEM EJUS ALII
jam fecerint, CUJUSCUNQUE tandem sint
AUCTORITATIS, sed quod THESES COM-
MUNIS RATIONIS nos docent, principali-
ter intuendum.*

sectamque quampiam sunt, vel nullam, vel raram cum eadem habent communionem aliena haud raro, imo & absurda de eadem literis consignare; maxime si accesserit invidia vel odium: quo modo & facillime alii, præcipue qui sequentium seculorum sunt, quanquam veritatis intime amantes, decipiantur. Ut si quis hic *numerum* agentium ab solutam veri *regulam* voluerit ex Tacito, 7. Plutarcho, 8. Democrito Historico, 9. Appione Grammatico, 10. Martiali, 11. Juvenali, 12. Petronio, 13. Justino, 14 aliis omnem a Mose institu-

tam

7. Tacito.] Annal. lib. XXI. init. PLURIMI AUCTORES CONSENTIUNT orta per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret regem Bocchorim adito Hammonis oraculo remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum ut invisum Deis alias in terras abebere iussim. — Sed nihil æque quam inopia aquæ fatigabat, jamque haud procul exitio totis campis procubuerant, cum grex ASINORUM agrestium e pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moses conjectura herbidi soli largas aquarum venas aperit. — EX FIGIE ANIMALIS, (Asini scilicet) quo monstrante errorem, sitimque depulerant PENETRALI SACRAVERE. — Sue abstinent memoria cladis qua ipsos SCABIES quendam turpaverat, cui id animal obnoxium.

8. Plutarcho.] Sympos. lib. IV. p. 670. Sicut ASINO suus est apud eos (Judæos) HONOR, qui fontem aquæ iis demonstravit.

9. Democrito Historico.] Apud Suidam in voce ἰσδαζ, Democritus Historicus de Judæis hæc ait, Aureum ASINI caput adorant &c.

10. Appione Grammatico.] Vide Josephum lib. II. contra Appionem.

11. Martiali.] Epigramm. XI.

Esce negas, jurasque mihi per templatnantis.

Non credo. Fura, Verpe, per ANCHARIUM. Id est Asinum.

12. Juvenali.] SATYRA XIV.

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem. Nil præter nubes, & CILII mumen adorant. Κίλλος, Asinus.

13. Petronio.] In Catalect.

Judæus licet & porcinum numen adoret, Et CILIA summas advocat auriculas.

14. Justino.] lib. XXXVI. cap. II. Sed Ægypti cum SCABIEM & VITILIGINEM paterentur, responso moniti cum (Mosen) cum ÆGRIS ne pestis ad plures serperet terminis Ægypti PELLUNT. — Et quoniam METU CONTAGIONIS PULSOS SE AB ÆGYPTO meminerant, &c. Qui autem plura ejusmodi de Judæis deliramentorum genera, præter ea quæ amplius apud Tacitum, Plutarchum de Iude & Osiride, & Justinum prostant, desiderat Alexandrum Miletium Polyhistorum apud Suidam in voce Ἀλέξανδρος, Florum lib. III. cap. V. Strabonem Geogr. lib. XVI, & XVII. &c. adeat.

tam Theosebiam, disciplinam omnem sacram Israëliticam habiturus sit *Ὀυλαγείαν*: & Judæos nonnisi *scabie* contextos, hincque Ægypto pulsos terræ *Canaanis* faciet incolas. Et quæ non opinionum & consuetudinum monstra nascenti *Christianismo* uno ore affinixerit Gentilitas unus dabit Minucius Felix. Non aliter re cum *Pythagoreis* sese habente, utpote qui pertinacissimo silentio astringerentur, ne cum sectæ extraneis sapientiæ mysteria communicarentur; unde *Mysticæ* & *Symbolicæ* enunciationes in institutione adhibitæ, quas Mysteriorum rudes non nisi divinando tentare poterant: unde & errandi occasio multiplex, tandemque perperam intellecta vel detorta pro genuinis affingendi; præprimis cum hic & accesserit *invidia* & *calumnian-di* animus in nonnullis *philosophis* ut supra p. 409, & 410. Porphyrium enarrantem audivimus.

§ II. Sed *Historicos* forte II. non adeo vulgo partium sectarumque studio abreptos crassam animarum *Transmigrationem* Pythagoræ aliisque adscribere regeret quispiam. Resp. Neque raro tamen & hos præ studio iniquos deprehendi non erit quod urgeatur multis. Vetustissimos interim vitæ & philosophiæ Pythagoricæ scriptores ad minimum C annis Pythagora juniores extitisse, atque integram hujusce philosophi historiam ante primam scholæ Peripateticæ institutionem colligi nequidem potuisse, indeque multas *Fabulas* Historiæ Pythagoricæ immixtas esse docet Dodwellus exercit. II. de ætate Pythagoræ philosophi pag. 98, & 99. Unde & in scriptis Recentiorum, & a philosophi memoria remotiorum idem facile incommodum. Distinguen-

Historicos
haud raro
ex dictis
factisve
Philosophi
alicujus
sectæ,
gentisve
ab ejus
opinionibus
aliena
concludere.
& errare.

dum esse porro novimus inter opiniones, verba, facta seu consuetudines alicujus *philosophi*, sectæ, vel gentis, & *Historici* qui hæc tradit, ac recentiorum qui illum sequuntur, judicium, ratiocinia, & conclusiones de istis opinionibus verbis, factis &c. vide supra pag. 282. Non raro enim *Historicus* ex verbis factisve hujus, vel illius ab ejus opinione *aliena* concludit. Aliterque dicta capit aliter: ut sæpe in *Allegoriis*. Ut notandum probe sit num easdem quidem eas potestates & sensus verbis subjecerint *Historici*, quas intendebant ii, de quorum opinionibus sermo instituitur. Atque ea quæ cum consueto loquendi genere, reliquisque philosophi, sectæ, gentisve cujuspiam moribus & opinionibus pugnant continuo pro *spuriis* habenda esse: ut contra ea, quæ cum hisce conspirant amice, pro *genuinis*, saltem maxime probabiliter, non ita difficulter largietur quilibet, opinor. Multa tandem ex *Historicis* & *Philosophis* pro crassa animarum transmigratione afferri quæ illuc nihil pertinent supra lib. I. & II. passim vidimus.

Ex Poë-
tici re-
rum, &
opinio-
num des-
criptioni-
bus de his
non aesti-
mandum
esse. Quid
ad ea quæ
ex Ovidio
afferun-
tur.

§ III. Quod autem III. ad *Poëtas*, quorum hic frequens auctoritas, generatim attinet, L. B. ad Plutarchum libro de *audiendis Poëtis* remitto: ubi audimus *Poësi* non admodum curæ esse veritatem. Πρὸς ταῦτα δὴ, inquit, πάλιν παρασκευάζωμεν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἔχειν ἑναυλον ὅτι ποιητικῇ μὲν ὃ πάντοτε μέλον ἐστὶ τὸ ἀληθές. *Adversum hæc ergo rursus prompte id aures nostras personet*, POESI NON ADMODUM CURÆ ESSE VERITATEM. Op. tom. II. p. 17. Et paulo ante pag. 16.

Πολλὰ ψεύδονται ἀνδοί.

— *Permulta canunt MENDACIA Vates.*

Ubi

Ubi rationes ob quas haud raro veritati parcant
vid. Dodwellus de ætate Phalaridis p. 23. *Sed ve-*
ro a POETIS nemo factorum VERITATEM præstan-
dam exspectat. Satis illi munere suo satis fecisse cre-
duntur si RECEPTIS SUORUM TEMPORUM OPINIONI-
BUS USI FUERINT, UTCUNQUE INCERTIS, UTCUNQUE
INTER SE PUGNANTIBUS. Et speciatim ad ea quæ
ex Ovidio afferuntur vide supra pag. 29, & 30. ex
jactis fundamentis Resp. distinguendum esse inter
verba mentemque Poëtæ & opinionem Philosophi;
quam vel perperam cepit ille ex communiori fama,
vel in alienum ipse sensum, *Symbolicis & impro-*
priis proprie sumptis, detorsit: cum Philosophiam
Pythagoricam a tali animarum migratione alienam
viderimus. Et quantum ad id quod negasset *Infe-*
ros Senex Samius ut canit Ovidius:

O genus attonitum gelidæ formidine mortis
Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis
Materiem vatum, falsique pericula mundi?

Ea sensu *vere* Pythagorico non Inferorum nega-
tionem inferunt; sed *Poëticam* eorum descriptio-
nem *non proprie* capiendam ajunt: volunt videli-
cet Pythagorei existenti post hanc vitam animæ ut
præmia ita poenas reddi; modum autem & rem
ipsam *Poëtarum* fabulis involutam non ad literam
intelligendam esse: sicque *Styga, Cocytum Pyriphle-*
getontem, &c. denominationes esse *poëticas & fictas*
ut aliqualem vulgo inderent status futuri concep-
tum. Videatur Timæus Locrus Lib. de anima mun-
di. Et Plato supra p. 353. Ut *Stoici* eadem ratio-
ne

LXX.
III.
CAP.
VII.

512 DE PALINGENESIA VETERUM,

ne *Styga*, *Cocytum* &c. fabulas habebant, attamen bonos post hanc vitam *præmia*, malos *poenas* manere in locis convenientibus statuebant. Videatur Vossius de idolol. lib. i. cap. x. pag. 40.

Ex Vir-
gilio,
Ennio,
Tibullo,
Juliano,
& Sallus-
tius Philo-
sopho nã
bil hic
legitime
concludi.

§ IV. Narrationem Anchisæ in VI. Æneidos niti Pythagoreo animarum circuitu, uti narrat Gaudentius exercit. i. cap. xii. non concilio cum Pythagorea *Inferorum negatione* quam plus semel inculcat idem. Vide supra pag. 6. § vi. *Ennium* de quo Paganinus in Auctariolo cap. iii. & *Tibullum* cuius meminit Exercit. i. cap. xiii. more *Poëtarum* locutos quis miretur? *Julianus* Alexander erat: id est ut ipse Gaudentius *eidem se comparabat*, exercit. ii. cap. vi. Et quantum ad *Sallustium* Philosophum, qui libro de Diis & mundo (quem Græce & Latine Leo Allatius edidit anno 1638.) cap. xx. *transmigrationis Pythagoreae suscepit defensionem* ut ait Gaudentius exercit. i. cap. xx. Illum eodem modo sententiam defendisse Pythagoream ex supra allatis constat, ut Anonymus ille qui tractatu, cui titulus *De Revolutione animarum humanarum, Quanta sit istius doctrinae cum veritate Christianae Religionis conformitas problematum centuriae duae.* Lond. 1684. Christianismi cum crassa Metempsychosi cohærentiam omnimodam nugatur, doctrinam tradidisse Christianam dicens est.

Neque ex
Patribus
non nullis
ecclesi-
asticis
rem con-
fici.

§ V. Patres tandem IV. etiam Ecclesiasticos non nullos *crassam* animarum *transmigrationem* Sæmio cum suis adscriplisse ais. Resp. Hos ardenti veritatis studio ductos constat; aliquando tamen & in errore versatos non negamus. Exempla qui

VO-

voluerit vel unum adeat Dalleum de vero usu Patrum lib. II. cap. III. & IV. De Metempsychosi Stoicis adscripta supra lib. II. cap. X. vidimus. Nempe, quod ad rem præsentem, communioem forte de *Pythagoreismo* famam ab ipsis auctoribus gentilibus inter ipsos gentiles sparsam secuti fuerunt, & quas ipsimet illi, saltem illorum aliqui agnoscebant apud magistros suos viguisse opiniones reapse insipidas, & ab omni vero alienas explosuerunt: veritatemque Divinam, sapientiam solidam, quæ ad Deum beatamque immortalitatem iter vere pandat commendarunt.

§ V. Habes B. L. quæ de *Palingenesia Veterum*, seu *Metempsychosi Pythagorica*, & quæ illuc spectant tradere constitueram. Vidimus ergo veritatis *Divinae* indubitatae lucidissima apud cæcos gentiles fulmina. Eos, qui in tenebris palpabant veritatem quæritantes palabundi pusillo naturæ & traditionis lumine ducti, ex conscientia dictamine gravissima philosophiæ Christianae capita non modo confessos; sed & omni conamine inculcantes. *Mentem humanam* audivimus adeo pollutam, tam impotentem, ut absque *Regeneratione verâ*, ac *renovatione omnimoda aeternos subterfugere carceres, infinitosque cruciatus* nequeat: *Deumque videre* & *regna beata frustra speret nisi exutis vestibus commaculatis, Divinitus* adjuta.

Veram autem Palingenesiam nos, quæ ortus Sol justitiæ est, qui *Christi*, inquam, participes facti sumus, illam esse scimus quæ fit ex *Aqua* & *Spiritu* seu *Ignem*, per Dominum *Jesum* coelitus immisso; qua naturalium sordium vitiorum, impo-

tentiarum ablutione, & exustione factâ, in veram *vitam* transimus; vivo lucidoque *verbo* coelesti vocati ad communionem *veri* Triunius Dei: quo abnegata impietate, & mundanis *cupiditatibus* temperanter, & iuste, & pie vivamus in *praesenti* seculo: expectantes magnam illam *spem*, & illustrem illum *adventum* gloriæ illius Dei, ac Servatoris nostri. Utinam Axiomata illa Divina vel *Tyro* & *Sidoni*, quantum erat lucis, ad animum revocata nos, quotquot *Christi* discipulos nos profitemur, ad vitam *expurgatam*, & divinam traducant! Istis *glande*, nobis tritico *vesci* datum est. Gaudemus isthoc munere benefico! Utamur digne! Deus T. O. M. omnis *veri* fons & origo, qui τὸ γινώσκον ἐαυτῷ ἐφάνερωσεν εἰς τὸ εἶναι ἀνθρώπου ἀναπολόγητος, ita nos *veritatem*, cui tam proxime accessere Gentes, consecrari faciat, ut quantum iis *luce* prævalere nosmet animadvertamus, tantum & *virtute* iisdem nos præstemus potiores! *Sapientiamque* sic exquirere, ut quamcunque, mortalibus quanti quanti factam, quæ non ductore Spiritu sanctificante subnata sit, mentem ἀργὴν relinquere sentiamus! Eo *Spiritus ille infinitæ perfectionis Personis trinus* infirmis nostris conatibus benedicat, eosque in Nominis sui dirigat gloriam!

LIBRI TERTII

F I N I S.

I N D E X

Rerum notabiliorum quæ in hoc opere tractantur.

A.

Abstinendum esse secundum Pythagoram ab omni carniū usu quatenus hic luxuriæ faciat. 152
Abstinentiam Pythagoricam certas tantum animalium species reſpexiſſe. 124
 — Cædem duntaxat immodicam, uſumque profanum proſcripſiſſe. 135
Abſtineri voluiſſe a carniū eſu Pythagoram quatenus mentem ad vitam intellectualem ineptiorem reddat. 153
Accipiter Ægyptiis ſacer habitus, & quare. 148
Acheron, Phlegethon, Styx, Cocytusque Inferorum flumina ſecundum Platonem improprie capiendâ. 352
Adæ Pythagoræ locus impiorum, ubi homicidæ &c. puniuntur. 64
 — — — Etiam ex doctrina Magorum. 258-260
Ægyptios cadavera in candidis amictulis lineis deducere conſueſtos. 99
 — Communiiori calculo primos Metemphychoſeos, craſſæ auctores. 188
 — Cadavera condire ſolitos, quo quamdiu poſſint ea ſervarent incorrupta. 203
 — Lunæ & Baccho ſues immolare ſolitos. 139
 — Carnibus quoque ſuillis veſci. ibid.

— Ab animalium ſacrorum mac-tatione abſtinere vulgo ſolitos. 143, 144
 — animalia mactare, & ad menſas & ad aras adhibere conſueſtos. 143, 148, 220
 — Quandoque & ſacra animalia. 144, 145
 — Ea animalia ex quibus magna commoda capiebat Ægyptiis Diis quaſi ſymbola, & inſtrumenta Deorum beneficorum conſecrare ſolitos. 146
 — Etiam res quaſdam inanimas & vita ſenſitiva carentes ob earundem Ægypto neceſſitatem & utilitatem Deorum beneficorum ſymbola, & inſtrumenta habuiſſe. 148
 — Ab omnibus animalibus, imo & ovis, olere, legumine &c. abſtinere ſolitos quando ſe ad ſacra præparabant. 151
 — A fabis non univerſaliter abſtinuiſſe. 177-179
 — Illos qui pie in terris vixerint beatam aliquando & æternam vitam in ſedibus beatorum æternis ducere voluiſſe. 189
 — Deorum contubernales facere eoſdem. 191
 — Animas demum in ſuperas inferaſque ſedes tranſmitti poſtquam cadaver corruptio invaſerit videri opinatos eſſe. 203
 — Doctrinam ab Indis accepiſſe. 274, 275
 — Fatum in hac vita mutabile &

T t t 3

- & solubile voluisse. 446
- Ægypti* ram mos vitam demortui
examinandi, quo si malam egisse
deprehenfus fuerit a consueta
sepultura cadaver arceretur. 108
- Ab animalibus sacris absti-
nentiā vulgarem causam ha-
buisse communem illorum ani-
malium utilitatem. 146
- Ægyptiis* animalibus generi humano
utilibus & necessariis non admo-
dum abundans. 149
- Æternis* cruciatibus in Tartaro ob-
noxios plene iniustos ex opinio-
ne Pythagorea, & Platonica. 66. 347
- Æther*, & regio coelestis menti
humanæ σύμφυλος οἰκῆτος, & patria. 58
- Ala* mentis quanam. 427
- Alba* vestimenta in ritu funerandi
ex præcepto Pythagoræ & Ma-
gorum usurpata significasse men-
tem in simplicem primigeniam-
que naturam, & perfectionem,
quam olim obtinuerat. rediisse. 97-99
- Albus* color in feralibus usui adhi-
bitus a Magis. 98
- *Ægyptiis*. 99
- *Pythagoreis*. 97
- *Vetustissimis Græ-*
cis. 100
- *Romanis*. 98
- *Judeis*. 101
- *Christianis*. ibid.
- *Japonensibus* ho-
diernis. ibid.
- *Chinensibus*. ibid.
- *Siamensibus*. 102
- Allium* in *Ægypto* comedere lici-
tum. 148
- Inter Deos, ut ajunt, *ibid*
Ægyptiis habitum.
- Adversus omne veneno-
rum genus, tum imprimis con-
tra vitiosæ ac corruptæ aquæ
noxas remedio esse. 149
- *Ægyptiis* utilissimum. 148, 149
- Anima* quomodo Fato subfit. 445
- Animæ* vitam post hominis mortem,
sortemque variā, beatam, mi-
seramve qui ridebant, negabant-
que, mortis consideratione ad
omne scelus se mutuo incitare
solitos. 202
- Animam* in corpore in quod per
μετεμψύχωσιν transiit haberi opera-
tionum vitalium principium. 8, 9
- Animarum* humanarum Transmigra-
tio sic dicta Pythagorica qualis. 12
- Animas* duas unam mortalem, quæ
ipissima Bruti fit, alteram im-
mortalem humanam corporibus
Brutorum inesse per μετεμψύχω-
σιν secundum nonnullos. 9, 10
- Animam* humanam si vitam piam
hoc in orbe duxerit post disces-
sum ex opinione Pythagorea tran-
sire in conditionem beatam,
immortalem, nullatenus morti
obnoxiam amplius, qua in sedi-
bus æthereis in Deorum confor-
tio æternum mens fruitura sit. 47
- — Deposito præsentī cor-
pore crasso in ætherem liberum
transire. 49
- — Immortalem Deum fieri. 47. 49. 224
- — Divinæ Mentis ἀπαύ-
γασμα. 417
- Animam* immortalem hominibus
in esse, Brutis mortalem secun-
dum *Ægyptios*, & Pythagoram. 209. 160
- Animam* in descensu unam præ alia
vitæ speciem, imo & Brutam
libe-

I N D E X.

- libere sibi contrahere posse. 441,
442
- Rationalem seu Divinam
a Fati vinculis Dæmone adju-
vante hac in vita se liberare pos-
se. 444, 445. 461
- Secundum essentiam su-
pra Fatum esse secundum Plato-
nem. 446
- Corpore humano indu-
tam mores & vitas commutare.
465
- A vitiis se purgantem in
aliam vitam, aliumque ordinem
transire. 470
- Post hanc vitam non re-
fundi in Animæ universalis, seu
Dei substantiam; sed manere
individualiter ab eo distinctam
secundum Ægyptios, Pythago-
reos, Platonicos, &c. 486-488
- Humanam Brutorum cor-
pora inhabitare noluisse Ægyp-
tios, & Pythagoreos. 221, 158-
160
- Animam* per quam venerit Mens
sub Fati & necessitatis jugum
exuendam esse. 469, 470
- Animarum* præexistentiam credidisse
Judæos. 395
- Animas* per mortem in potestatem
res pure & perfecte cognoscen-
di transire, qua quamdiu cor-
pori crasso obnoxie sunt desti-
tuantur. 92, 93, 356
- Pias secundum Ægyp-
tios in purum, invisibilem &
passionibus non obnoxium sta-
tum transire. 192
- Impuras post vitam ter-
restrem in inferiora, in Amenthen
locum subterraneum relegari se-
cundum eosdem. 197
- Separatas iudicium ine-
vitabile manere secundum Py-
thagoram quo impuræ diris cru-
ciatibus addicantur. 65
- Ob vitæ dulcedinem,
quæ si pie vixerint corporibus
exutæ fruuntur, Pythagoreis *Μί-
λισσας* Apes dictas. 58, 59
- Non antequam corpus
sepultum sit in quietas admitti
sedes secundum Ægyptios. 216
- Hac vita sanctas crasso
carere corpore ex mente Pytha-
goreorum & Ægyptiorum. 103,
104, 219, 220
- Plene impias nunquam
in patriam reversuras secundum
Empedoclem. 247
- Hac vitâ sanctas ex men-
te Magorum vel in superas se-
des lucidas transire, vel in te-
nebricosas inferiores detrudi.
251, 252, 254
- Ex doctrina Magorum
per Planetas ex patria descen-
dere, & per eosdem in eandem
ascendere. 253, 254
- Tum pias tum impias
secundum Græcos, Romanosque
sub terram descendere. 307, 308
- Separatas in alium tran-
sire orbem, ibique bonas cum
bonis beatissime vivere apud
Veteres fama constans. 308, 309
- Pias secundum Platonem
post hanc vitam in consortio
Deorum, beatorumque homi-
num aliorum plenissima fruituras
felicitate. 343, 344
- Immediate post hominis
obitum Judicari, moxque in
loca vitæ antea factæ convenientia
relegari secundum Platonem. 349
- Semper postquam ex lu-
ce primigenia exierint corpore
quo-

I N D E X.

quopiam vestitas esse sed vario.

353

— Pias immediate post hominis obitum in alia humana corpora transfundi, impias ad æternos cruciatus transmitti ex opinione Phariseorum secundum nonnullos.

368

— Separatas triduum cadaver circumvolare habitaculum illud consuetum subeundi desiderio, quarto demum die avolare ex opinione Judæorum.

369

— In coelum non ascendere antequam cadaver in pulverem redactum fuerit; sed tam diu in terris manere ex sententia eorundem secundum alios.

369

— Ex opinione eorundem in sepulcretis versari quam diutissime, ibique munere mediatorio fungi easdem.

372

— Pias ex mente Phariseorum secundum Josephum non iterum crassis, terrenisque corporibus vestiendas esse; sed puris & ab omnibus imperfectionibus secretis, in quibus vitam plenissime beatam agant.

387

— Omnes in Regione celesti, quam *Goph* vocant, a primordio creationis præexistisse, vitamque ducere ibidem usque dum in corpus immittantur ex opinione Judæorum.

395, 396

— Antequam corpus humanum subeant peccare posse, actuque peccare secundum Veteres.

396

— Omnes in eodem loco primitus productas esse.

418

— Quando in stellas distribuebantur ita esse singularifatas ut perpetuo numericè distinctæ

maneant.

— Per stellas distributas subtilissimo corpore seu vehiculo indutas esse.

421

— Quæ aliquando corpus humanum informaturæ erant quando in stellas distribuebantur omnes ejusdem fuisse ordinis, & cunctarum rerum ideis decoratas.

419

— Tandem in Deorum Chorum revolare si pie vixerint secundum Ægyptios.

ibid.

— In campo veritatis conditione fuisse mutabiles, viribus præditas Deum sequendi; sed & propriis consiliis sibi mala confiscendi, sedibusque beatis sese exturbandi.

427-429

— Virium naturalium abusu suâque hinc culpâ campo veritatis excidisse.

430

— Descendentes septem Orbibus Planetarum permeare.

431

— In descensu in singulis Planetarum orbibus vitam istis sphæris convenientem ducere.

432

— In singulis sphæris vehicula propria sortiri.

ibid.

— In affectibus sibi contrahendis in descensu libera electione uti.

442

— Nonnunquam in corpore humano Brutorum vitas edere.

463, 464

Animalium ante earundem cum corporibus crassis conjunctionem existentiam Veteribus passim asfertam.

416

Animalia Bruta generi humano *ἁπλοῦς* & *σύνθετος*, ejusdem naturæ & *cognata* Pythagoreis quo sensu.

158

Ani-

I N D E X.

- Animalia* quæ generi humano in labore ad victum necessario adiumento sunt: aut ad vitam humanam sustentandam viva multum profunt vulgari cædi eximenda voluisse Pythagoram. 135
- Satorum stirpiumque culturæ inimica passim ad aras damnata. 138
- Noxia per Pythagoram occidere licuisse. 133, 134
- Sacra vulgari occidioni a Pythagora exempta. 142
- Quemadmodum & ab Ægyptiis. 143
- Sacra etiam nihilominus quandoque & apud hos cæsa. 144, 145
- Sacra indulgenter habitata amicitiam Deorum vulgo conciliare credita. 149
- Ad agriculturam necessaria in Ægypto rariora. 149
- Stellæ tum errantes tum fixas Veteribus *animalia* dictas. 484
- Animalium* cædem Pythagoreis prohibitam esse ob creditam animarum Transmigrationem secundum multos; ne videlicet forte corpora parentum, fratrum, uxorum aliorumve hominum mapducarentur. 7
- Immolatorum carnibus vesci consuetos Pythagoreos. 123
- Cædem Pythagoræ vitæ quatenus dissidiis, cædibus mutuis, feritati, & iniustitiæ occasionem ferat. 156, 157
- Cædem & carniū esum a Brachmanis concessum. 291, 292, 294, 295
- Annus* magnus vulgo *Platonius* quid. 503, 504
- Apis* ipse Ægyptiorum bos sacer aliquando ab his neci datus. 146
- Aquæ* vitiosæ ac corruptæ noxas arcere Allium. 149
- Aquinatem* (Philippum) Transmigrationem animarum non literaliter ex opinione Judaica, sed *allegorice* capiendam esse referre. 375
- Arabes* mentes humanas post hanc vitam Divorum numero inferere. 269
- *Animalia* immolare, iisque vesci solitos. 271, 272
- Arabum* doctrina his agentibus a Noacho oriunda. 268
- Arbitrium* mentis liberum quomodo cum Fato consistat. 443, 444
- Arbitrii* liberi abusu animas veritatis campo excidisse. 430
- Arbitrium* mentis liberum Fatum confirmare, uti & hoc illud. 444
- Arminii* Germanorum Ducis encomium. 322
- Auctores* quoslibet pro ipsis consuetâ scribendi, loquendive ratione intelligendos, & explicandos esse. 411
- Auctoris* cuiuspiam verba, atque opiniones non insequiorem sensum esse trahendas quamdiu sano explicari possunt. 45
- Neque ita quasi ex ejus mente esse explicandas ut primarium doctrinæ scopum subvertant. *ibid.*
- Auctoris* de Metempsychosi sic dicta Pythagorica sententia. 42
- Conjectura de Api, animæ Osiridis pulchra imagine apud Plutarchum. 147
- De animarum denominatione qua *Μέλισσαι βυγνέει* dicuntur. V v

dicuntur.	59	dum ex Pythagoræ præcepto.	136
De sensu Symboli <i>Κυβερνήτης</i> , a <i>Fabis abstinere</i> .	180,	Hunc mactare vetustissimis gentibus agriculturæ ergo passim interdictum.	ibid.
De Metempsychosi Pherecydi adscripta.	227	Aratorem, Ovem vestibus hominem exornantem, Gallum domus custodem cedere insolentis gulæ prolem esse.	141
De novem conditionibus Animæ attributis.	475	Boves aratores ferreo demum fculo comedi cæpisse.	137
<i>Aurea</i> verba genuinum doctrinæ Pythagoricæ <i>κείμενων</i> .	75	Boves inares ab Ægyptiis immolatos.	145
Dogmatum Pythagoricorum quæ mentem spectant compendium.	76	Brachmanarum discipulos non comedisse carnes eorum animalium quæ hominem ad opera adjuvant; aliorum quidem.	137, 138
Pythagoreis cara habitata.	81	Brachmanes hodiernos a Boum, Vaccarumque occisione abstinere velle hac de causâ ne agricultura intercideret.	138
Auxilium Divinum in mentis purgatione necessarium.	471	Brachmanarum doctrinam a Græcis ortam ex mente Reuchlini.	276
B.		Quot species.	292, 293
Babylonios cadavera a corruptione conservare solitos.	264	Brachmanas crassæ animarum Transmigrationis assertores secundum varios.	273
Bacchus discerptus quorsum referendus.	459	Doctrinam de anima Ægyptios docuisse.	274
Bardehanem Syrum Fatum tenuisse quod Arbitrii libertatem non tollat.	447	Ab antiquissimis Chaldeis, seu Abrahamidis oriundos.	280
Bardi qua ratione suorum in prælia euntium animos accendere soliti.	321	Absque simulacris Numen colere solitos.	283
Beatos nec alimento uti, nec umbram facere.	104	Bonos post hanc vitam in immutabilem immortalitatem transire voluisse.	286
Beatorum sedem Paradisum secundum Magos.	256	Malos pro merito tormentis apud Inferos subjiciendos.	291
Insulæ Hesiodi.	57	Hodiernos victimas pro more majorum non jugulare, sed suffocare consuetos.	396, 397
Bonos post hanc vitam secundum Brachmanas in statum beatum, meliorem, purioremque vitam transiuros.	285	Brachmanica Philosophia in doctrina	na
Etiam juxta Pythagoram & Platonem.	93. 355		
Bos Ægyptiis sacer quia agriculturæ necessarius.	147		
Bovem aratorem non esse mactan-			

I N D E X.

- na de anima cum Pythagorica
consentiens. 297, 298. 14, 15
- Brachmanica* philosophiæ finis vo-
luptatem, moeroremque ex a-
nimo adimere, mentes confir-
mare, & motus sedare. 297
- Bruta* quo sensu generi humano
ἐμορφῶν & εὐγενῶν ex mente Py-
thagoræ. 158
- Communiſſime dici qui
illorum qualitates & mores ſe-
quantur. 493, 494
- Nunquam vitam Divi-
nam, quæ in homine obtinet
participant ſecundum Ægyptios. 221
- Brutorum* vitas nonnunquam in
corpore humano a mente agi.
463, 464
- Qualitatem mentem in
Regeneratione exuere, & hu-
manam ut & Divinam induere. 473
- C.
- Cadavera* aromatibus condire in
ſpem reviviſcentiæ priſcis fi-
delibus in uſu. 213
- Humana polluere ſecun-
dum Ægyptios, & unde. 221
- Brutorum non item &
quare. ibid.
- A putredine conſervari,
melleque oleo & cera condiri
ſolita apud Babylonios & Per-
ſas. 263, 264
- Cadaverum* pollinctura Ægyptiis u-
ſitata unde primitus ortum trax-
iſſe videatur. 211-215
- Illius ratio altera ut
videatur ſerioribus ſeculis ſub-
nata. 203, 206, 207, 215
- Caepas* inter Deos (ut referunt)
- Ægyptiis* habitas. 148
- Morſu frangere in Æ-
gypto licitum. ibid.
- Ægyptiis utiliſſimas. 148, 149
- Caepis* cur abſtinuerint ſacerdotes
Ægyptii. 149
- Caepam* ſtatus venenatorum in ci-
bo diſcutere, atque expellere.
ibid.
- Caesaris* locus de Druidarum ſen-
tentia de mentis poſt hanc vi-
tam ſtatu explicatus. 309
- Calamitatibus* gravioribus quando
premebantur Ægyptii etiam ſa-
cra animalia iſdem mactata ef-
ſe. 144, 145
- Canis* Ægyptiis animal ſacrum, &
unde. 148
- Carnis* eſus prohibitus a Pythago-
ra ob creditam, ut ajunt, mentis
humanæ in Brutorum corpora
tranſmigrationem. 7. 30. 119
- Carnibus* modice veſci Pythagoram,
& Pythagoreos conſuetos. 122
- Carnium* eſum frequentioreſ cor-
pus impinguare, mentemque ad
vitam intellectualem ineptioreſ
reddere. 153
- Carnium* eſum moderatum pacrum-
que Pythagoreis omnino lici-
tum exiſtimatum eſſe. 154
- Carpoeratis*, Epiphaniſ, Prodicti
&c. Metempsychofiſ qualis. 404
- Celtarum* nomen quam generale.
320
- Celtis* joviſ ſignum fuiſſe altiſſimam
quercum. 304
- Chaldeos* & Indorum Magos pri-
mos fuiſſe qui mentis immorta-
litateſ aſſeruerunt. 226
- Chaldeos* & Perſas animalia occi-
dere conſuetos. 265
- Planetarum effectus va-
rios.

I N D E X.

- rios in genituris hominum do-
cuisse Pythagoram. 449
- Fatum in hac vita mu-
tabile & solubile esse voluisse. 447
- Cheopis* (in) Pyramide exstruenda
mille & sexcenta talenta erogata
fuisse in operarios pro Apio,
Cæpis, & Alliis in cibum con-
sumptis. 148
- Chinenses* cum defuncti cadavere
servos, pellices, supellectilem
omnigenam &c. tumultu conde-
re consuetos. 324
- (apud) vestes feræ
albas esse. 101
- Chyri* Deorum duo secundum Æ-
gyptios vagantium unus, non
vagantium alter. 419
- Christianis* mortuos in albis vesti-
mentis tumultu mandare ab ævo
consuetum. —
- Chrysostomi* de fide veteris ecclesiæ
circa hominum extrema alluci-
natio. 389, 390
- Circes* hospitium quodnam. 456, 457
- Coelestem* regionem, vitamque men-
tem humanam piam desiderare,
sitireque utpote sibi cognatam
& propriam ex mente Pythago-
reorum. 58
- Coeneus* de sexu in sexum transmu-
tata. 4
- Cognata* hominibus bruta Pythago-
rice dici quod ex iisdem cum
hominibus constant elementis,
communisque vitæ aura cum iis-
dem fruuntur. 159
- Conditio* beata eorum qui in terris
pie vixerunt a Xenocrate ex
mente Pythagoreorum & Plato-
nicorum graphice delineata. 55-58
- Conditura* Ægyptiacâ cadavera diu-
tissima a corruptione vindicata.
204, 205
- Corpora* si multa carne fuerint obe-
sa Divinam mentis partem a
mortalis premi, & affligi ex sen-
tentiâ Ægyptiorum. 182
- Beatorum universalis Pa-
lingenesiæ tempore ita fore im-
mutanda ut nec alimento indi-
geant, nec umbram faciant ex
doctrina Magorum. 264
- Tenuia necessaria iis qui
sanctè vivere curant. 169, 170
- Corpus* tale in genitura accipere
mentes quod istis qualitatibus,
vitæque speciei quas acceperit,
egeritque potissimum in descen-
su, conveniens & aptum sit. 450
- Animæ *κρυπιδίς*, seu æ-
thereum animæ vehiculum qua-
le. 421, 422
- Crocodilus* Ægyptiis animal sacrum,
& unde. 148
- Culpam* mali nunquam in Deum
conjici posse. 426, 427
- Cultus* Deorum ratio haud postre-
ma quod malâ a Fato impen-
dientia solvant. 461
- Cyzicenos* a Mithridate obseffos
bovem ex farre confectum Pro-
serpinæ obtulisse. 132

D.

- D**aemones, Heroës, Genios ge-
neraliter *Κρίττονας* dictos. 107
- Daemones* esse animas humanas se-
paratas ex sententia Pythagoræ,
Platonis, Hesiodi, &c. 110, 111,
114 356, b. 557. b.
- Nec carnem, ossa, ne-
que sanguinem habere. 103
- Corporibus subtilioribus
vesti-

I N D E X.

vestitos. 359
Dæmonis auxilio mentes ab affectionum jactationibus in hac vita liberari posse. 85, 86
Dæmonum ordines varios, varia quoque mansionum loca secundum Veteres. 112, 358
 — Officia quænam. 357. b.
Defunctorum animas rerum humanarum curam habere secundum *Ægyptios*, & *Platonem*. 217.
 — — 357. b.
 — — Inter homines, Deumque mediatores esse. 357. b.
 — — Omnia. quæ in terris sunt scire vetustis creditum vulgo. 220. 374
Democritum cadavera in spem Reviviscentiæ in melle servari jussisse. 212
Deorum choros duos secundum *Ægyptos* vagantium unum non vagantium alterum. 419
Descensus animarum causa quænam. 396
Deum nullatenus mali culpæ auctorem esse. 426, 427
Discipulis quibusdam carniū esum a *Pythagora* concessum. 154, 155
Discipulorum *Pythagoricorum* classes diversas fuisse. 155
Discordia insita affectuum quam varie distrahat. 85
Divorum apparitionis signa diacritica ex opinione *Ægyptiorum*. 219
Dona varia potissimum septem a Planetis cum mente in descensu esse communicata. 438-440. 449
 — Eadem vitio recipientium, & materialium admixtione posse fieri mala. 440. 456
Druidas secundum nonnullos *Metem-*

Psychicis assertores. 300
 — Animas humanas post hanc vitam in alium Orbem, Manium sedem, transire docuisse. 307
 — Pias vitæ melioris participes futuras. 311
 — Animalia immolare solitos. 150
 — Quo sensu a bello abesse consuetos. 319
Druidarum sectam jam tempore Abrahami viguisse. 303
 — Nomen unde. 301, 302
 — Axioma: quod pro vitâ hominis nisi vita hominis redatur non possit Deorum immortalium Numen placari. 315
Duodecim menses impios in purgatorio permanere secundum *Judæos*. 367-374
Duplicem animæ in conjunctione cum corpore inesse vitam alteram rationalem, irrationalem alteram. 457

E.

Edenis hortum animarum piarum habitaculum secundum *Judæos* locum esse vel coelestem, vel subterraneum. 371
Elysium campus Homeri. 57
Empedoclem secundum aliquos in asserenda *Metempsychosi* ultra *Pythagoram* progressum. 233. 40
 — Animas pias hac vita terrestri peracta in vitam plene beatam miseris omnibus exemptam in immortalium Deorum habitaculis ducendam transire asseruisse. 243
Empedocles qua ratione quondam puer, puella, frutex, avis & pis-

I N D E X.

- piscis. 239
 Quo sensu se Deum im-
 mortalem dixerit. 244-246
Επιστολὰς Pythagoræ & Pythagoreis
 macerata & oblata. 133
Essentiarum de animâ separatâ sen-
 tentia. 398, 399
 Dogmata cum Pythago-
 ricis apprimè convenientia. 399,
 400
Essens poenas æternas agnovisse. 399
 Secundum aliquos non
 Judæos habendos; sed Philoso-
 phos gentiles. 400
Ethnicos omnes qui animæ immor-
 talitatem docuerint etiam Me-
 tensomatosin crassam asseruisse
 secundum nonnullos. 224-226
Εὐδαιμονιστῶν piorum post hanc vitam
 infinitam esse juxta Pythagoram
 & sequaces. 62
Exitum e Tartaro nullum dari jux-
 ta Homerum, Hesiodum Plato-
 nem &c. 68, 69, 347
- F.
- Faba* Dis inferis sacra. 173-175
 Ad mortuos pertinere exi-
 stimata. 173, 174
 Mentis respectu sensu
 Pythagorico infoecunda. 168
 Ex auctoris conjectura
 symbolum ejus quod ad Orcum,
 mortem & soporem æternum
 ducit. 181, 182
 Symbolum generationis
 a Deo desectentis, luxuriosæ,
 unde ad eundem nullus reditus.
 ibid.
Fabæ portis Inferorum similes. 166
 Qua ratione. 170
 Infoecundæ dictæ. 166, 167
- Fabæ* putaminibus radicibus ar-
 borum adjectis has inde exares-
 cere. 167
 Abstinentioniam non abso-
 lutam voluisse Pythagoram, sed
 restrictam. 182-187
Fabæ plurimum carnem nutrire. 168
 Mentem obruere. 169
 Soporem & terribilia
 insomnia inducere. ibid.
 Mulierès infoecundas
 reddere. 167
 Itemque Gallinas. ibid.
 Iis qui sacris operam
 dant immundas habitas. 176
 Sacerdotes Ægyptios ne
 aspicere quidem voluisse. ibid.
 Ad generationem cor-
 poris animalis plurimum facere.
 185, 186
Fabæ vesci consuetum Pythago-
 ram, imo nullo sapius legumi-
 ne quam hoc usum juxta Gel-
 lium. 163, 164
 Pythagoram vesci prohi-
 buisse secundum nonnullos, quod
 in eas velut animalia animas hu-
 manas transmigrare opinatus
 fuisset. 161, 162
 Non universaliter absti-
 nuisse Ægyptios. 177-179
 Lentibus &c. aliquando
 Pontifici maximo apud Judæos
 posteriores fuisse interdictum.
 178
 Illis interdictas qui ex
 insomniis divinare volebant. 169
Facultates rationis expertes ita in
 ordinem cogendas esse ut ratio-
 ni obtemperent. 468
Falsa nonnulla ab invidis & calum-
 niatoribus Pythagoræ afficta esse
 ex relatione Veterum. 409, 410
Fata-

I N D E X.

- Fatales* leges a Numine animabus
edictæ quales. 424, 425
- Fatalibus* post hanc vitam nullum
se liberare posse. 85
- Fatam* proprie in anima irrationa-
li residere. 444, 445
- Quo sensu nemo vitare
possit, ejusque vim declinare.
443
- Hac in vita Menti solu-
bile esse non post eandem. 443,
444. 85
- Confirmare liberum men-
tis Arbitrium, uti & hoc illud.
444
- Libertatem arbitrii non
tollere juxta Bardefanem Sy-
rum. 447
- Solubile, & mutabile
esse hac in vita juxta Pythago-
ram. ibid.
- — — Ægyptios. 446
- — — Chaldæos. 447, 448
- Felis* Ægyptiis animal sacrum, &
unde. 148
- Femina* Defectus, peccatique Sym-
bolum. 494
- Femininum* genus in omnibus mas-
culino imbecillius. 5. 494
- Finis* Philosophiæ Pythagoricæ
Deum sequi, mentem purgare,
a vinculis & affectionibus cor-
poreis liberare, ad Divinam
similitudinem perducere, ut post
decessum beatam cum Diis vi-
tam ducat. 22, 46, 90, 115, 117,
472 &c.
- Fixarum* sphaeram etiam Lumen
supramundanum dici. 483, 484
- Fixæ* absque conjunctione Plane-
tarum parum valere in genituris
hominum. 448
- Et errantes stellas Ve-
toribus *ζῶα animalia* dici, &
quare. 484, 485
- Fluenta* Paradisi quatuor. 255, 256
- Fœcunditatem* ex Inferis exulare.
173
- Fuuerandi* ritum priscis Gallis, &
Germanis consuetum Metemp-
sychosin crassam abnegare. 309,
310, 323, 324
- ## G.
- Gallinas* ex esu fabarum sterilef-
cere. 167
- Gallis* gallinaceis 'quandoque' rem
sacram fecisse Pythagoram. 129
- Gallo* albo abstineri voluit Pytha-
goras & quare. 139. 142
- Gallos* veteres pecunias mutuas
dare solitos ea conditione ut in
altero orbe a debitoribus redde-
rentur, quia animas credebant
esse immortales. 313
- — — Homines & bruta im-
molare, carnibusque vesci soli-
tos. 315
- Gebennam* superiorem impiorum
purgatorium esse juxta Judæos.
367
- Genium* quendam unicuique in hac
vita ex opinione Platonica adeste,
qui omnium actionum, imo
& cogitationum humanarum
consciis fiat, & post mortem
eundem ad judicium pertrahat,
ibique in vitæ examine pro ho-
mine, vel contra eundem teste-
tur, cujus quoque testimonio
sententia feratur. 350
- Genium* (in) Barbararum nomini-
bus non Græcas Etymologias
quærendas. 301
- Geriminos* veteres Transmigrationis
animarum crassæ assertores juxta
quosdam. 317
- Ger-*

Germanos a Gallorum institutis alienos juxta Cæsarem. 318

— Moribus, & vivendi ritibus Gallis pares. ibid.

— Suos habuisse Druidas. 319

— Animalia cædere, & carnibus vesci solitos. 324. 150

— Sub nomine Celtarum comprehendi. 318. 320

— Cum demortui cadavere etiam hujus arma, equum &c. concremare solitos. 323

Germanorum veterum funerandi ritum Metempsychosin crassam abnegare. 323, 324

Getas juxta nonnullos Metempsychosi crassæ adhæsisse. 325

— Animas piorum post hanc vitam opinatos esse transire ad beatum Zamolxin in beatorum sedem, ubi vitam ducant infinitam, omnibus bonis affluentem. 329

— Nuncium quando res erant angustæ ad Zamolxin transmittere solitos. 330

Goph regio coelestis ubi animæ agunt antequam in corpus crassum immittantur juxta Judæos. 395

Graeca nomina apud Philostratum ubi de Brachmanis agit horum a Græcis originem non inferre. 281

Graecorum sapientiam omnem a Barbaris ortam. 277

Graecos Ægyptiis pueros habitos. 279

— Vetustissimos mortuos alba veste obvelatos efferre solitos. 100, 101

H.

Hecatombe proprie & improprie dicta quænam. 130

Hecatomben aliquando mactasse, seu obtulisse Pythagoram. 127

Herculis cum Antæo pugna quorsum referenda. 460

Herois animas esse humanas separatas juxta Pythagoram. 110

Historicos non raro ex dictis, factisque cujuscumque aliena ab hujusce opinione concludere, & tradere. 509

Homines bonos hac vita functos Dæmones fieri secundum Hesiodum, 113, 114

Hostas aliquando ex farre esse confectas; sed ex pauperie & penuria. 132

I.

Ibis Ægyptiis sacra & unde. 147

Ignem in quem omnia juxta Stoicos resolvenda sint Animam haberi universalem seu Deum. 362, 363

Immortalitatem animarum quinam primi inter Græcos asseruisse dicunt. 225

Impios ex opinione Platonica vel sanabiles vel insanabiles. 346

Indiæ nomine laxius Antiquis terram omnem ultra mare mediterraneum Orientem versus significatam fuisse. 276

Indicarum uxorum de comburio cum mariti cadavere tanquam ingenti privilegio, reque desideratissima contentio. 289, 290

Indorum uxores, seu illarum aliquas cum maritis demortuis ab ævo

ævo concrematas. ibid.
Indes antiquos ne quid mancum
 Numini afferrent victimas non
 jugulare; sed suffocare solitos. 296

Indumentorum divinorum puritatem
 menti induendam esse. 468

Infantem in utero materno peccare
 posse juxta Judæos. 354

Inferni via duplex dextra bonorum,
 læva malorum ex mente
 Græcorum & Romanorum. 307, 308

Inferorum flumina juxta Platonem
 improprie fumenda. 352

Injustos post hanc vitam ex mente
 Pythagorea in Inferno seu Tartaro
 a Furiis ineluctabilibus vinculis
 alligatos. 63, 64

Institutionem ad regenerationem
 nonnunquam & regenerationem
 dici & quare. 478, 479

— Hanc veram mentis correctionem,
 victorum amputationem, virtutumque
 inductionem complecti. 479

Insanabiles impii juxta Platonem
 quales. 346, 71, 351

Insanabiles impios in Tartarum de-
 trudi ubi æternas poenas dent
 juxta eundem. 347

J. hannis IX: 2. an Metempsychosin
 crassam Phariseis assertam
 esse doceat. 393-398

Josephus an Metempsychosin sic
 dictam Pythagoream Phariseos
 adferuisse tradat. 387, 388

Irrationalem animam in descensu
 menti subnatam dici. 435, 436

Irrationalem animæ partem motus
 & influxiones Planetarum con-
 tinuo recipere, iisque duci. 444-451, 458

— — — A rerum divinarum

contemplatione abstrahere. 434, 456, 458

— — — Partem animæ ratio-
 nalem seu Divinam oppugnare
 perpetuo. 458

Irrationales affectiones leto dandas
 esse. 469

— — — Successive ut contractæ
 sunt in regeneratione exuendas
 omnes esse. 473-475

— — — Mentem in Inferos de-
 trudere. 466

Irrationalis animæ partis violen-
 tiam tantam esse ut nonnisi
 auxilio Divino superari possit. 460

Isis post peracta in mundo officia
 in coelum assumpta. 196

Judeos præexistentiam animarum
 tenuisse. 395

— Credidisse animas ante-
 quam corpus subeant humanum
 peccare posse. 397

Judeis antiquissimæ consuetudinis
 fuisse in albis vestimentis mor-
 tuos tumulo mandare. 101

Judicium animarum duplex Platoni
 forte cognitum. 500

Justorum & injustorum conditio-
 nem post hanc vitam (cum se-
 mel in locum proprium vitæ
 præteritæ congruentem perve-
 nerint) nunquam esse revolubilem
 juxta Ægyptios. 198

Justorum animas juxta Judæos post
 hanc vitam transire in hortum
 Edenis, Sinum Abrahami, Sub
 thronum Gloriæ. 369, 370

L.

Lærtii locus de fabarum absti-
 nentia Pythagorea restitutus. 185

Xxx

Lam.

I N D E X.

Lampades sepulchrales in quem finem Ægyptiis apparatus. 208, 209
Leges fatales a Numine animabus edictas ut extra culpam delictorum existeret. 424, 425
Leguminum usu abstinendum iis qui sancte, & immaculate vivere adnituntur. 169
 ——— *Natura & qualitates.* 179, 180
Lucani locus de Druidis explicatus. 309
Luna generationis præses quid. 60, 61
Lunarem sortitos naturam navigationem ac piscaturam amare. 450
Lycopolitas Ægyptios oves comedere solitos. 141

M.

Magos in feralibus albis tegminibus uti consuetos. 98, 99
 ——— *Quodlibet animal, homine, canequè exceptis cedere solitos.* 150
Magus nomen & Chaldæorum & Persarum philosophus, imo & multarum gentium sapientibus commune. 16, 268
Mali culpam nunquam in Deum conjici posse. 426, 427
Malum omne ex libera mentis electione contractum esse. 426, 427, 429
Marcilius (Theodorus) notatus. 82, & seq.
Marinis animalibus nonnunquam usum Pythagoram & Pythagoreos quantum raro. 125
Materialium rerum circuitus Pythagoricus. 413
Matth. xvi. 14. an Metempsychosin crassam Phariseis creditam

esse doceat. 391
Medii inter pios & impios ex hypothese Pythagorica & Platonicæ quales. 71
Mediorum supplicia finita. 71. & seq.
 ——— *Conditionem cum Metempsychosi pugnare.* 74
Mel mortis symbolum. 39, 60
Melanuro vesci interdictum Pythagoræ & quare. 142
Mendesios in Ægypto oves immolare solitos. 141
Mentem purgare appellari affectibus mori. 469
 ——— *In generatione seu in conjunctione cum corpore crasso habere sese in statu præternaturali.* 456
 ——— *Post hanc vitam redire ad Animam mundi ex mente Pythagoreorum quo sensu.* 486
 ——— *Quamdiu in terrestribus oris vitam agit in exilio vagari juxta Empedoclem.* 247
Mentis in vitam, muliebrem degeneratio quænam. 494
 ——— *Reformatio in hac vita quibusnam vocibus & phrasibus vulgo exprimitur.* 476-478
Mentium humanarum in brutorum corpora transitum impossibilem juxta Ægyptios. 221
Mentes humanas mox post obitum in beatorum sedes superas, vel miserorum Inferas transire juxta Platonem. 349
Mercurium animarum deductorem, qui hominum quemque in locum convenientem deducat. 63
Messenios cadavera candida veste obvelare solitos. 100
Μετἐμψύχωσις, Μετενομήσις & Πιλλυγενεία synonyma. 1. 414
Μετἐμψύχωσις eos qui bene se gefe-

I N D E X.

- ferint e *femineo* corpore in *mas-*
culinum, qui male e *masculino* in
femininum transmittere dicta. 4, 5
- De corporibus hominum
in ea quæ brutorum sunt. 5
- Cur a Pythagora nomen
fortita. 38
- Variis varie, ut vo-
lunt, asserta. 39
- Μετεμψυχώσεως* descriptio. 12
- Lege animas humanas
in brutorum corporibus vel
proemia vel poenas fortiri. 6
- Μετεμψυχώσιν* seu *Παλιγγενεσίαν* Pytha-
goricam *symbolice* capiendam. 411
- Crassam vulgo dictam
Pythagoricam viris doctis tum
antiquioribus tum recentioribus
de Pythagora negatam. 412, 413
- Pugnare cum iis quæ
de statu iustorum, iniustorum &
Mediorum post decessum tradit
doctrina Pythagorica. 47. 63. 70
- Μετεμψυχώσιν* Palingenesiam, &
Μετέσφωτοσιν Pythagoricam
præsentem & futurum mentis
statum dicere ita ut ad præteri-
tum quæmpiam relationem in-
volvat. 415
- Mori* satius esse secundum Pytha-
goram quam per incontinentiam
animum obnubilare. 187
- Mori* sæpius impossibile esse juxta
Platonem. 354, 355
- Mortem* juxta Platonem piis vitæ
melioris & perpetuæ initium.
355
- Non formidare nisi im-
pium juxta eundem. 357. a.
- Illis qui conditionem
hac vita meliorem posthac firmi-
ter sibi addicere nequeunt ter-
riculamentum maximum existe-
re. 96
- Juxta Pythagoram transi-
tam in conditionem potiore. 88, 89
- Vitæ melioris initium. 93
- Mentis in libertatem pri-
stinam assertionem juxta eundem.
90
- Plene sceleratis juxta Pla-
tonem ad omnium malorum ex-
tremum transitum. 357. a
- Juxta Pythagoreos & Pla-
tonicos optabile quidpiam. 94,
95. 356, 357. a
- Veteribus non ut terribi-
le quidpiam pictam. 357. a
- Juxta Brachmanas libera-
tionem a vinculis corporeis, &
ad beatitatem transitum. 287, 288
- Nativitatem ad veram &
felicem vitam. 288
- Mortis* tempore Pythagoreos &
Platonicos multa pulcra, magna
divinaque expectare. 52
- Commemoratio quotidia-
na apud Ægyptios. 200
- Morti* dandas esse affectiones irra-
tionales. 469
- Morticinis* vesci a Pythagora pro-
hibitum. 150
- Mortuos* in albis vestibus efferri
præcepisse Pythagoram, & quor-
sum. 97
- Morum*, vitæque reformationem
Παλιγγενεσίαν dici. 476, 477
- Mundi* ætates, & conversiones
octo. 496
- N.
- N**egociorum rationem apud Gal-
los ad vitam futuram dela-
tam. 313
- Neminem juxta Platonem postquam
semel mortuus est in vitam ter-
restrem redire. 354
- Ni.

I N D E X.

Nilum Ægyptiis Deum dictum & unde. 148
Nisiotas in Ægypto oves mactare solitos. 141
Nomina Græca & Latina unde apud Græcos Latinosque auctores sæpius occurrant ubi de gentibus Barbaris agunt, earumque ritus aperire adnituntur. 282
Numerum agentium non esse normam veri. 507

O.

*O*beratorum conditio misera. 249
Omnia quæ pro Pythagoricis venditantur qua talia non accipienda esse. 410
Opinionum omnium auctoris cuiuspiam systema haberi auctorem ipsum loquentem qui optimus verborum & opinionum suarum interpretes sit. 43
Origenem Metempsychosin crassam tenuisse juxta quosdam quod negent alii. 401, 402
 — Stoicis fuisse propiorem quam Pythagoreis. 403
Orpheum Theologiam & Philosophiam Ægyptiacam Græciæ intulisse. 24
 — Eos qui in hac vita Deos rite coluerint docuisse posthac plene beatos fore.
 — Malos in Inferno cruciatus obnoxios. 333
 — Musæum, Homerum, Hesiodum, Pindarum, aliosque agnovisse animos esse immortales: bonosque præmia in locis beatissimis manere, malos poenas in Inferis. ibid.
Orpheum maximus Græcorum qui usque ad ejus ætatem existerant

Theologus, quique proxime veritati accesserit. 335
 — Mercurij sectator, & Pythagoricæ Philosophiæ fundator nonnullis. 25
 — Thracum legislator & reformator. 25, 26
Ofirim post peracta in mundo officia in coelum assumptum juxta Ægyptios 196
Oves apud Ægyptios aliquos mactatas. 141
 — Quare mactationi vulgariori exemerit Pythagoras. 140

P.

*P*alingenesia (in) universali corpora subtilissimam essentiam indutura. 501
Palingenesia (de) universali quid Plato. 497, 499
Palingenesiam seu Metempsychosin Pythagoricam symbolice capiendam. 411
Palingenesiam & Metempsychosin, Pythagoricam præsentem & futurum mentis statum dicere ita ut ad præteritum quempiam relationem involvat. 415
Patriarchas in quercetis seu sub quercubus rem sacram facere solitos. 303
Pauperes apud Ægyptios inopiæ causa victimas ex farre confectas offerre solitos. 132
Pauperiem omnis abstinentiæ Pythagoricæ causam unicam fuisse juxta Aristophanem. 132
Persas cadavera a corruptione conservare consuetos. 264
Phariseos Metempsychosin crassam sic dictam Pythagoricam tenuisse juxta nonnullos. 364
Pha-

I N D E X.

- Phariseos* bonorum animas transire in corpora hominum, malorum in ea quæ brutorum sunt docuisse juxta aliquos. 366
- Spem patrum retinuisse, quæ animas pias post hanc vitam in sinum Abrahami transferat. 375-377
- *Æternas* malorum poenas asseruisse. 378
- Hominis existentiam in mundo sublunari antequam hoc præfens indutum fuerit corpus penitus impossibilem habuisse. 385
- Mentis pias immediate post hominis mortem in sinum Abrahami impias in Infernum transire docuisse. 383
- Unamquamque animam unum tantum corpus & semel subituram esse usque ad resurrectionem universalem tenuisse. 380
- Animalia ad aras & mensas adhibere consuetos. 150
- Pherocydes* primus Μετεμψυχωσις apud Græcos assertor secundum nonnullos. 227
- Pheresydem* sapientiam suam hausisse ex Phœnicum libris. 228
- Imo ex Noachidis. 229
- Vitam beatam lætamque post mortem docuisse videri. 231
- Philosophia* mortis meditatio. 91. 366
- Philosophiæ* Pythagoricæ finis Deum sequi, mentem purgatam reddere, ad divinam similitudinem perducere, ut post decessum beatam cum Diis vitam ducat: sive mentem alatam reddere: ut cum mortis tempus instabit relicto in terra mortali corpore ejusque natura exuta ad coeleste iter expedirentes fiant philosophicorum certaminum athletæ. 22, 46, 90, 115, 117, 413, 472, &c.
- Physiognomia* usum Pythagoram in discipulis explorandis. 452, 453
- Physiognomiam* docere posse juxta Pythagoreos qualem potissimum vitam egerit anima antequam cum crasso corpore conjungeretur. 452
- Pinguia* cuncta steriliora. 167
- Pios* corpore quopiam in beata immortalitate aliquando gavifuros juxta Magos. 260, 161
- Piscatores* & nautas Lunarem potissimum sortitos naturam esse. 450
- Piscibus* cur Pythagorici potissimum abstinerint. 123
- Planetarum* corpora maximam partem ignea. 433
- Planetas* vehiculis seu tunicis a se procuratis affectiones sibi proprias affigere, sicque vitæ habitudinem naturæ suæ convenientem cum mente communicare. ibid.
- Animatos esse Deique administratos juxta Veteres. 434, 435. 449
- Plato* ænigmaticus, fabularum involucris sua obtegere solitus, unde varius, & multis locis obscurus. 339, 340
- Platonem* crassam animarum transmigrationem asseruisse juxta nonnullos. 336, 337
- In sententia de animæ natura, ejusque post hanc vitam statu cum Pythagora consensisse. 337
- In Philosophia intellectuali Pythagoram secutum esse. 338

I N D E X.

Platonem Pythagoreis se discipulum dedisse ibid.

— *Chaldaeorum* & *Aegyptiorum* doctrinam & methodum, ut fecerat Pythagoras, secutum esse. 339

— Docuisse animas puras post hanc vitam transire in locum invisibilem, purum, supercoelestem, ad Deum, omnibus malis in perpetuum exemptas. 341, 342

— *Beatorum* conditionem immutabilem voluisse. 345

Poenas in Inferno dari aeternas juxta Orpheum. 334

Poeticis (ex) rerum & opinionum descriptionibus has non aestimandas esse. 510

Porci quos fecerit Circe quales. 457

Porculis (ex) minusculis & Hoedis tenerioribus victitasse Pythagoram. 121

Porculis tenellulis aliquando rem sacram fecisse Pythagoram. 129

Possibiles malorum origines a Numine animabus explanatas esse quo ampla satis a malis cavendi iis esset occasio. 424, 426

Præexistentiam animarum tenuisse Judæos. 395

— *Veteribus* passim assertam esse. 416

Priscam tam apud Græcos quam Barbaros Theologiam fabulis involutam esse & non nisi occulte veritatem subaperire. 24

Probos juxta Platonem post mortem fieri Dæmones. 356. b. 357. b

Pugna inter animæ partem irrationalem & rationalem seu divinam perpetua. 458-460

Pugnantibus (ex) principiis hominem compositum esse adeo qui-

dem ut divinam & immaculatam innocentiam servare nequeat. 459

Purgatorium animarum genti Judææ ad quingentesimum fere post Christum annum ignotum. 367

Pyramides *Aegyptiæ* mortuorum conditoria. 209

— *Animarum* separatarum aliquamdiu receptacula. 210

Pythagoras quondam Euphorbus, & quo sensu. 29. 490, 491

— Quandoque mulier, & qua ratione. 4. 494, 495

— Negare aut nescire dictus animas se conferre in coelum, aut ad orcum detrudi; imo fustulisse Inferos. 3. 6

— In *Aegypto* institutus. 12-14

— *Hieroglyphicum* & *Symbolicum* dogmata proponendi modum *Aegyptiacum* imitatus. 14. 407, 408

— *Chaldaeorum* disciplinas edoctus. 15

— Et *Persarum* instituta. 16, 17

— *Brachmanarum* discipulus. 14, 15

— Quando in *Babylonia* versatus. 17

— *Phoenicum* auditor. 19

— *Arabum* quoque & *Druidarum*. 20

— *Hebræorum* item juxta aliquos quod negent alii. 19, 20

— *Novæ* & nobilioris philosophiæ apud Græcos auctor. 22

— *Orphicam* secutus methodum. 23-25

— Doctrinam ex variarum gentium & sapientum rationibus sacris complexam tenuit. 25

Py.

I N D E X.

- Pythagoras* crotoniatarum legislator & reformator. 26
- In Bruta potestatem habuisse dictus, quod quorsum referendum. 27
- Variis vicibus renatus. 32
- Aliquando Æthalides, Hermotimus, & Pyrrhus piscator Delius. 33
- Aliquando Pyraander, Callicleas, Alce, & Callides. 34, 35
- Quandoque Aspasia, Crates Cynicus, Rex, Pauper, Satrapes, Equus, Graculus, Rana, Gallus &c. 35
- Septies mutatus. *ibid.*
- Cum suis ab animalibus immolandis & comedendis abstinuisse vulgo dictus comparate ad alios, qui in his præter modum luxuriabantur: & ob usum parcum. 160
- Quo sensu olim Æthalides, Hermotimus, Pyrrhus piscator Delius &c. 491-493
- Pythagoram* Deorum cultum, cæteraque vitæ instituta a Magis accepisse. 19
- Parem ac quondam Orpheus in bruta habuisse potestatem. 28
- Juxta Ovidium, multosque alios animarum humanarum in alia hominum, & brutorum corpora transmigrationem docuisse. 29-32
- Euphorbum se fuisse ex indicio clypei Panthoidis demonstrasse. 30
- Illud peregrisse Mycenis in templa Junonis Argivæ juxta hos; apud Branchidas in Apollinis fano juxta illos; Delphis tandem secundum alios. 35, 36
- Nihil literis consignasse juxta nonnullos. 77
- Certo certius scripssisse sua & literis mandasse secundum alios, 78 & seq.
- Non abstinuisse ab esu carniū; sed his modice vesci consuetum. 121, 122
- Animalia Diis mactasse. 127, 129
- Animalium immolatorum carnibus uti consuetum. 123
- Et Pythagoreos certis quibusdam animalium partibus abstinuisse, aliis vesci fuisse solitos. 126
- Omnem animalium eadem oblationem & carniū esum prohibuisse ob creditam animarum humanarum in ea transmigrationem juxta varios. 119
- Fatum in hac vitâ mutabile & solubile statuisse. 447
- Pythagora* maxima apud Metapontinos admiratio & veneratio. 28
- Doctrina supra omnem Græcorum Pherecydi commendata. 232
- Pythagoreos* non abstinuisse ab esu animalium; sed tantum pauca quadam carne. 121, 122
- Ex animalibus Diis primitias pro se mactare solitos. 126
- Pythagorica* nisi Symbolice capiantur sed nuda phrasi seu ad verbum intelligantur ridicula anilia, nugis, gerrisque plena apparitura esse ex veterum monito. 408
- Pythagoricam* ab animalibus abstinentiam ita præscriptam ut & animalium eadem, & carniū esum inferat. 125, 126
- Metempsychosin qua ratione explicandam velint Reuchlinus & Longinus. 241, 242

Q.

Qualitates mentibus descendentibus a Planetis communicatas ab hisce in conceptione, nativitate, & per omnem vitam quantum possint confirmari, corporique aptam ad eas dispositionem inferi. 448, 449. 451
Quercum altam vetustissimis temporibus loci sacri insigne. 304

R.

Rationalitatem aliquam Brutis adscribere Pythagoreos. 159
 — Minime autem humanam, seu eandem quæ in homine obtinet. 160
Rationem proprie dictam in solo homine reperiri secundum Pythagoreos ibid.
 — Quæ in homine obtinet juxta Pythagoram *immortalem* esse, quæ in Brutis *mortalem*. ibid.
Reformatio mentis in hac vita quibusnam vocibus & phrasibus vulgo exprimitur. 476-478
Regenerationem absque institutione non haberi. 479
 — Paucis decenter curari, & contingere: longeque plurimos beatis ejus fructibus destitui. 480
Regeneratos in immortalium Deorum chorum posthac adscisci. 482, 483
Rerum universo (quamdiu mundus materialis duraturus est) decedere nihil juxta Veteres. 237
Resurrectionem futuram ante evangelium impletionis apertissime revelatam, & certissime creditam esse. 390

— Omnium hominum, & Judicium super iisdem justum dogmata Phariseis asserta transmigrationem crassam negare. 379
Resurrectionis futuræ apud Platonem mentio. 494, 500
Revidtuos aliquando homines juxta Magos, & Democritum. 263, 212
Revolutionem animarum per varia corpora secundum opinionem Judaicam non literaliter, sed allegorice capiendam esse juxta Philippum Aquinatem. 375
Ridenda nonnulla & falsa ab invidis & calumniatoribus Pythagoræ afficta esse ex monito Veterum. 409, 410
Rufos boves apud Ægyptios passim immolatos. 145, 146

S.

Sarbei cur vulgo a Bove abstinuerint. 272
Sadduceorum ex hypothesi Pharisæica contra resurrectionem objectio. 380
 — De Animarum post hanc vitam dissolutione opinio. 398
Sacra animalia quandoque ab Ægyptiis caesa. 144, 145
Sacrificium Pythagoræ, quod Diis fecit cum reperisset latus subtensum trianguli rectanguli lateribus continentibus æquivalere, non de *farinaceo* capiendum esse. 128, 130
Sanabiles impios juxta Platonem subtilioribus corporibus vestiri dum puniuntur. 352
Sapientiam traditionariam ferioribus seculis corruptam. 262, 263
Sardanapali epitaphium. 202
Sedes animarum variæ quomodo concipiendæ. 418
 Sep-

I N D E X.

Septem Periodi vitæ terrestris. 462
Septemplex vitam menti in orbibus Planetariis antequam in corpus crassum devenerit jam actam. 437, 438

Sepulcræ Ægyptiis domicilia æterna dicta. 199

Sepulcrorum ceremonias, notante Cicerone, animarum immortalitatem clamare. 208

Serpentium & *Viperarum* (contra) aliarumque virulentarum bestiarum ictus Allium remedio esse. 149

Servos, omniaque alia quæ vivo domino grata quam maxime fuisse constabat priscis Gallis cum demortui cadavere cremari solitos, & quare. 309, 310

Signaturas corporum mentis inclinationes prodere juxta Vetus gentiles. 451, 452

Σαρδαπάνιον quid. 103, 219, 220

Spe felicitatis post hanc vitam futuræ erectos Platonicos & ad virtutum praxin incitatos. 344, 345

Sem patrum Phariseis retentam esse quæ animas pias post hominis mortem in coelum transferebat. 375-377

— Bonam iis qui in hac vita se purgaverint denunciassæ Pythagoreos. 52

— De bonis mortem subsequitur juxta Pythagoreos omnem animis lenire, & eluere molestiam, & inexplicabilibus voluptatibus afficere. ibid.

Stadium menti ingrediendum esse ut fortiter & feliciter decertet cum affectibus vitiosis si quandoque beate victura sit. 466, 467

Statum piorum beatum & resurrectionem non ignorasse ecclesiam

veterem Judaicam, ut voluit Chrysostomus. 389, 390

Stellas fixas & errantes Deos Ægyptiis habitas. — —

— Fixas respectu efficaciarum in genituris hominum feminis assimilari, sterilesque haberi, ni a Planetis vim accipiant, gravidaque quasi reddantur. 448

Steriles hostias Dis Inferis mactatas. 172

Stobæi locus correctus. 445

Stoici doctrinæ Pythagoricæ corruptores. 473

— An Metempsychosi crassæ adhæserint. 359-361

Stoicos in Palingenesiis mundanis a Magis, Thuscis, Ægyptiis, Platoniciis &c. diversos. 505, 506

Suspicionem de contradictoria auctoris cujuscumque inconstantia haud leviter suscipiendam esse. 45

Symbole Pythagorica qua ratione explicanda. 165

Symbolico & ænigmatico loquendi generi proprium esse cortici insipido nucleum veri involvere. 410

Symbolis & allegoriis in sapientiæ institutione uti solitos Magos, Ægyptios, Indos, Druidas, Orpheum Pherecydem, Pythagoram, Platonem, & Veteres plerosque. 407

T.

Tædilia gestare membra indubitatum Pythagoreis indicium quempiam e vivis necdum excessisse. 103, 104

Tartaro portas ferreas, æreumque pavementum ut nunquam quis inde elabi possit. 68

Yyy

Tar-

I N D E X.

Tartarus Pythagoræ locus ubi im-
pii horribus exagitantur. 64
Tartarus Asiaticus cum demortui
cadavere fervos, uxores, equos,
arcus, sagittas contumulare, vel
concremare solitos. 323, 324
Thesauri æternum plectendus. 67
Thracæ exequias cum hilaritate
celebrare solitos & unde. 332
Thraciam neque doctis destitutam.
333
Tiresias de sexu in sexum transmu-
tatus. 4
Titanum in Bacchum molimina
quorsum referenda. 459
Transanimatio fieri dicta de corpore
humano in humanum. 3
— Etiam de sexu in sexum. 3, 4
Transitum in futuram post hanc vi-
tam Παλιγγενεσίαν, Μετεμμετάστω-
&c. dici. 489
Transitum (ad) de vita in vitam
in animæ purgatione quænam
necessaria sint. 471
Transmigrationem fieri per omnia
animalium genera etiam vita sen-
sitiva carentia. 10
— In æternum perennatu-
ram. 11
Transmigrationis animarum opinio
tantum non universalis juxta va-
rios. 37
Transmutatio Empedoclea decanta-
ta qualis. 236, 237, 239
Tuistonem & Mannum gentis Teu-
tonicæ originem & conditores
post mortem in conditionem Di-
vinam transiisse creditos. 322

U.

Vacca veteribus Ægyptiis unde
sacra & vesci prohibita. 137
147

Vehicula seu corpora tenuissima en-
tium intellectualium Veteribus
animalia dicta. 486
Vehiculum mentis ita dispositum
esse ut crassioris materiæ, om-
niumque Planetarum affectiones
ipsi ejusque formæ agglutinari
possint. 423
Venenata animalia Allii odore fuga-
ri. 149
Vestes ex mundo adnatas exuen-
das esse. 467
— Menti proprias inconta-
minatas a generatione servandas
esse. 468
Veteres doctrinas sub ænigmati-
cis, Mythicis, Symbolicis &
allegoricis involucris tradere so-
litos. 406
Victima opimæ & lautissima Deo-
rum placatio ex Bobus Tauri-
ve. 128
Vires menti in descensu subortas
a Divinis abstrahentes ampu-
tandas esse. 468
Viscera demortui apud Ægyptios
in Nilum projecta velut piacul-
um pro peccatis ne æternorum
Deorum contubernio arceretur
mens defuncti. 190
Vita prior, quam duxerit anima
antequam hæc cum præsentis
corpore conjungeretur, quam-
que discipulis in memoriam re-
vocare solitus erat Pythagoras,
quænam. 452
— Non ad crassam Metemp-
sychosin referenda. ibid.
Vita speciem qualemcumque sibi
contraxerit anima, & egerit an-
tequam in corpus crassum deve-
nerit talem vitam potissimum a-
gere eandem in orbe terrestri.
449, 450, 442
Vi-

I N D E X.

Vitae genere libere a mente in descen-
 centu electo ejusdem Fatalibus
 dein obnoxiam reddi eandem.

443

— Terrestris periodi septem. 462

Vitam rationalem animæ in con-
 junctione cum corpore crasso
 sopore quasi obrutam jacere. 458

Vitas varias menti jam actas in
 descensu antequam in corpus
 crassum devenerit. 436, 437, 465

— Brutorum nonnunquam a
 mente in corpore humano agi.

463, 464

Vitalorum carnibus vesci quondam
 ab Imperatore Valente prohibi-
 tum ne agriculturæ præjudici-
 crearetur.

138

Ultima Trismegisti ad filium verba.

223

Z.

Zamolxis Getas Pythagoreis im-
 buisse opinionibus.

— Post hanc vitam terrestrem
 Dæmonem factum.

329

I N D I C U L U S.

Erratorum typographicorum præcipuorum.

Pag.

1. in Lemmate *Μεταψύχωσις* & *Πα-
 λινγενεσία* synonyma.

4. Lin. 17. *Servius*.

8. & 9 in Lemmate *Anima* in corpore
 in quod transit operationum.

17. Lin. 1. Philosopher.

Ibid. in Not. lin. 18. *Perfici*.

19. Lin. 8. *Phoenices*, & sic passim ubique.

Ibid. in Not. lin. 13 & 14. cavillatur.
Apollonius.

20. lin. 7. *Cretam*.

Ibid. lin. 24. *Orphio*.

21. in Lemmate *Hunc*.

24. 2 & 3. magnam partem sumpsit, in-
 duxerat.

25. in Not. lin. penult. *dulcedine*.

26. in Not. lin. 14. *ἐπισαοῦται*.

27. in Not. lin. 4. *eundem*.

28. in Lemmate § XI. *Maxime*.

Ibid. lin. 15. *sapientia*.

Ibid. lin. 27. *ratione*.

Ibid. in Not. lin. 4. *aurem*.

30. lin. 5. *cei*.

31. lin. 20. *Panthöiden*.

32. lin. 1. *Trojano*.

Ibid. lin. 26. *filius, variis*,

33. in Not. lin. 10. *μήμητιν*.

Lege. *Μεταψύχωσις*, *Μετασφάττωσις*
 & *Παλινγενεσία* Synonyma.

Servius.

Anima in corpore in quod transit opera-
 tionum vitalium principium.

Philosophis.

Perficere.

Phoenices.

cavillatur *Apollonius*.

Cretam.

Orphicis.

Hinc.

magnam partem induxerat, sumpsit.

dulcedine.

ἐπισαοῦται.

eundem.

Maxima.

sapientia.

ratione.

aurem.

cui.

Panthöiden.

Trojano.

filius, sed *variis*.

μήμητιν.

Yyy 2

Ibid.

I N D I C U L U S.

Pag. 33.		
Ibid. lin. 31. Πόρος γένοιτο.	lege Πόρος γένοιτο.	
32. in Not. lin. 2. Abii.	Abu.	
41. lin. 7. unus Servius.	unus, quod suam, Servius.	
43. lin. ult. systemata.	syltemate.	
44. lin. ult. dum quorum non nexum videt,	dum quorum nexum non videt.	
45. lin. 30. aurorem.	auctorem.	
46. lin. 1. rem illustrat. Idem Thomasius lib. cit.	rem illustrat idem Thomasius lib. cit.	
49. lin. 23. immortalis Α'μβροτος.	immortalis. Α'μβροτος.	
Ibid. lin. 27. ἐπιγενομένη.	ἐπιγενομένη.	
50. lin. 19. USQUE.	IISQUE.	
Ibid. lin. 25. aëra repetit.	anima repetit.	
51. lin. 7. exempla.	exempta.	
54. lin. 17. πάτες.	πάντες.	
56. lin. 24. ille.	illic.	
Ibid. in Not. lin. 11 & 12. ἀκήρατος.	ἀκήρατος.	
57. lin. 2. μεμνημένοις.	μεμνημένοις.	
58. lin. 11. vitæ, pertæsa.	vitæ pertæsa.	
Ibid. in Not. lin. 4. usque.	iisque.	
59. in Not. lin. 9. in dies.	in dias.	
60. lin. 1. τῷς.	ταῖς.	
67. lin. 3. (S. locus.)	(seu locus.)	
70. lin. 7. § IV.	Conclusio. § IV.	
Ibid. lin. 11. & 12. videatur, memorata doctrina.	videatur memorata doctrina.	
71. in margine LIB. I. CAP. VII.	LIB. I. CAP. VII.	
72. in margine LIB. I. CAP. VII.	LIB. I. CAP. VII.	
73. lin. 17. ἐπεσσαν.	ἐπεσσαν.	
74. in Lemmate respicere.	respuere.	
78. lin. 7. Pythagoræos.	Pythagorei.	
79. in Not. lin. 56. rerum augustus.	rerum angustiiis.	
88. lin. 21. asseverat Mors,	asseverat. Mors,	
Ibid. lin. 21, & 22. (quod negat Epicurus.)	(Quod neget Epicurus!)	
96. lin. 13 & 14. terriculamentum haud leve est.	terricula mentum haud letum est.	
97. lin. 11. funerandi præcepta.	funerandi ritu præcepta.	
98. lin. 21. ἀφειμένη.	ἀφειμένη.	
104. lin. 10. hinc.	huic.	
Ibid. lin. 21, & 22. τὸ μὲν ἀνθρώπους.	τὸς μὲν ἀνθρώπους.	
108. lin. 16, 17, 18. Alii scilicet apud Veteres honores erant Divini, alii Heroici. sic Callisthenes.	Alii scilicet apud Veteres honores erant Divini, alii Heroici: sic Callisthenes &c.	
121. lin. 18. Aristoxeni.	Aristoxeni.	
124. lin. 1. addidit Pythagoricis.	addidit de Pythagoricis.	
32. lin. 13. victima.	victimæ	
134. lin. 6. μέγε.	γέγε.	

Pag. 134.

Ibid. lin. 17. ἀπεχόμετα

136 & 137. in Lemmate ut contra ea,
que agrorum, stirpiumque cul.

137. in lin. 21. Georg.

Ibid. in Not. lin. 1 & 2. Dupoliorum.

138. lin. 13. beneficio

139. lin. 22. quia.

141. lin. 4. consueverint.

Ibid. lin. 25. εἴλκυσσ.

Ibid. lin. eadem γερόμενον.

142. lin. 12. τρέπον.

144. lin. 20. Mango.

146. lin. 19. Ægyptiis.

149. lin. 9. μένει.

155. lin. 28. mandata imposita.

156. lin. 1. Num. cl.

157. lin. 11. beneficiis beneficium.

162. in Lemmate transmigrari.

164. lin. 2. Verba ita.

168. in Lemmate Pythagorio.

169. lin. 7. vificos.

170. lin. 6. SUPERFLUITATEM, gignunt.

177. lin. 7. AFFLIGERE.

179. lin. 25. Villanovan. Salern.

180. in Not. lin. 2. Videntur.

182. in Not. lin. 3 & 4. παίειν.

184. lin. 13. modestiorum.

187. lin. 10. Fabas non.

188. in Lemmate communiori.

197. lin. 27. examine.

198. lin. 16. congruens.

Ibid. lin. ult. παρελθόντων.

200. lin. 1. iterandam aliam.

Ibid. lin. 8. σκελετόν.

Ibid. lin. 9. humanum mortis.

Ibid. lin. 12. meminerint;

202. lin. 1. videbant.

Ibid. lin. 12. βίωτοι.

Ibid. lin. 13. novis.

203. lin. 13. condunt.

208. lin. 9. § XIII.

213. lin. 6. deficiente in Thracia: Bal-
samo, MEL adhiberi iussit.

216. in Not. lin. 39. velut.

219. in Not. lin. 2. βαδίσματα.

220. lin. 26. inde.

223. lin. 8. lugeatis.

lege ἀπεχόμεθα.

ut contra ea, que agrorum, stirpiumque
cultura inimica erant passim oblata ani-
malia sunt.

Geogr.

Diipoliorum

beneficio.

Qui.

consueverit.

εἴλκυσσ.

γερόμενον.

τρέπον.

Magno.

Ægyptus.

μένει.

mandata symbolica imposita.

Num. cl.

beneficis beneficium.

transmigrare.

Verba ista.

Pythagorico.

VISIVOS.

SUPERFLUCTATEM gignunt.

AFFIGERE.

Villanovan. ad Medicin. Salern.

Videatur.

παίειν.

modestiorum.

Fabas hic non.

communiori.

examen.

congruentem.

παρελθόντων.

iterandam, aliam.

σκελετόν.

humanum, mortis.

meminerint hortari:

ridebant.

βίωτοι.

noris.

condunt.

§ XIV.

deficiente in Thracia Balsamo; MEL ad-
hiberi iussit.

vehit.

βαδίσματα.

unde.

lugeatis.

- Pag.
224. lin. 5. SORTITUM. Divina &c.
 227. lin. 29. commutationem.
 227. lin. 13. primum sermonem.
 229. lin. 2. habere.
 231. in Lemmate *asseruit*.
 Ibid. in Not. lin. 4. Olymp. LXV.
 Ibid. lin. 13. (Pherecydem enim LXXXV.)
 Ibid. lin. 18. annis.
 234. in Lemmate *Unde hæc de Empedocle prognata.*
 236. lin. 14. possum.
 252. lin. 26. ex Deo.
 254. lin. penult. *ad illum etiam non convertatur oportet.*
 257. lin. 19. NATURALIUM.
 263. lin. 25. condendi.
 264. lin. 6. Babylonios Beli, conditura.
 268. lin. 9. Beidaro.
 Ibid. lin. 21. in Macrobiis 8.
 272. lin. 6. ferma.
 281. in Lemmate *omnibus Græcis.*
 288. in Lemmate *nativitas ad vitam & felicem vitam.*
 297. lin. 17. sapientiam.
 298. in Not. lin. 24. doctissimo, Bibl.
 Ibid. lin. 26. facimes.
 302. lin. 7. DERIV.
 310. lin. 11. memorium.
 316. lin. 13. enarraturus videatur.
 323. lin. 28. Gallos de quibus.
 341. lin. 17. *semper sequi.*
 346. lin. 6. INFERIORUM.
 349. in Lemmate *mox obitum.*
 350. lin. 6. diceffere.
 353. lin. 13. modum.
 357. a. in Not. lin. 16 & 17. somnis.
 Ibid. lin. 22. animae.
 359. lin. 17. statu a *Metempsychosis.*
 359, & 360 in Lemmate *Metempsychosis adbaesisse.*
 364. § 1.
 365. lin. 1. (Μετψυχωσις.)
 370. lin. 13. ושת לנ.
 Ibid. lin. 20. הכנר.
 Ibid. lin. 30. בחיקו.
 371. lin. 18. ulterius 564.
- lege SORTITUM Divina &c.
 commutationem.
 primum, sermonem.
 habuere.
 asseruerit.
 Olymp. XLV.
 (Pherecydem enim quem LXXXV.
 annus.
 Unde hæc de Empedocle opinio prognata.
 possum.
 a Deo.
 ad illum etiam convertatur oportet.
 NATURARUM.
 condiendi.
 Babylonios Beli conditura.
 Beidavo.
 in Macrobiis 8.)
 ferina.
 nominibus Græcis.
 nativitas ad veram & felicem vitam.
 sapientiam.
 doctissimo Clerico, Bibl.
 Facimus.
 DERIV.
 memoriam.
 enarraturus fuisse videtur.
 Gallos & Indos, de quibus.
 semper, sequi.
 INFERIORUM,
 mox post obitum.
 discessere.
 modo.
 somnus.
 animas.
 statu sententia a *Metempsychosis.*
 Metempsychosis adbaesisse.
 Metempsychosis crasse Phariseos subscrip-
 sisse secundum multos. § 1.
 (Μετψυχωσις.)
 ושת לנ.
 הכנר.
 בחיקו.
 ulterius pag. 564.

I N D I C U L U S.

Pag.		
358. lin. 22.	<i>injuforum</i> auctor.	lege <i>injuforum</i> ; auctor.
379. lin. 25.	eanden.	candem.
383. lin. 22.	horrendus.	horrendis.
384. in Not. lin. 13.	effe.	effet.
Ibid. lin. 22.	videmus.	vidimus.
388. lin. 3.	martyrum enunciat.	martyrum fecundus enunciat.
389. lin. 21.	Chryfoftomi.	Chryfoftomi.
Ibid. lin. 23.	veterum.	veterem.
Ibid. in Not. lin. 1.	beatumque.	beatamque.
395. lin. 6.	quod.	quam.
399. lin. 30.	<i>ἀναλύξει</i> .	<i>ἀναλύξει</i> .
402. lin. 1.	Origine.	Origene.
404. lin. 9.	paſſum.	paſſum.
405. lin. 22.	ſenſum.	ſenſum.
412. lin. 7.	Magis Ægyptiis.	Magis, Ægyptiis.
Ibid. in not. lin. 3.	Pythgoræ.	Pythagoræ.
Ibid. lin. 4.	ſententia.	ſententiam.
414. in Lemmate dicare.		dicere.
421. lin. 10.	ſit.	ſit.
427. lin. 1. & 2.	<i>πρώτος</i> .	<i>πρώτος</i> .
430. lin. 14.	rationali.	rationali.
435. in Lemmate diu.		dici.
Ibid. in Not. Græciam.		Græcam.
437. lin. 14.	canales.	canalibus.
441. lin. 17.	nactos.	nactas.
451. lin. 10.	<i>congruerit</i> . Vid.	<i>congruerit</i> . Stob. Phyſ. cap. XL. p. 120.
		Vid.
459. lin. 8.	<i>κατανοώσεis</i> .	<i>κατανοώσεis</i> .
461. lin. 10.	<i>potest</i> 1. jamblichus.	<i>potest</i> . jamblichus.
Ibid. lin. 20.	& jamblichum ſect. VIII.	& 1. jamblichum ſect. VIII. cap.
	cap. VII.	VII.
463. lin. 2.	CORPORIS.	CORPOREIS.
466. in Lemmate diuina.		diuina.
473. lin. 17.	Antonius.	Antoninus.
478. lin. 7.	<i>κατάμενοι</i> .	<i>κατάμενοι</i> .
480. lin. 21.	quoniam.	quoniam.
Ibid. lin. 21, 22, & 23.	<i>monſtra paucis</i> .	<i>monſtra!</i>
	Ut decet, curatur.	Paucis, ut decet, curatur.
484. lin. 22;	<i>ῥεάνη</i> .	<i>ῥεάνη</i> .
489. in Lemmate Hinc.		Hunc.
501. in Lemmate Palingeneſi.		Palingeneſia.
503. in Not. lin. 16.	Julus.	Julius.
511. lin. 26.	<i>Peripblegetontem</i> .	<i>Pyripblegetontem</i> .

I N D I C U L U S.

Addenda nonnulla.

Pag.

47. Lin. 24. & 25. idemque penitus stauisse. Adde Et Metempsychosin Pythagoræ adscriptam passim.

49 Lin. 32. Idem p. 314 Add. Apollonius Tyaneus ad Valerium filii mortem nimium lugentem Τότε δὲ κλαίεται τις ὅταν θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γίνηται τόπος μεταβάσει, καὶ ἔχι φύσεως. Tum vero plorat aliquis quando DEUS EX HOMINE FIT LOCI TRANSITU, NON AUTEM NATURÆ.

150. Lin. 6, effert etiam RARUM. Add. Confirmat Hiëronymus: In ÆGYP-TO, ait lib. 11. contra Iovin. & PALÆSTINA propter BOUM RARITATEM nemo VACCAM comedit.

153. Lin. 7. species obfuscantia. Add. Quemadmodum primitivæ ecclesiæ Christiani edomandæ libidinis & refræmandæ gulæ causa carnibus vulgo abstinebant. Prudentius Cathemer.

Fundit opes ager ingenuas,
Dives aristiferæ segetis,
Hic ubi vitea pampineo
Brachia palmitè luxuriant,
Pacis alumna ubi bacca virescit.
Hæc opulentia Christicolis
Servit & omnia suppeditat.
Absit enim procul illa fames
Cædibus ut pecudum libeat
Sanguineas lacerare dapes.
Sint fera gentibus indomitæ
Prandia de nese quadrupedum;
Nos oleris coma, nos filiqua
Foeta legumine multimodo
Paverit innocuis epulis.

199. Lin. penult. studii faciunt reliquam. Add. Sicuti pari de causa ventus Hebræis eadem denominatione sepulcra veniebant. Eccles. XII: 7. vel 5. Quia tendit homo ad DOMUM ÆTERNITATIS suæ, & circumibunt in platea lugentes.

221. Lin. 37. generationem tam nefariam prohibet. Add. Et iterum pag. 147. ait in quodcunque corporum genus concludi animas convenientes: in corpora hominum τὰς κρείττους, iudicio pollentes: εἰς δὲ πτηνα τὰς ἀπαιδεωπέας, εἰς δὲ τετράποδα ἀκρίτους. volucrum autem INHUMANAS, quadrupedum vero JUDICII EXPERTES.

251. Lin. 25. supra assertum vidimus. Add. Quorsum refer Semiramidem in Columbam mutatam, ejusque matrem Decreto in piscem. Ovidius Metamorph. IV. Fab. III.

--- Et dubia est, de te Babylonia narret
Derceti, quam versa squamis velantibus
artus

Stagna Palæstini credunt coluisse figura.
An magis ut sumptis illius filia permis,
Extremos altis in turribus egerit annos.

Vid. Diodor. lib. 11. cap. xx. Lucian. de Dea Syr. Porphy. de abst. lib. IV. § XVI.

265. Lin. 30. Lactentes. Add. Claudianus cultum Belii Babylonicum describens lib. 1. de laud. Stil.

Thuris odorati cumulis, & messe Sabæa
Pacem conciliant aræ. Penetralibus ignem
Sacratumque rapuere adytis, rituque
JUVENCOS

CHALDÆO STRAVERE MAGI. Rex ipse
micantem

Inclinat dextra pateram secretaque BELII,
Et vaga testatur volventem sidera Mi-
thram.

320. Lin. 27 & 28. Rerum Germanicarum lib. III. p. m, 128. Add. Suidas Οἱ Γερμανοὶ Κέλται λέγονται οἱ ἀπὸ τοῦ Γ' ἢ γ' ποταμὸν εἰσι. GERMANI qui circa Rhenum sunt CELTÆ vocantur.

F I N I S,



